dicta sententia intelligi de iure præsentandi propriè,
tè accepto, seu de propria præsentatione, † sed præsen
propriè accepta, & similiter ius præsentādi dicitur, quę,
competit habenti ius patronatus in aliqua ecclesia; vt
aliter declarat Abb. quem alij sequunur in c. auctori-
insti. & idem voluit in c. fi. in 4. nota. de iure patro-
ꝙ patronus ꝓpriè præsentat, & in c. 2. eo. tit. † di
tatio propriè spectat ad patronum, ergo ius
quò in dicta sententia, debet intelligi de eo,
is patronatus competit, & consequentet ex
ertur ius patronatus in prędicta ecclesia ad
tos pertinere. Eo maximè at
tinetur, ꝙ ius instituendi prę
t ad Reueren. Episcopum Pa-
bet intelligi hoc respectu iu-
nario, vt instituat personam
tam: † nā illud dicitur pro
inde facta institutio dicitur
n d. c. auctoritate. Licet. n.
t, illa tamen dicitur propriè
nū, vt ibi per eum, & in d.
iunt sequentia verba senten-
opus Paduanus teneatur, & de
præsentatam instituere, quæ
t necessitatem, vt probatur de
aradiso. §. item ordo cōmuni-
eat. in l. j. §. j. ff. quod quisq; iu-
his quæ ibi dicunt doc. ff. ...
er in c. proposuit. de appel. & in
ntes. de ... Si igitur talia ver
t, hoc non conuenit alteri institu-
persona per patronum præsentata.
icitur libera, vt dicit Abb. in d. c. au-
illam facere tenetur, si persona sit ido
 probatur in c. decernimus 16. q. 7. &
re patrona. & declarat Paul. de Cittadi-
iure patr. in 6. par. in 6. q. cu concor. mul
t. Aliæ aūt institutiones non sunt tales, vt
o. in d. c. auctoritate. † Et hinc est, ꝙ si aliquā-
miliæ habent ex cōsuetudine, vt præsentēt episco
aliquē, rogantes eum institui, seu ei beneficium conferri,
on dicuntur habere ius patronatus, nec ius pręsentandi, sed
potius honorantiam quandam, vt appellat Dom. de. S. Gemi-
nia. in cons. 48. consuetudo est Mutinæ. in prin. qui etiam di
cit ꝙ tunc episcopus non cogitur instituere ei sic oblatū, nisi
quatenus velit illi familiæ rem gratam facere, & sic erit tūc
libera institutio, quę potius appellabitur collatio, vt per eu.

His sic positis, vt verba sententiæ ... propriè acce-
pta verificari possint, sequitur ꝙ per eam declaratum est, ad
Abbatem prædictum pertinere præsentationē ex vi iuris pa
tronatus, & sic etiam ipsum ius patronatus ad eum spectare,
& ita hodie ten...n. est, tale ius abbati prędicto cōpetere, nisi
16 contrarium ostendatur. † Quod eo maximè dicendum est
quia (vt audio) de eo in loco est publica uox, & fama, prout
per testes fortasse probari pōt, quod quidē sufficere videtur
cum agamus de probando iure patronatus antiquissimo, qď
per indicia, & per famā probari potest, vt declarat Roch. de
Curte in trac. de iure patrona. in ver. ipse, vel is à quo. in 36. q.
& alleg. Bal. in l. cum super. C. de rei vend. & alios, vt per eū,
quod etiam dixit Dec. in consil. 126. in causa do. Francisci. 2.
colum. Quia tamen non vidi talis famę probationem, & ne-
scio, an sit facta, vel quomodo fiet, non facio super hoc capita
le fundamentum, sed vbi facta esset, vel in futurū fieret, mul
tum adiuuaret prędicta, quæ tamen etiam absque famę pro-
17 batione de iure procederent. † Quintò comprobatur prę-
dicta conclusiō ratione pręsumptionis iuris, quæ donec con-
trarium probetur standum est, iuxta gl. magistr. & communi-
ter approbatam in ca. is qui fidem, de sponsali. & tradit
Alex. in consil. 99. in casu prędicto. ad fi. libr. 3. cum concor.
multis, qui ad hoc allegari possent. Dico. n. ꝙ cum prę senta-

nullus alius patronus reperiatur, ius piumit, ꝙ pertin...
18 tione iuris patronatus, † quemadmodum si quis re ipsa
sentauerit, & patronus alius non apparet, præsumitur prę
tasse ratione iuris patronatus, vt est doctri. Abb. in c. querel
3. col. de elec. in ver. ad istum tex. satis potest respondéri,
ita hāc doctr. refert, & sequitur do. Roch. de Curt. in pręall
36. q. in versic. nec ob. secundùm eum, & idem voluit Dec
19 in consi 117. & pro tenui facultate. 3. col. † cum in effec
vult, ꝙ præsentatio facta per certos patrochianos credatu
facta ratione iuris patronatus, & ita ex illa ius patronatus a
guatur, licet aliàs præsentatio possit fieri per viam supplic
tionis, seu simplicis petitionis, & hoc quia præsentatio pr
priè, & verè accepta pertinet ad patronos. Vltimò præd
cta confirmantur ex præsentatione, quam ad istam eccles
de anno 1483. fecisse dicitur Abb. prædictus de presbyter
Tadeo, qui etiam (vt dicitur) fuit institutus per episcopum
& huiusmodi ecclesiæ beneficium obtinuit, ꝓut hæc omn
audio probata esse, aut probari posse, saltem per publicam
cem, & famam. Licet etiam in hoc non faciam solidum fu
damentum, cum nihil certi de tali probatione afferatur.

Quo tamen posito doctri. prælle. essent in terminis, vt
prædicta præsentatio, & institutio dicantur factæ occasio
iuris patronatus, & consequenter ex eis arguatur, abbate
& monacos prædictos habere ius patronatus istius eccles
S. Mariæ de Macerata, de qua ad præsens agitur. Et ita te
20 dum est, † attēto maximè quòd cum olim fuisset simplex
pella, & nunc reperiatur bona parrochia habens sub se ca
las, seu clericatus, præsumitur, ꝙ de bonis monasterij S. Iu
næ fuerit constructa, & dotata, cum ecclesiæ non nascantu
& consequenter quòd habeat prædictum monasteriū ius p
tronatus, cum alius patronus nō reperiatur, & ita arguit D
ci. in prædicto consil. 126. & 117. & in vtroque loco alle
Abb. in consil. 76. plura sunt. in primo dub. 2. volum. Ad q
nouissimè facit, quòd aliàs de anno 1518. vacante quadam
capella, seu clericatu in d. ecclesia de Macerata, fuit facta qu
dam præsentatio per abbatem. S. Iustinæ, & præsentatus fu
institutus ab episcopo, & ita illam capellam, seu illum cler
21 catum obtinuit. † Ex quo videtur argui posse, quòd Abb
sicut est patronus illius capellæ, vel clericatus, ita sit toti
ecclesiæ, si aliud non reperiatur, sicut per cōtrarium argu
do. de Rota. in decis. 158. not. quòd vbi Abb. in antiquis.

Superest nunc ad alleg. in contrarium respondere. Et
cet ex prædictis virtualiter responsio pro maiori parte co
ligatur; tamen vt veritas clarius ostendatur, ad omnia sin
latim respondetur, vt infra dicam. Non ob. igitur, quod p
22 mo loco allegatur; † quia primò responderi potest, ꝙ imp
non reperitur in iure, loquendo regulariter, quòd quis h
beat ius præsentandi, quod non proueniat ex iure patro
tus vero, vel saltem præsumpto rōne quasi possessionis ei
23 præsentat enim quis vt patronus, † & licet fortasse nō sit
rus patronus, pro tali tamen habetur; quia in eius quasi po
sessione reperitur præsentando, & eius præsentatio sortit
effectum tanquam a patrono facta, iuxta c. consultationib
de iur. patro. & tradita per do. de Ro. in decis. 575. vtrum
cut pręsentatus. in antiq. & ista respōsio colligi potest ex
quæ supra in duobus primis fundamentis dicta fuerunt,
ita videtur firmare Abb. in c. j. in ver. & ex pdictis. de ca
mona. dum inquit, quòd monaci habent ius præsentandi
ecclesiam, si sint illius patroni; quod etiam videtur firma
Archid. in c. cum in illis. in versicu. præsentationem. de p
24 ben. li. 6. † dum dicit, præsentationem pertinere ad patro
ratione iuris patronatus, etiam si sit patronus ecclesiasticu
vt per eum, qui idem videtur velle in c. 1. 2. col. eod. loco, d
cens, quòd ex iure patronatus præsentatio pertinet ad patr
nū, ꝙ etiam ibi dixit Phili. Franc. in 1. no. ad quod etiam p
res auctoritates allegari possent, sed gratia breuitatis dim
25 to. † Nec tunc ob. c. postulasti. in contrarium alle. quia i
tex. non loquitur de præsentatione clerici ad perpetuum b
neficium, de qua loquimur nos, & de qua loquitur sentent
prædicta, sed loquitur de præsentatione quadam, quæ fit p
rectore

Leand. Alb. de Vir. Illust.

[illegible]

[illegible]

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATORVM LIBRI SEX IN VNVM CONGESTI AVTORE LEANDRO ALBERTO BONONIENSI VIRO CLARISSIMO.


NOMENCLATVRA AVTORVM VOLVMINIS HVIVS.

Ioannes Garzo Bononienſis
Ioannes Antonius Flaminius Forocornelienſis.
M. Antonius Flaminius.
Sebaſtianus Flaminius,
Leander Albertus Bononiẽſis.
Io. Caroli Florentinus.
Bartholomæus Mortarius.
Nicolaus Brixianus.
Georgius Mediolanenſis.
Franciſcus Caſtelionẽſis canonicus Florentinus.

Hexaſticon Nicolai Bagnatorii Brix.

Iam Troes cantare ſinat, belloqꝫ ſuperbos
　Grauigenas docto carmine Mœonides.
Facundus ſileat iam geſta inſignia narrans
　Romulidum grandi Liuius hiſtoria.
Pallados omnigenæ cultrix uirtutis imago
　Emicat alma ducum nam noua progenies.

A



LODOVICI CAELII RHODIGINI IN LIBROS ILLVstrium Virorum, ab Theologo clarissimo editos, Leādro Alberto Bononiēsi ordinis Diui Dominici, ac Cōcionatore uehementissimo, ad amplissimū. I. V. Doctorē. D. Ioannem Seluanum Gallum Regii Senatus Mediolani Moderatorem, ac Principem, Præfatio.

I ullum est scriptorum genus, cui rationalis naturæ inferioris salus referri accepta debeat, ea nimirū est, quæ christianæ ueritatis propugnatorum instituta, et uitæ curriculum breuibus explicat historia cultior. Equidem aut suscepti ab Leādro nostro me operis amor fallit, aut gestarū rerū cōmemoratio nulla bonis ditior exemplis est, ac quæ delinimentis Iouialibus, uti est apud Platonem, adobrutam rationis compotem animam explicet grauius, et ad bonam frugem prolectet potentius. Ni Fortitudinem, Fidem, Iustitiam, Continentiā, Frugalitatem, doloris ac mortis cōtemptū insinuarint forsan ἐμπερίστερον cum Fabriciis Curii, uel Reguli, aut Decii, ac Mutii, cæteriqꝫ, quos historiis, uelut plane uirtutum coryphæos, suspiciunt pleriqꝫ, amplexantur, colunt, q̄ nostræ religionis sanctiores animæ. Quas in ipso diuinitatis sinu et natas, et educatas uitæ sūma integritas, laboriosa instituta, eruditio intima, et inenarrabilis, ac deniqꝫ non adumbratus, sed ut plane dicā, ueris, ac spirātibus lineis expressior præpotētis Christi typus īgerit undecūqꝫ admirabiles. Absit ab Christiano uiro tam deprauata rationis libra. Ibi enim quæ claudicēt, toto, quod aiunt, cœlo aberrantia haud parum multa. hic nil nō excussum, inculpātum, omnibus porro numeris amussitatū. et quod mirari satis non sit, quando cæteri, umbræ uagantur, et plane in sensibus somniāt, humanæ claritatis, ac eminentiæ, si intelligatur, lumina sunt hæc multo nitidissima, Sole pōtentius ex diuinitatis præscripto mentem omnium ita demum illustrantia, ac uelut afflatu sanctiore corripiētia, ut resipiscamus modo, reiectis prorsum auocamētis oībus, dissolui primo quoqꝫ tempore expetas, ac esse cum Christo. Qui unus est cum patre, ac sancto spiritu, uerus, bonus, et ueritas una bona, sed et bonitas una uera. Quamobrē dici haud facile queat, Leandri Alberti sedulitas, q̄ me in plerisqꝫ aliis, nec paucis, quæ uelut artifex longe scientissimus, condita pridem, ac præformata ingenio eminētissimo, et primæ notæ, in annum tamen producit nonum, fœturæ nobili ad maturitatem ocium impertitus, ita semper affecerit, ut rerum clarissimarum ubertate transuersum rapuerit perpetuo, sed hac in primis cura, Vitas illustrium

Chriſtianæ ueritatis ducũ ſacrorũ in unã corporis uelut molẽ congerẽdi,
ab linguæ cultioris hominibus uariis in litteraria promptas monumẽta ſic
deniq; pellexit uel arripuit uerius ut ſubinde recinã apud me illud Home-
ricum utinam τοιοῦτοι δέκα μοι συμφραδμονεσ εἶεν ἀχαιῶν. Sed de
Leandro fuſius alibi. Nunc reliquum eſt Ioannes ampliſſime Regii ſena-
tus moderator, ac Princeps inſignis opus hoc, cuius uelut propylæa ſacrum
præferunt nomen tuum, lecturiſq; ingerẽt perpetuo, qua ſoles omnia fron
tis hilaritate in arcana recipias domeſtica; In quibus ueterum ingeniorum
immortales animæ loquuntur aſſidue, Claritatiq; uirtutum tuarum lumen
præmonſtrant uibrãtiſſimum. Quippe inter tot theſauros, q̃tũuis niteſcẽ-
tes, ac illuſtri conſpicuos rerum ſcientia, nullũ opinor, compereris, huic quẽ
antelatum uelis, ſeu geſtorum uarietatem complectaris, ſeu præceptorũ ſa-
lubertimam diſciplinam, Qua Chriſtianæ ueritatis Proceres eminentiſſimi
tum uerbis, tum uitæ ſanctioris horrore, demũq; ſanguinis ubertate affluen
tiſſima inſcientioribus præſcribere noſcitãtur, Quidnam uicturi gignimur,
ordo quis datus. Quod utiq; ex uſu uitæ clarius multo eſt, q̃ ad lineã uſq;
poſtremã gentilium uolumina uerſaſſe, q̃q̃ et ipſa multis lita ingenii lumi-
nibus ἀλλὰ πρὸσ διόνυσον οὐδέν. Tuæ uero imprimis congruit Nata-
lium luci ſplendidiſſimæ, ac fortunarũ amplitudini, ſed huic præcipue, quẽ
ſumma uirtute confoues, et tueris, loco eminentiſſimo, Siquidem omnium
maximi Regis exactiſſimo iudicio in clariſſima Mediolani urbe regio præ-
fectus ſenatui altiſſimam ſubinde profers doctrinæ magnitudinem, qua ue
terum Iuriſperitorum, ac recentium placita perinde ac ungues noſti tuos
id quod editis comprobaſti uoluminibus longe clariſſimis. Sed et tan
ta morum eluceſcit grauitas, tantaq; clementiæ increbuit fama, ut
facundiam hic exequi non pergam, aut eminentiſſimas animi
diuinioris dotes alias, ut iuſtius tibi multo, q̃ Catoni, poſſit
contribui, eſſe te prorſum in omni uſu ſummũ. Sed de
te plura et cõmodius alias. Nunc id modo adiecerim.
citra tuæ amplitudinis nũcupationẽ, uix tam exi-
miam lucubrationem pede fauſto potuiſſe pu-
blicum indipiſci, Proinde quia magna auſpi
cantibus bene, feliciterq; præfari addecet,
ſacræ paginæ ſacerrimi uir animi pro-
ſpere aduocatur Auſpex clarior, ut
ſimul et Lodouici tui adſit
penatibus tuis monu-
mentũ aliquod.
Vale.

FRANCISCVS FERRARIENSIS ORDINIS PRAEDIC. LEANDRO ALBERTO BONONIENSI S.P.D.

m VIta esse Leandre Charissime, quæ hominum mores ad bonã possint frugẽ instituere nemo est qui ignoret: At illud ego maxime curandum esse crediderim, ut aliorum bene et innocenter acta iuuenes aut uideãt, aut accurate legãt. Mollis est enim adulescentum animus, potestq; in quam uolueris partem facile trahi. Quo fit, ut quemadmodum sociorum moribus assuescunt ad unguem, ita ea facillime complexentur, quæ aut frequenti usu audiunt, aut assidue legunt. Hãc ob causam uoluere Romani, quibus semper bene instituendorum iuuenũ diligẽs cura fuit, ut in eorũ cõuiuiis præclara antiquorũ gesta narrarent ad tibias, quo horũ narratione icẽderent ad gloriã, eniterentq; Priscos Romanos morũ itegritate, aut æquare, aut etiã superare. Nã uti nostrũ ingeniũ in ea arte, cui se addixerit, facile assurgit, ita humani aĩ ægritudines facili studio moderamur, si ad clarissimorum eas hominum collimitauerimus exempla. Non possum itaq; mi Leandre tuam in colligendis patrum nostrorum gestis atq; probatissimis moribus diligẽtiam non magnopere laudare, quippe qui uideam laborem hunc tuum esse maximam religioni nostræ utilitatem allaturum. Nam cum ad ea ipsa antiquorum gesta, quæ in unum uolumẽ triumphali pompa facundaq; eloquentia cõgessisti, ii, qui in religione coalescunt, oculos animũq; adiecerint, sibi uitio atq; desidiæ dãdum putabunt, nisi eorum bene acta sectẽtur, quorũ habitum institutaq; delegerint. Quid enim turpius homini potest accidere, q̃ ab illis ipsis desciscere ducibus, quorum auspiciis et sanctionibus se deuouerit? Eris præterea Leandre de nostris patribus semper optime meritus, q; tantum laboris illustrandæ nostræ religioni impertiueris, idq; cum uenustate quadã, et gratia. Quare te, q̃ maxime fieri potest, rogo, ut excussoribus et frenũ adhibeas et calcaria, ut inq̃ hoc opus tuum, omni profecto ex parte laudandum, in lucem efferant, et citato cursu, et pensiculate. Vale Ferrariæ ex ædibus S. Mariæ angelorũ quarto Calen. Martias.

MDXVI.

BARTHOLOMAEVS MORTARIVS LEANDRO ALB. BONONIENSI COMPRAEDICATORIO .S.

Subit mihi frequenter animo Leander optime egregium .M. Catonis illud, uitam hominis perinde ac ferrum esse, quo siue utare atteritur siue situ deliteat, tamen ferrugine paulatim absumatur oportet, Sed enim, quũ eiusmodi ferrum (ut uaria sunt hominum studia) alius alio terrant usu, hi tamẽ præcipue mihi fuere semper admirationi, hos ueneror, hos ego cõprimis sũma beniuolẽtia ꝓsequor, quorũ ea ẽ cura oĩs, ut simul publicæ mortalium utilitati prospiciant, simul nomen sibi parent post fata mansurum, Tritum est Academicum illud non nobis solis nos esse natos, confessissimũ item, fluxam hanc hominis uitam, si tamẽ uitæ nomine dignanda sit, antea prope decidisse, q̃ esse cœperit. Quid itaq; satius, qd utilius, quidue possit fieri prudentius nõ plane constat, q̃ si curarit mortalium quisq;, eam, quãtulaquæq; datur, uiuere uitam, quæ cum suo ipsius nomini, tum alienæ utilitati conducat. Id cum ab illis in uniuersum fieri constet, qui scribendi studio sese manciparunt, tum ab illis præcipue qui eã potiss. scribere instituerũt, quæ ad honestæ uitæ usum facere possint, Quod mi Leander q̃ abs te sedulo, quamq; fiat egregie, non sunt petenda longius testimonia, q̃ ab eo ipso, quod paulo mox editurus es, opere de illustribus nostræ familiæ uiris, Præter etenim nõ parum multa quæ hactenus elaborasti, alia item quæ etiamdum subincude moliris, doctissima illa quidem, Quis. n. neget, plurima æque uel utilitati uel uoluptati futura legẽtiũ? Cõflasti nuper præclarum istud opus, quo eam tibi sane laudem parasti, quæ, uel sola sufficiat Leandri nomen ab obliuionis iniuria perpetuo uendicare, Præclarissima patrum nostrorum gesta hactenus aut nõ habuimus, aut eo stilo literis mãdata, qui uiro uel mediocriter bonas literas docto, stomachũ potius faceret q̃ uoluptatem, Congessisti ea tu, digessisti, decorasti tam apte tamq; egregie, ut non dubium quin a uiris omnibus bene doctis, maxima sint uoluptate suscipienda, ab minus item literatis haud quaquã refugienda. Placebit aliis ordinatiss. ordo, Aliis iucũda fuerit accõmodatio illa triumphorum non apta minus atq; ingeniosa, Hos tenebit innumerabiliũ prope patrum sanctitas, et in deum pietas eximia. Illos uiri doctrina celebres delectabunt. Neq; deerunt, quos iuuet attẽdere præcellentem multorum uirtutem, qui pro Christi fide tutanda fortiter occubuerunt. Ita nihil nõ singulis, quo quisq; fuerit palato, placebit. Oblectabit autem, haud equidẽ uereor, uniuersos tãta stili uarietas. Quũ sit nihilominus eorũ cuiuis, si qui meus ẽ unũ dempseris, ornatus elegans, doctus, quiq; historicæ narrationi

præcipue competit, fusus et continuus. Ede igitur iam ne uereare, ede opus operosiss. Quod omni prædicatoriæ Reip. non cõmodi minus q̃ ornamẽti sit allaturum. Quodq; , ut habet ille, uoluntati futurum sit omnibus legere, cultui legisse, neq; non usui meminisse. Elaboratum est opus abs te studio incredibili, et exactiss. diligentia, ac præter id recognitorem etiam adhibuisti Flaminium cõmunẽ amicum, uirum, ut paucis dicam, nescio humanitate an literatura præstantiorem, utroq; certe longe præstãtiss. Quare nõ est quod lucem reformidet opus, uel nemo iudice, numeris omnibus absolutissimum. Debebit uero tibi nostra omnis resp. non modicũ, cui tua opera, tuis uigiliis, tuo studio tantum decus accreuerit. Quamq̃ non dubito tu (qua in illã es pietate) ad exemplum Thrasibuli illius Athenien. uiri fortissimi factum tibi satis abundeq; arbitrabere, si quantum ipse illi debes, uisus fueris retulisse. Vale Vir literatiss. et (quod facis) perge illorum sectari studia qui sui memores alios fecere merẽdo. Ex Liuiano Foro eidibus Februariis.
M D X VI.

HIERONYMVS TITIVS DECIANA OR. PRAED. LEANDRO ALB. BONON. SVO. S.

Dum celebras nostri præclaros ordinis omnes,
Quis nomen studium, uel bona uita tulit.
Quid nisi perpetuis tete Leandre corollis
Ornas, ac paribus laudibus accumulas?
Illustrem illustres faciunt, quorum haud minor ipse
Par eris, ornatum dum relegetur opus.

HIERONYMI PLEGAPHAETAE VICENTINI ORD. PRAEDIC. ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

Totum olim ueteres ingenium et Phrasim
Ad Panegyricos immeritos dabant,
Audebantq; malis moribus obrutos
Diuos dicere stultius.
Sic hymnis leuibus Threicium Orphea
Decantasse ferunt omnigenas deos,
Sic Mopsi atq; Lini uaniloquentia
Falsis hos titulis beat.
O Pæana Deis, primum et Apollini
Dictum ridiculis, quo quid ineptius?
Quum cœlum hos citimum non uelit incolas
Sed stix atra, uoracior,
Leandri at referens candida et inclyta
Rapsodia hominum, quin potius Deum
Mores conspicuos, acta piissima
Vero nititur integro.
Claros Romulidas curribus aureis
Scriptor si latius laudibus efferat
Quid tum? quum miseris Cerberus obstrepat
Nunc illis rabidus nimis.
Sed doctus simul et uir probus his schedis
Doctos atq; probos contulit undiq;,
Qui uirtute animi sidereas quidem
Sedes perpetuo colunt.
Horum si fueris sponte pedissequus
Ipse æquis superos passibus appetens,
Attinges. Samii sic sapientius
Cauti littera præmonet.

AD AMPLISS. PATREM .D. DOMINVM NICOLAVM Fliscũ Genuensem.S.R.E.Cardinalem,totiusq; Ord.Prædicatorum Patronũ, Leandri Alberti Bononiẽsis in sex Libros de Viris Illustribus Or.Præd.Procemiũ.

P LINIVS IVNIOR ILLE LITTERARVM optimus excultor, Præsul eminẽtissime, aliquando miseratus plurium clarissimorum uirorum iam uita functorum miserandam sortem, omni studio, ut in lucem restituerentur cõtendit. Cum uero animaduerteret se illos minime uita posse donare, excogitauit et cõstituit litterarũ monumentis æternæ memoriæ tradere. Sic igitur librum contexuit miro quodam ordine, quo sub quadam Nomenclatura, seu Epitomate, classiceq;, illorum uitæ, mores, gesta, et acta egregie, potenterq; facta et scite, demumq; interitus continentur. Itidem. C. Suetonius Trãquillus cum Cæsares suos protulerit aggressus ẽ. Quos æmulatus Plutarchus Cheronensis excellenti quadam comparatione quorũdam Heroum Græcorum, et Romanorum uitas digessit. Et Cornelius nepos cum Tacito, Vopisco, Spartiano, Lampridio, ac Herodiano Græco, cum posteriore Pomponio, uiros plures illustres litteris effinxere, ac dignis monumentis exornarunt. Quod diuus Hieronymus illud splẽdidissimum Ecclesiæ Romanæ sydus, diu mente agitans, Libellum sane egregiũ illa Christianæ religionis luminaria complectentem, quibus respublica nostra fũdata fuerit, demũ aucta et roborata descripsit uenusto eloquio. Quã scite probeq; ii præstantissimi uiri his in libris edendis egere, ut in lucem reuocarent extinctos, non facile dixerim. Digni profecto summa laude, quibusq; omnes nos debere facile quilibet cõcesserit. Illi ꝙ mortui suo labore, suo ingenio in uita restituti fuere, nos uero ꝙ per illos, restitutos uidemus, cõtrectamus, et cõtemplamur. Quofit, ut eorũ mores, doctrinã, parsimoniã frugalitatẽ, cõtinentiã, et sanctimoniã, uidere possimus simul et imitari. Qđ ipse iãdiu animaduertẽs Micantiss. Antistes, post plurimos in struẽdis nostri seculi historiis exanclatos labores (quippe iam qndecim diuersarũ rerũ occurrẽtiũ ætatis nostræ libros cum compluribus cõmẽtariis, post quorũdã Virorũ Illustriũ uitas, post Ephæmerides, quas p̃ manibus habeo, absolui) cõsciẽtiæ stimulis actus, cũ sim sacris initiatus, aliqd laboris pferendũ duxi, ut familiæ nostræ prædicatoriæ gratificarer, ac pdessem, cui apprime, et primũ qdẽ post parẽtes debeo, demũ ut tot insignes uiri in lucẽ iãdiu emortui restituerentur, quorum doctrina, et morum probitate pasci mortalium animi possent. Contemplari siquidem quibuscunq; licebit, quales, quantosq;

uiros prædicatorum præcipue obseruāda religio a Diuo Dominico per tria iam secula cōstituta, orbi terrarū protulerit. Porro duodecimo Cal. Ianuarii huius anni millesimi quingētesimi decimi sexti, septuagesima quinta explebitur annorum intercallatio, qua fuit instituta. Vnde omnibus recte sentientibus, et non rhenicerotis nasum habentibus, miraculo adscribi poterit, cum legerint tot uirorum eminētissimorū clarissimas uitas. Quippe intuebuntur primum librū tanq̄ primigenium, duces religionis nostræ continētem, a parente Dominico incipiendo, usq; ad Thomam Caietanū, omniū postremum. Deinde librum secundum legent, quo Diui Petri Veronensis triumphus, ac plurium fortissimorum reipublicæ Christianæ ducum certamina, et pro uictoria reportata gloria uidebitur. In tertio uero Pontifices Max. Ec. Ro. Cardines, cæteriq; sacri Antistites currum sequētes beatissimi Benedicti. xi. Triumphū agentis, succurrent. Quorum uita plurimū Christi fidem colentibus usui fuit, et emolumento. Liber quartus Diuum Thomam Aquinatem, illud sydus ac splendorem diuinæ sapiētiæ, curru euectū, turmis uirorum omnifariam sapiētia redolentium, ornatū offeret. Triumphus autem Quintus Diuo Vincentio Valentino apostolico uiro, cædit innumerosa multitudine uirorum sanctitate fulgētium septo. Demum in sexto Simon Ariminensis litterarum prorsus expers, cateruam conuersorū (hos uero litterarum expertes, Conuersos uocitamus) post se ducens, uidendus erit. Quam belle uidere est uirorum tātā horum uarietatem illustriū. Hinc omnes tam docti q̄ indocti, quæ ad salutem sibi conducibilia sunt, libere poterunt excerpere. Varia sane hominum sunt ingenia, uariæ complexiones, nec minus uariæ sententiæ. Quapropter uarias ac diuersas uirorum istorum res gestas, uariaq; acta anteponere sumus adnixi, ut unusquisq;, q̄d sibi ad stomachum facere uiderit, accipiat, Curauimus hæc omnia diligenter, ut delicatioribus faceret sat stomachis (ut aiunt) latinitate, ac stilo uenustari, ideo a uiris doctis, latinitateq; impense pollentibus, auxilium, prout uideri poterit, expetiuimus, Qui et perbenigne, et optime cōtulere. Verū hæc omnia tumultuarie facta fuerūt. Siquidem opus edi incœptum est, et simul exscribi omissum. Nostræ intentionis fuit, ut esset stilus nitidus, floridus, et emunctus, nō triuialis, non refractarius, nec tam arrogās, seu altus, ut interpretamētis egeret, sed esset mediocris, uenustus, et nōnunq̄ unde parū succi ac medullæ elici pōt, festiuus. Hoc.n. fieri optimū arbitratus sum, ut tā rudes, q̄ litterati, tā nobili opere se oblectari possent. Vt arbitror, oībus facturū sat est, tum ob ipsas materias, quæ utilitatē ingētē allaturæ sunt, tū ob scriptorum uarietatem, et multiplicitatē, Quia sicut obsoniorum diuersitas gustum allicit, sic diuersitas scriptorum, et editionum, ingenia delicata, non solum inuitat, sed et destinet. Absoluto itaq; pene immēso ac insigni opere

ad tuã.D.Reuerẽdiſſimã id mittendũ cenſui, qui eo, ac potiori munere, ob ingẽtes animi corporiſq; dotes, quibus præditus es, dignus cenſeris. Quæri mus doctrinã? comitatẽ, lenitatẽ, Iuſtitiã, Prudẽtiã, ac ingenii dexteritatem? Quis te doctior, lenior, benignior, iuſtior, prudẽtior ac dexterior? ob has.n. cæteraſq; pſtãtiſſimas tuas uirtutes, Iulius ſecũdus pont.max.ille inq̃ alter Iulius, inter Eccleſiæ Ro.Cardines.iure optimo repoſuit, ueluti habiturus quẽpiã ad Eccleſiæ molẽ ferẽdã potiorẽ ſociũ laboris. Q đ aĩaduertẽs Thomas Caietanus totius ordinis noſtri præfectus, tuã dignationem, uita Petro Rhegino Cardinale defuncto, nomine totius ordinis noſtri, in patronum delegit. Qui tam humaniter, ac hilariter potius onus q̃ honorẽ ſuſcepiſti, ac modo proſequeris, ut oẽs non ſolum te amemus, ſed etiam colamus, obſeruemus, et ueneremur, cõtinue ſuppliciter deum orantes, ut uitã tibi diuturnam atq; fœliciorẽ tribuat. Quid referam de gentilibus tuis, qui tũ domi foriſq; ingẽtẽ gloriam, maximos honores adepti ſunt, prout omnes norunt, qui hiſtorias legerint? Præterea Pontifices maximos et imprimis Innocentiũ quartũ, Adrianũ quintũ uiros tanto principatu dignos, præterea quot Cardines Ro.eccleſiæ, quotq; Flamines ſeu Antiſtites domus protulerit Fliſca. Præterea Laurentium Præſulẽ Montiſregalis, nũc pro Reuerẽdiſſimo.D.Domino Iulio Card.de Medicis, in noſtra ciuitate Bononiẽſi munera ſuſtinentẽ, quem Gubernatorẽ ſeu Vicelegatũ uocant, uirum ingẽtis animi, atq; uirtutis præſtantiſſimæ, ut noſtra ciuitas Bonon.cõmuni uo ce teſtari ſolet. Præterea Petrum Ceruiẽſem epiſcopum hominem alioqui ſolertem, prætermitto Vrbanũ Antiſtitẽ Foroiuliẽſem adoleſcẽtẽ rarũ, qui nũc in noſtra urbe ſedulo ſtudio inſeruit. Quos quidẽ (ut auguramus) aliquando maiori honeſtatos honore, uiſuri ſumus. Fœlix igĩ domus iſta, et pace aliorũ dixerim, immo cæteris fœlicior, quæ tot uiris pſtãtiſſimis claruerit, clareatq;. Domus inq̃ diuina, quæ ĩ toto terrarũ orbe uix parẽ habeat. Verũ hactenus de his, ne nimis oratio noſtra ꝓuehaĩ ĩ longũ. Alias dabiĩ locus res tuas, ac gẽtiliũ tuorũ enarrãdi. Mittere itaq; tuæ dignationi uolumen hoc uiros illuſtres noſtræ familiæ complectens decreui, ueluti patrono noſtro. Accipiat igĩ prælibata Dominatio tua Reuerẽdiſſima libros ſex ab Leandro tranſmiſſos hilari fronte, et quãdo uacabit, legat, et uidebit quot et quãtos fructus prædicatorius ordo ꝓtulerit, proferatq;. Nec me rerum noſtratũ (ut arbitror) fallit opinio, quin putem illas dignationem tuã oblectaturas. Quod ſi abs te munus a me trãnſmiſſum benigno uultu exceptũ cognouero, putabo nihil potius antiquiuſq; ad fortunã meã poſſe accidere, quo fiet, ut cætera ſcripta noſtra poſthac editioni mãdare cũ libro de Claris mulieribꝰ ordinis noſtri haud formidẽ. Valeat dignatio tua fœliciter fauſtiterq; et Leãdrũ inter clientulorũ ſuorũ numerũ oro, obteſtorq;, reponat.

DIVO DOMINICO PRAEDICATORIAE FAMILIAE PARENTI OPTIMO.



ASCENDENTI DE VALLE LVBRICI MVNDI, CHORI PLAVDVNT ANGELICI

IOANNIS GARZONIS BONONIENSIS ORATORIS CLA RISS. IN VITAM DIVI DOMINICI PROHEMIVM INCIPIT AD.R.P.F.VINCENTIVM BANDELLVM THEOLOGVM POSTEA GENERALEM MAGI STRVM TRIGESIMVM SEXTVM.

q

VANTVM VTILITATIS ET EMolumẽ ti cõsequantᷣ qui se se religioni addicũt:nõ adeo sum expers cõsilii præstãtissime pater quin sæpe et multũ mecũ cogitauerim. Nã cum ille collu/ ctator et aduersarius noster ad oẽs dolos uel cogi/ tandos uel explicãdos mirus sit artifex atq; omnia quæ illicere possunt pro laqueis habeat:cõplures ni se religionis beneficio tutati eẽnt in sũmũ discrimẽ adduxisset. Tria sũt: quorũ homines illecebris irretitos in omne scelus ĩgurgitat/libido/arrogã tia/auaritia. Quo fit ut in pernitiẽ ducanᷣ. Multos mea uidit ætas qui cũ nefariæ libidini astricti essent parẽtes ferro petiuerũt. Alii ĩ ipsam patrimo/ nium contulerũt ut eos domorũ suarũ portentum et pene funus extitisse appareat. Regna cõplura (neq; tu id ignoras) libido euertit. Semiramis ob immoderatã libidinẽ non solum regno spoliata uerũ etiam a filio uita pri/ uata est. Cleopatræ quis fuit exitus? Hæc amoribus cõpulsa se in mãsaeolũ rettulit. ibi admotis ad uenas serpẽtibus de uita egressa ẽ. Sardanapalus suc censis ignibus torruit. Quis arrogãtiam laudi dederit? cum ea sit qua impe riũ Romanũ corruerit? Non enim Cæsar superiorẽ nec Pompeius parem ferebat. Noster ille hostis cũ se se ꝑter modũ efferret diuinæ maiestatis cui antea charus erat iussu de cœlesti domo præceps datus est. Nequaq̃ igitᷣ sibi recte cõsulunt qui arrogãtiæ reddunᷣ affines. Primus in historia Romana Crispus Salustius auaritiã esse affirmat quæ fidẽ probitatẽ cæteras bonas artes subuertat. pro his superbiã crudelitatẽ deos negligere omnia uenalia habere edoceat. Id re ipsa ostẽdi põt: si quas Arion Methym nauis Corin thum reuertens subire sit coactus tẽpestates. Non utar exemplorũ copia: quæ sũma est. Ne igitur ab hoste acerrimo hæc tã letalia tæla in te conrice/ rẽtur ad sanctã religionẽ aduolasti. Nullam magis egregiã nauare operã potuisti Sequeris Dominici Thomæ Petri martyris Vincẽtii cæterorũq; patrũ uestrorũ: qui cũ xp̃o optimo maximo sempiternũ æuũ acturi sunt: uestigia. O uiros immortalibus laudibus celebrãdos qui diuitias potẽtiã honores et multa huiusmodi et incerta q̃ nõ tã in cõsiliis nostris q̃ in for tunæ temeritate posita sunt: contẽpserunt. Mea semper sentẽtia fuit ut ea gloria et felicitas quã hi uiri consecuti sunt romanis triũphis præferenda

[Margin: Libido. — Arrogan/tia. — Auaritia. — Arion.]

eēt. Excitent ab inferis Scipiones/Fabii/Metelli/Cæsares/cæteriq; duces romani. Exponāt qd tādē habeat suus ille currus, qd uicti ante currū duces: quid oppidorum simulachra: quid aurū, quid argentū, quid legati in equis et tribuni. quid clamor militū: qd tota illa pompa. Inania fuerūt illa. Militabant hi sub signis populi Romani. Illi uero sub signis christi: q cū hoste uicissent: fugassent: cecidissent: in sanctorū numerū relati sunt. Quid loquar de apostolis, martyribus, cōfessoribus: q cū eūdē hostē prælio fregissent/et castris exuissent, in illam æternā domum discesserunt. Haud eorū dissimilis eris. Optima enim: ut inqt eximius orator: iecisti fundamēta. Nā et si religionē certatim ames: et eā omnibus horis oculis, auribꝰ, complexu teneas, nequaq̄ tamen te a litterarū studiis secernendū putasti. Quippe in dialecticam, philosophiā, theologiam operā contulisti: et ita contulisti: ut eorū: quos tanto opere admiramur: fueris scientiā assecutus. Ea scientiarū genera Bononiæ, Genuæ, Veronæ exposuisti, patefecisti, declarasti, Hinc Bacchalariatus dignitate ornatus es, Tu quid de Mariæ cœli reginæ cōceptione nos seq oporteat, nō solū uno libro expssisti, sed abs te quoq; Ferrariæ erudite disputatū ē. Quātā fueris gloriā adeptus, nulla possum referre oratione, cū qui aderant Viri clarissimi te ad gymnasiū litterarū decedētē cū fauore et laudibus sint prosecuti. Vagant per Italiā quas cōfecisti disputationes de relatione/de angelis/de angelorū natura/de actione et passione: de spiritus sancti pcessione. Quæ opuscula cū legimus, nulla nos facietate afficiunt. Explanasti libros, quā artem ueterē uocant. Nec eorum quæ ab Aristotele de rerū initiis, de anima, de silogismo: quē posterioristicū nūcupant: tradita sunt: memoriā abiecisti. Nā qua homo philosophus in his libris esset opinione: tu planū fecisti. Addā si libet sacras litteras: quarū curam ne pōt habēdā quidē duxisti. Quid enim sibi Paulus in epistolis uoluerit. Quid primo sentētiarū libro Petrus lombardus. Quid ille ipse theologiæ magister et princeps Thomas in eo libro/cui primæ parti est nomē: senserit: diligēter scrutatus es. Quæ cōmemoraui præstātissime pater Innocentium octauū pontificē maximum in eam sentētiam adduxerunt: ut te amplissimo doctoratus munere ornandū duceret: atq; unus esses: qui in eos: quos heresis occupasset: aīaduerteres. Sūt hæc memoratu digna. Illud uero amplū immortale est et diuinū. Vt enim ī illustrissimi uiri Ludouici Sfortiæ cōspectū te contulisti, eo deducti sunt Iudæi genus hominū superstitionis maleficæ. Vtrinq; uentū est indisputationē. Non semel sed sæpius eos suo (ut aiunt) telo cōfodisti. Coacti sunt sese abdicare Ex quo eā laudē consecutus es, quā nulla unq̄ ætas conticescet. Non est mihi consiliū cæteras tuas laudes referre, quod alias in eā rē longior fuero. In præsenti hunc librum, quo sanctissimas beati Dominici actiones sum cōplexus, tibi dicaui.

Ipsum benigne humaneq; accipies. Nec sane quisq̃ mihi succẽsebit. Nã si Aristoteles cum deposito philosophiæ studio dicere cepisset et adolescentes docere summa erat in gloria, haud ipse, si cura historiarum scribendarũ posthabita tã officiosam prouinciã mihi deposco dedecore sũ afficiendus?

A DRIANO QVARTO PONTIFICI MAXIMO SVCcessit Alexander Tertius. Id temporis Callarogam, quod Hispaniæ ad modũ nobile ẽ oppidũ. Fœlix q̃dã icolebat. Vir sũma probitate, sũma uirtute sũmaq; liberalitate p̃ditus. Hic Ioannã sibi matrimonio cõiũxerat puellã q̃dẽ uenustã muliebribusq; officiis ornatã. Ex hac xp̃i optimi Maximi munere duos suscepit filios, Dominicũ et Antoniũ. Eos ut cõsuetudinis ẽ, instituẽdos, et ad omne officii munus ĩstruẽdos curauit. Quo factũ ẽ, ut, cũ ætate ꝓgrederent: i sacerdotũ numerũ adscriberẽt. Antonius q̃d mira pollebat misericordia, his q̃ i sũma erãt mẽdicitate, egregiã nauabat operã, oĩbꝫ siq̃dẽ, et ꝑebat, et seruiebat. Vt morte defũctus ẽ: multa sunt ab eo signa ꝑpetrata. Dominicus aũt cõtemptis huius mũdi illecebris, sese religioni addixit. Nõ illius signi memoriã abiiciã. Nã cum mater eũ cõtineret aluo, uisa est se cõtinere catulũ facẽ ore ferre ardentẽ. Vt uero puerũ enixa est. cõfestim totus orbis enituit. Iã ætati paululũ roboris accesserat, cũ ad tẽpla ꝓficiscebat deũ uenerãs, colẽsq;. Ita eũ parẽtes erudierãt, Ab oĩbus nõ molli strato, sed duro iacens usq; ad extremũ tẽpus ætatis cõspectus est. Erat puero Auunculus quidã, cui ex sacerdotibus principatus deferebat. Hic illius erudiẽdi atq; ad res sacras instruẽdi curam susceperat Breui et doctrina, et his artibus, quibus ætas puerilis informari solet peritus euasit, et quæ ad sanctã religionẽ pertinebãt. nihil ẽ eorũ ab illo prætermissum. Nũdũ quartũ et decimũ, cũ ab eo, quæ diximus gerebant, egressus erat annũ. Admirabant oẽs, quod adolescẽs de se tã grãdia polliceret.

Felix.

Dominicus.

Signum.

Ea tempestate Palẽtiæ in omni sciẽtiarũ genere ingenia florebant. Eo parentis iussu profectus est Dominicus discẽdarum litterarum gratia. Difficile dictu est, in quã frugẽ euaserit, nõ modo æquales sed natu etiam maiores superauit. Verum, ne uel minime labe inquinaret, nõ modo, nõ scortorũ, sed etiã uirginũ matronarũ societatẽ recusabat. Adde ebrios, aleatores: testamẽtarios, atq; oẽs bonorũ corruptores, quos tanq̃ acerbissimã pestẽ uitabat. Voluptates blãdissimas dominas, ne ipsum a ratione detorquerẽt, cõtemptui habebat. Ad uirginitatẽ, quã deo dicauerat cõseruandã, omni erat cura intẽtus. Ferũt ipsum omnes liberales disciplinas memoria tenuisse ut ipsis, quibus in illis discẽdis usus fuerat, præceptoribꝫ excellere uideret. Nec his cõtentus esse uoluit. q̃d q̃ cõtẽpta oĩum sciẽtiarũ regina. Theologia in p̃hiã operã cõtulissent, hos aspernabat, eosq; idustriã atq; oleũ ꝑdidisse affirmabat, qui in illa ætatẽ cõsumpsissent. Ego et si nullis

ſim diſciplinis ornatus, a Dominico minime diſſentio. Quis enim Plato/nem, quis Ariſtotelē. Quis Anaxagorā, quis cæteros ſtultos mūdi ſapiētes laudi dederint, cū nūq̄ ad ſanctæ ueritatis diſciplinam ꝑuenire potuerint? Vellē xp̄s optimus faceret: ut ipſe fatuorū ſapiētū princeps Ariſtoteles ab inferis excitaret. Anni ꝓfecto mille octingēti tres et triginta circūacti ſūt, cū extremū uitæ diē morte cōfecit. Quererē, q̄d ei Plato p̄biaq; ꝓfuiſſent, quādo tot annos de ipſo tā exquiſitū apud inferos ſumptū ſit ſupplicium. Fateor eū ſine dubio fuiſſe ꝓdigiū grādeq; miraculū ī tota natura. Fateor ei pene fuiſſe infuſum, quicq̄d naturaliter ē capax humanū genus. At hu ius mūdi ſapiētia apud deū, ut inq̄t ille, ſtultitia ē. Quis eū ſapiētem cēſue/rit, quē charitas nō informat? cuius intellectus nō captiuat ad fidem, cuius cor ad xp̄i ſeruitutē nō inclinat? Sed, ut ad id redeā, unde digreſſus ſum, q theologiā callebāt, hos, quatuor annos audiuit. Nequeo uerbis cōſequi/q̄ clarus euaſerit, ut unū eſſe Dominicū oēs admirarent, qui uirtute, ſanctiſſi mis moribus et doctrina ſuperaſſet ætatē. Forte ita caſus tulit, ut nō modo ciuitas ipſa, ſed oīs quoq; hiſpania famæ laboraret, et ita laboraret ut ciues externiq;/ſiue nobili/ſiue īfimo eſſent genere, carnibus oīs generis quadru pedū, et coriis, herbiſq; ueſci cogerent. Qui egeſtatis referti erāt, fame ab/ſumebant. Tū Dominicus uehementi in eos cōmotus miſericordia uni/uerſam ſupellectilē tum librorū tū earū rerū, quæ illi in uita opus erāt, ue/

Didacus. num, ut his ſubueniret, dedit. Sub idē tempus Ep̄s Oxomēſis, cui Didaco erat nomē (erat hic et diuinarū litterarū ſtudiis et optimis moribus expoli tus) oēs cogitationes ſuas ad augēdā xp̄i religionē referebat. Quod ſi ui/rum cōperiſſet probitate præditū, diſciplinīſq; imbutum, hūc ad ſe allicere adnitebat, et ampliſſimis afficiebat muneribus, crebriſq; admonitionibus

Auguſti/nus. ut ſeſe religioni dicaret, hortabatur. Inter cætera beati Auguſtini religio/nem ſummis efferebat laudibus. Ex quo illi, quod canonica eſſet (ſic enim eam uocāt) aſſentirent. Complures in hūc modū ad ſententiā ſuā tradu/cebat. Ad hūc ſanctarū actionū Dominici fama peruenit. Quo factū eſt, ut eū ad ſe accerſiri iuſſerit. Cōfeſtim ipſum canonicatu regulari (ita eam dignitatē nūcupāt) ornādū duxit. Nō poſſum, quāto gaudio exilierit, ora/tione complecti: Quin ſe ꝑ beatū aſſerebat, quod hominē piū probū, ſan/ctis litteris excultū in ædē ſuā collocaſſet. Interea Dominicus, ut cœleſtiū numerū augeret (ſi quidē ad diuinā domū propēſiſſimo ferebat aīo) nul/lum ſibi laboris, ſi labor dicēdus eſt, genus defugiēdū putabat. Igit librū, quas patrū collationes uocāt, ad ſe afferri iuſſit, quē cū diligēter accurateq; legiſſet, inſtituit eorū, quos uitā pie et ſancte īſtituiſſe cōſpexerat, ſeſe haud diſſimilē fore neq; ab humilitate, quæ uirtus laudatiſſima ē, abeſſe. Vt enī ad xp̄i nuptias īuitabat, oībus honorē deferebat, eoſq; iubebat anteire. A/pud xp̄o dicatos ē ī more poſitū, ut unus q ꝑſide, quē priorē uocant, exce/

pto reliqs præsit: deligatꝰ. Is quãtũ cõiectura cõseq possum: ꝑsidis si negotiis ĩpeditus absit, munus sustinet. Adeo Dominicus ĩ ea mole se ꝑstitit, ut ne ullũ qdẽ factũ suũ iure reprehẽdi posset. Quod. n. sui fuit muneris atq officii, id cõsilio, fide, grauitate uigilãtia executus ẽ. Nocte atq interdiu uacabat orationibus nunq̃ ieiuniis abstinens: Adeo cibi potionisq parcus erat ut uix uires reficerentur. Decenniũ uino abstinuit, quæ res eius stomacho plurimũ obfuit. Id ẽps cũ aĩo suo cõsiderãs, ne in posterũ ita uini parcus esset, suo iure cõmonuit. Qui uel inopia uel solicitudine uel dolore ꝑmebanꝰ: eorũ ĩcredibilis ipsum capiebat miseratio. Quod si flagitia admittebanꝰ: nequaq̃ ei deerat misericordia. quin stillabant ꝑ ora lachrymæ. Qui uero nullis se sceleribus inqnabãt, his gratulabatꝰ qđ omni illorũ cura posthabita sese ad deũ tota mẽte cõuertissent. Hæc dũ a Dominico gerebanꝰ, qui Hispaniæ imperabat Alphõsus ad Didacũ ẽpm litteras ꝑferri curat: qbus illũ docet, ut ad se iter susciperet, qđ ad põtificẽ maximũ mittẽdus sit legatus: Nec ullã morã interponat Didacus: ne regis uolũtati deesset, socio sibi adiũcto Dominico Castellã: quæ caput ẽ hispaniæ, cõtendit. Cũ tolosam ꝑuenisset: cognoscit magnã uim incolarũ hæretica prauitate impeditã, tũ Dominicus (nã ad hospitiũ diuerterat) hospitẽ ad se acciri iubet. Quærit ex eo: quæ sibi de religiõe xp̃iana aĩo sedeat sententia. Vt ipsum præcepit eodẽ errore implicari, cõfestim quid sequendũ, quid fugiẽdũ esset illi ante oculos posuit. Hospes Dominicũ afflatu diuino locutũ existimans errati ueniã petiit. Se posthac nunq̃ tanta lapsurũ imprudentia pollicitus ẽ. Quin Dominico qđ ex eius aĩo opinionẽ tã penitus insitã et tã uetustã euulsisset amplissimis uerbis gratias egit Hæc ẽ prima đ colluctatore nostro Dominici uictoria. Iã didacus legationẽ obierat, cũ qd ei esset in aĩo põtificẽ cõmonuit. Se malle: ut sibi ĩ tãta dignitate alter succederet qđ Albianẽses ꝑuersa hæresis occuparet, se nulla spe. quin eos tãto liberaret errore decidere. Id se facturũ põtifex recusauit. Ex quo Didacus ad regẽ gressus ẽ. Paucis post diebꝰ ad Cistertiũ, qđ monachorũ, q id Religiõis genus ꝓfitebanꝰ, usũ sibi iocũdũ futurũ sperabat, cõtendit. Multis uerbis ultro citroq habitis in eorũ numerũ adscriptus est. Tertia post die cũ cõpluribꝰ monachis comitibꝰ, quo ab eis cistertiẽsiũ ĩstitutis ꝑceptisq erudiretꝰ, ide excessit. Nec dominicus qdẽ aberat. Cũ ad mõtẽ pessulanũ ꝑuenissent, abbates duodeci nõ nulliq ẽpi, qđ Innocẽtius tertius põtifex Max. heresis Albianẽsiũ reprimẽdæ ac delẽdæ gratia eo ꝓficisci iusserat, ipsis obuiã prodeũt. Repẽte didacus cæteriq ex equis desiliũt. Tũ q apud eos maximo erat ĩ honore abbas qdã, nos ĩquit patres optimi põtificis iussu ad reuocãdos ab erroribꝰ Albianẽses huc iter cõtulimus. qđ ad tã sanctã nauãdã operã nobis ꝑsidio sitis, uos oẽs oratos uolumus. Nõ enim scimus, nec si sciamus dicere audemus qd ꝑstabilius efficere possitis, q̃ tantã animarũ

Alphõsus.

Tolosa.

Prima Dominici uictoria de diabolo.

Albianẽses

gregẽ diaboli dominatu liberare. Casu accidit ut abbas euãgelii mẽtionẽ faceret, qđ cũ se planũ facere adniteret, quæ tibi inqt Didacus oratio elapsã est? Si sic sẽtias, erecta uia declinas. Cõcede ĩ sẽtẽtiã meã. Q đ homini xp̃iano fas ẽ optare, id adipisceris. Nõ te spes tua frustrabit. A uobis (me enim ad uos cõuerto) cũ ĩfinita hoĩum multitudine nõ opinionibꝫ nõ sermonibꝫ, sed re cõgrediẽdũ ẽ Tũ abbas Nos te cõsilii p̃ticipẽ habemus. Tua exeq mãdata nobis statutũ ẽ ac decretũ. Igit Didacus comitibꝫ suis una cũ p̃tiosa supellectile, ut sese patriæ redderẽt iussis nos ĩqt ĩ oppido cõmorabimur Quæ a nobis fiet, eadẽ a uobis fiãt. O spectaculũ memoratu dignũ ac sẽp litteris laudibꝫ monumẽtisq; đcorãdũ. Subsequebant Didacũ Abbates atq; Ep̃i temporũ suorũ clarissima lumina. Nec Dominicus a tãto munere seiungebat. Cũ igit oẽs tantã hæresim oblitterare ĩstitussẽt atq; ad rectã uiuẽdi formã eos traducere, ceperũt p̃ oppidũ pedibꝫ iter facere, Nullus fere uicus erat, quin ibi sacra xp̃i euãgelia exponerẽt ipsius pauptatẽ explicãtes. Fuit hæc nimirũ Religionis p̃dicatorũ spẽs. Eã rẽ q hæresi ĩpediebãt adeo inimico ferebãt aĩo, ut ardentius et ĩportunius ex suggestis mẽtis suæ cogitata denũciarẽt. Verũ Didacus sic spectatæ erat uirtutis et prudẽtiæ, ut in se hæreticorũ oculos cõuerteret. Quin apud iudices causa ipsa acta est Qui ueritati accedebãt, libellos p̃ferebãt xp̃ianæ fide ĩdices. Age Dominicus libellũ p̃tulit, quo p̃ multa tũ exẽplis cõfirmata, tũ sãctissimorũ uirorũ sententiis corroborata cernebant. Libuit hæreticis ut de libellis suis piculũ fieret

Miraculũ. bis ut ignis iniectus ẽ, p̃tinus ĩcẽdio cõflãgarũt. Semel, iterũ, tertio Dominici libellus igni ad motus ẽ nũq̃ absũmi potuit. Quin sẽp resiliebat dixisses ipsũ a nullo sẽsu abhorrere. Quos hæresis occupabat, hos nõ mediocris capiebat admiratio. Quo factũ ẽ, ut hi se ab errore, quo ĩplicati erãt, ad rectã uiã reuocarẽt. Qui uero se ab eo seiũgebãt, exultabãt lætitia, et triũphabãt gaudio Accedebat alia calamitas. Nã qbꝫ nullæ erãt opes, nullæq; facultates. hi filias hæreticis educãdas atq; eorũ p̃ceptis erudiẽdas tradiderãt. Id Didacus iniq; ferẽs ĩ loco, qđ Prulianũ uocãt, monasteriũ ubi puellæ habitarẽt, iussit extrui. Cõfecto biẽnio Didacus omnes, qbꝫ ĩ exponendis euãgeliis usus fuerat, socios ad se accersiuit: cũq; eos, ne ceptis desisterẽt, cõmonuisset, his Dominicũ p̃fecit. Paucis post diebꝫ sese patriæ reddidit. Non multo deĩde ĩteriecto tẽpore ui morbi opp̃ssus est. Id ubi his, quorũ familiaritate utebat nunciatũ est, ab his cogitationibꝫ ad alia cõsilia se cõtulerũt atq; ad patriã incredibili celeritate aduolarũt. Querebãt se eo p̃ĩcipe destitutos, quẽ si fieri poterat, ĩmortalẽ esse oportebat. At Dominicus dolorẽ quẽ accepat, tũ sãctissimi uiri, tũ amicissimi morte ferre moderate nitebat. Siqdẽ nõ cõmoueri nõ suæ arbitrabat esse humanitatis. Quis. n. nõ moueret tali ac tãto uiro orbatus? Interea ĩnocẽtii tertii uerbis et litteræ reddunt qbus, ut expugnãdã albianẽsiũ hæresim p̃ficiscat, fit certior se illis maledixisse, nec uereri, qn de hoĩbus abiectis et luce ĩdignis amplissimã sit reportta

turus uictoriā. Sub idē tp̄s Simon q̄dā nulla egēs uirtute (præerat is oppido: quē Mōteforte nūcupabāt) Dominicū incredibili beniuolētia cōplectabat̄. Ille pupillorū, ille uiduarū, ille tēplorū tutelā suscipiebat. Ille miseris, q nullis erāt opibus p̄diti, subueniebat. His p̄terea, qui a xp̄iana ueritate dissentiebat: male optabat seq; acerrimū hostē ꝓfitebat̄. Quin etiā Dominicus apud eos maximo odio inuisus erat. Detrahebāt p̄diti hoīes de sanctissimi uiri dignitate, q̄d se oībus ridēdū p̄beret. Sed uiro cōstāti, et religionis xp̄ianæ ꝓpugnatori fortissimo ne ullū quidē metū incutiebāt. Vt igit̄ pontifici audiēs esset, comite oppidi ep̄o sibi addito ad cōferēdū cū hostibus p̄liū cōtendit. Eūtibus forte obuius fuit ex hæreticis q̄dā. Ex eo petūt, ut ad hereticos (is nāq; ab ipsis nulla impeditus hæresi putabat̄) deducant̄. Homo uafer eos extra uiā egit, cuius calliditatē cū p̄cepissent. uos inq̄t Dominicus uiri optimi nullus subeat timor. Sit uobis ī deo spes oīs cōstituta. Ip̄e nob̄ erit firmū magnūq; subsidiū. Vix finē dicēdi fecerat, cū ille q̄to ī errore uersaret̄, mēte agitās deū, quo sibi tetrū crimē cōdonaret̄, p̄cibus fatigauit. In hūc modū resipuit. Igit̄ multū itineris p̄ siluas emēsi ad aregiā amnē p̄uenerūt. Dū ipsū p̄ uada nota traiiciūt, libellus Dominico, quo ī tribuēdis deo laudibꝫ utebat̄, manibꝫ ꝓlapsus decidit. In sequēti die a piscatore hamo captus ē, et a muliere ad eū allatus. Est hoc nimirū loco miraculi habēdū, cū nulla esset aqua cōspsus. Dies cōplures ītercesserūt, cū nōnullis comitibus assumptis ad aliud flumē p̄uenit q̄d ut uidit, et altitudine aquæ, et rapiditate ad trāseūdū difficile, portitorē ad se accersit. Is p̄sto fuit. Cū oēs lintræ traiecisset, ut sibi pecunia exoluat̄ petit: Ad unū oēs, extra dn̄icū, exoluerūt. ad quē ille se uertēs uestē lenit̄ manu traxit. Heus tu iq̄t, ut mihi satisfiat iube. Nihil ē iq̄t dn̄icus mihi, neq; auri, neq; argēti. Cæpit ille iclamare, neq̄ q̄ cū eo bene agi, q alienis abutat̄ laboribꝫ. Tū Dn̄icus ꝓcidit, atq; ad cælū suspitiēs ne me inq̄t xp̄e optime, max. deseras. Repēte e terra numus egressus ē, quē cū portitor legisset, excesserūt oēs. Annos plures ob delēdā hæresim Tolosæ cōmoratus erat, cū nō nulli sup̄bia, et neq̄tia p̄diti de eo occidēdo cōsilia inierūt. Quin si ipsis fuisset obuius, suis manibus p̄iturū minitabant̄. Cū ei ex urbe abeūdē esset, hoīes, quibus nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beniuolētia erat, q̄d de eius discessu certiores facti erāt prægressi loca, qua iter facere statuerat, insederūt. Eo cū uir sanctus uenisset, sese ipsi obiiciūt. Ex his unus. te ne inq̄t mortis tenet metus? Si p̄rehēsus esses, quo fuisses aīo? Vt mērē meā inq̄t dominicus, teneas, nil mihi iocundius ē, q̄ ut possim martyrio coronari. Vtinā Xp̄s optimus max. mihi hāc optionē deferret, Vos hoc corpore utimini iudicio uestro, pro xp̄o, cui maximis sum beneficiis obstrictus, nullū laboris cruciatus mortis genus recuso. Hæc audientes cæde abstinuerunt. Haud sane intelligo, qui fieri possit, ut qui a charitate alienus existit, is cœlestium numerum sit aucturus, cum Paulus apostolus se nihil utilitatis si a charitate absit, cōsequi affirmet, quāuis exquisitissimos subeat cruciatus. Igitur Dominicus ne a tanta uirtute se iungeret̄ hæretico, cui nullæ erāt opes, in hūc modum subueniēdum duxit.

Nã, cũ ipſum ab hæreſi, quadiu implicatus fuerat, ad rectã uiã reuocare oĩbus ingenii uiribus adniteret, pſtabat hõ miſer ĩ ſentẽtiã, nec pcibus ſuis mouebat, qđ ſe eo calamitatis deuẽturũ affirmabat, ut ipſi uictus ueſtitus defuturi eſſent. Vir ſanctus, quo, illi, quæ in uita opus erãt, ſuppeditarent, ĩſtituit, ut ſui fieret uenũdatio. Fuit ei in aĩo ĩ aſiã traiicere. Qua uero rõe adductus de ſentẽtia deceſſerit, parũ comptũ habeo. Per idẽ tps matronæ quædã nobili genere natæ ad hæreſim defecerãt. Id ubi Dñico nũciatũ ẽ, cõfeſtim ad ferẽdã illis opẽ comite uno cõtẽdit. Igit intendẽtibus ſe tenebris ad matronarũ domiciliũ pficiſcit, pulſat. Aperit, honorifice cõſurgit. Vt Dominicus ſalutatione functus ẽ, matronæ (nã cœnæ ſatiſfecerãt) eos ad ſumẽdã potionẽ inuitãt. Id illi, qđ ieiunio indulgebãt, tenuerũt. Tãdẽ eos in cubiculũ, qđ peripetaſmatibus ornauerãt, deducũt. Cubile præterea auleis operuerãt: Tũ uir ſanctus nõ ẽ inqt noſter cõſuetudinis, cũ quieti operã damus, tã moli tã delicato uti ſtrato. Iubete ad nos tabellas deferri Sup eas cubabimus. Matronæ mãdata executt, ſeq inde pripiũt. At Dominicus manibus ſublatis pcidit. deũq; ut miſellarũ mẽtibus lumina pferret, precibus obſecrauit. Hoc tã pclaro facinore effectũ ẽ, ut matronæ poſt hac nullo laberent errore. Phanũ iouis, ita incole uocãt, oppidũ ẽ nõ longe diſtãs a Toloſa. Id infinita hæreticorũ multitudo incolebat. Cũ igitur ad illã pſternẽdã omni ſtudio duceret, cõmonẽdæ ipſius gratia illuc iter cõtulit. Deſcẽdẽti ex ſuggeſto mulieres nouem mira pollẽtes nobilitate ſe obiiciũt. Quæ grauis erat annis ad eius genua pcidẽs nos inqt Virorũ ſapientũ, quos hæreticos uocas, ueſtigia ſequimur. Ab illorũ opinione mirũ immodum diſſentis. Nobis quam ſententiã ſecuturæ ſumus, iniicit ſcrupulus ac dubitatio quædã, Tu pater optime animũ noſtrũ tãta ſuſpitione libera, Tuus iſte deus, de quo tã grãdia pdicas, q pceptis ſuis fidẽ habendã putabũt his cœleſtẽ ac diuinã domũ ultro pollicet. Tu ſi ea de re ſignũ edideris, pfecto eæ ſumus, quæ nũq tua de ſententia decedemus. Vir ſanctus incredibilẽ quãdã pcepit aĩo uoluptatẽ, qđ nec oleũ nec impẽſam ut tritũ eſt uulgi ſermone puerbiũ, pdidiſſet. Igit paululũ ſe colligẽs, ſi inquit cõſtãtiæ ueſtræ minime defueritis, a domino edet ſignũ, quo cõpulſæ falſam iſtã religionẽ ueſtrã ſempiterna obliuione delẽdã cẽſebitis. Cui antehac ſeruitutẽ ſeruieritis, res ipſa declarabit. Cũ hãc orationẽ locutus eſſet repente feles, quem muſionẽ uoco, erat is tãtæ magnitudinis, ut in ſe oĩum oculos cõuerteret, ex illarũ medio proſilit. Præterea uultus adeo deformis erat ut eũ nemo ſuſtinere poſſet. Omitto quẽ exhibebat odorẽ ingratũ ut prope omnes ſe inde abdicare cogerent. Semel, iterũ, tertio mulieribus obambulauit. Tandem ad turrim iter intendit ubi reſtæ nolæ ſuſpenſa in ſummũ euaſit. Cũ aliquãtulũ cõſtitiſſet, ab oculis, et ĩ caliginoſas deſcẽdit tenebras Dominicus in mulieres oculos cõniciẽs, quid inquit timuiſtis? Cur tantus uos opprimit timor? Vobis in xp̃o optimo max. ſpes oĩs conſtituẽda eſt.

Igit̃ mulieres beneficii memoriam minime abiicięses errores abiecerũt seq; sanctæ religioni addixerũt. Annos decẽ Galliã narbonẽsem peragrauerat Dominicus pdicãdo, populos docẽdo, eosq; ab hæresi reuocando. Nemo unq̃ inuẽtus ẽ, q cũ hæreticis tã forti et tã cõstãti aĩo: arma cõtulerit. Accedebat sentẽtiæ suæ, is, de quo supra memoraui, Simon princeps, q eos ferro igneq; castigabat. Id causæ fuit, cur mutua se beniuolẽtia psequerẽt, illudq; Dominico cũ Simone cõmune esset, in quo oĩs uis esset amicitiæ. Cum igit̃ apud Simonẽ inter hæreticos et xpianos de rebus ad sanctã fidẽ spectãtibus esset oborta cõtẽtio, Dominicus libellos sua manu excriptos exhibẽs soluite inqt hæc, si potestis argumẽta. Quidã ex barbaris hæresi oppressus cõspiciamus inqt an libelli igne corrumpant̃. Nõ defuit Dominicus illius uolũtati. Cũ igit̃ libelli in ardẽtissimũ ignẽ iniicerent̃: cõfestim resiliebãt. Id actũ nõ semel sed sæpius. Tũ hæretici se in orbẽ colligẽtes suis edicunt, ne de tãta re quisq̃ admoneat̃, qͥ magno sit oĩbus futurũ periculo. Sed res ipsa nõ diu in obscuritate latuit. Per ea tẽpora Dominicus aliud secundũ cũ hostibus pliũ fecerat, quãdo ad tẽplũ die in noctẽ inclinãte iter cõferebat, cuius ianuã noctibꝰ clausam cũ is, qui se comitẽ pbuerat, aĩaduertisset, nos inqt difficili tẽpore huc uenimus. Nõ enim, ubi noctẽ agamus, ullus ẽ locus. Nulla te inqt Dominicus dubitatio subeat. Hoc onus xps optimus max. sibi suscipiet. Subito ianuæ patuerũt. Illi tẽplũ igrediẽtes deo gratias egerũt. Cõmonefaciebat populũ Dominicus, cũ ad eũ deductus ẽ hõ diaboli dominatu oppressus, hũc suarũ orationũ beneficio tãta seruitute liberauit. Sũt et alii ad eũ adducti, qui infirma erãt ualitudine, quo pristinæ sanitati restituit. Alter ptereã demoniacus hũc stola primũ suo deinde demoniaci collo cincta de aduersarii manibus eripuit, illi mãdãs, ne in posterum hoiem eadẽ afficeret molestia. Hæc dũ a Dominico gerebant̃: Simon nõ lõge a tolosa castra posuerat, eã nocte, et interdiu tormẽtis cæterisq; telorũ generibus uerberabat. Igit̃ Anglici qdã, quos ad quadraginta fuisse accepimus, qd ad Iacobi tẽplũ ipsis pficiscẽdũ erat, tolosæ appropinquauerant. Cũ urbẽ intrare nõ auderẽt (nã tolosani põtificis iussũ a piorũ sede cetuq; abacti erãt) ad flumẽ aduerterũt. Nauẽ piscatoriã, ut trãsueherent̃, cõscẽderunt. Dũ trãsuehunt̃, nauis, qd putris erat, et ad modũ uetustate dilabens, nimio põdere soluta ẽ. Cũcti flumine absorpti sũt. Maximus sumptis lãceis ad ripã factus ẽ militũ cõcursus. Clamor igẽs tollit̃, ad quẽ Dominicus excitus, nõ. n. pcul aberat, accurrit. Quid tãtus sibi uelit militũ clamor sciscitat̃. Rẽ exponũt, tamẽ ipse q nũq̃ misericordiã pscripserat procidit, ac nullis lachrymis tẽperãs ad cœlũ suspexit, atq; ita locutus fert̃, Xpe optime maxime, cuius impio cœlũ, terra, mariaq; subiiciunt̃, q, ut ppetua genus humanũ seruitute liberares, ne mortẽ qdẽ ipsam recusasti, Cõmouearis oro et obsecro in hos peregrinos misericordia; qui, ut cũ eis pie sancteq;

Simon.

Simon.

Anglici.

Oratio dominici.

agerent a gurgitibus exhausti sunt. Facito: ne tātā de miseris uictoriā hostis
Virgilius. cōsequat: Hāc abs te operā exigo. Præbe te mitē. pbe te misericordē pere/
Miraculū. grinis tuis. Hæc ubi dicta dedit: ad unū oēs caput manusq aqua extulerūt
At Dominicus se ad eos uertēs cōcedite inqt ad me uiri optimi. Maxima
debetis deo beneficia cuius admirabili sapiētia a mōtuis excitati estis. Qui
in ripa stabāt milites pdeūtibus lanceas porrigebāt: qbus manu præhensis
ad ripā trahebant. Iā Dominicus adeo signorū gloria florebat ut nemo
esset exceptis hæreticis qp ab eo alienū haberet animū. Epi. Archiepi cæte/
riq; ædis sacræ principes nō modo eū diligebāt uerū etiā amabāt. Tribus
potuit ornari epatibus: Id semper renuit. Mallebat uir sanctus xpi sequi
uestigia q honoribus caducis et mobilibus honestari. Nil sibi iocūdius eē
affirmabat: q ut posset et diuitib9 et egenis eē psidio. Se nō abesse a spe: q
oēs hæreticos ad sanctā religionē reuocaturus esset. Interea tolosani cū ni/
miū diuturna et graui obsidione pmerent legatos ad Alphonsum Arago
Alphōsus. niæ regē pficisci iubēt qui auxiliū implorēt. Rē ī mala spe esse nec uereri
quin ipsi nisi subueniat: cogant iugū subire seruitutis. Rex robustissimas
legiones illis in psidiū misit. Ex quo nunq illucescebat qn tolosani urbē
egrederent cū hostib9 signa collaturi. Erat id tpis apud Dominicū homo
quidā religioni Cistertiēsi dicatus. Is Dominicū adiēs quādo inquit tantis
bellis finis imponet? Cū ei Dominicus taciturnitate respōderet quid taces
uir sancte? ni deus subuenerit: de nobis prorsus actū est. Tum Dominicus
macte inquit Iuuenis. cōstāti et forti esto aīo. Tātis calamitatibus domi/
nus optima adhibebit remedia. Nec uereor quin tolosanos sit subitura pœ
nitētia. Ipsi suis malis docti resipiscent. Res nō diu morabit. Multis ferro
uita eripiet. Cū uētū erit ad manus: Rex letali uulnere accepto mortē occū
bet. Interim Simon q in tolosanos magno æstuabat odio ut illucescebat:
signa portis inferebat. Id Tolosanis indignū uisum est. Igit pateti porta
erumpūt. Præliū cōserit uictoria neutro iclinata stetit. Ex tolosanis plus
decē capti sunt quos ut cognitū ē hæretica prauitate impeditos confestim
in uincula cōniciunt. Cū ī sentētia pmanerēt qui senio cōficiebat: nos in
quit quo ad animā efflauerimus eo sumus aīo: nunq sentētiis uestris acce
demus de nobis quod uultis suppliciū sumite. Igit in questionē adhiben
tur. Miseri re cōfessa sub ea cōditione carnifici tradunt ut nulla interiecta
mora eos succensis ignibus torreat. Dū ignis miseris admouet ex captiuis
unus in Dominicū oculos cōniciēs Iubebis uir xpi īterpres cineres meos
ne igne amburant seruari. Iudices misericordia cōmoti nulla ipsum mor
te afficiendum duxerunt. Annos uiginti hunc misellum hæresis occupaue
rat. Ex quo abiecto errore sese religioni pdicatorū addixit. Adeo uigebāt.
egregia Dominici facinora: ut apud oēs summa esset dignitate et existi/

matione. Forte filiã Simon ex uxore susceperat/cum ut a Dominico aqua quo lauacro peccata carnis aboleret:tingeret̃ istituit. Filii ꝓterea nuptias: quæ breui celebrandæ erant, benedictione afficeret. Erat id tpis/Turelia censis eṗs/uir nulla egens uirtute. Hũc populi uenerabant̃, obseruabãt, co lebãt. Inter prædicandum. illud inquit denuncio. illud significo quẽdam præsto futurum: qui summus prædicator censeri poterit: In eo tãquã in speculo quiuis uitam suam intueri poterit. Abbas quoq; Iobachinus cũ multa litteris memoriæq; ꝓdidisset/unũ futurũ affirmauit: aquo prædica torum religio extruẽda eẽt. Hũc ipso uita functo fratres sui et amarẽt et bonore prosequerentur. Haud falsus uates fuit. Omittamus Ioachinum: q̃uis summa sit existimatione: Sibylla Erythrea/quam Apollodorus ery/ trhreus suã affirmat esse ciuẽ: sydus: cuius nitore uniuersus terrarũ orbis illustris redderet̃ et clarus: i hispania ꝓcreãdũ denũciauit. Hæc inq̃ ẽ illa: quæ non modo græcis ilion petentibus et Homerũ ueritatẽ mẽdacio con taminaturũ, uerũetiã christi aduẽtũ, cruciatũ, interitũ ꝑdixit. Atqui ab ea: quæ hæc cecinit, usq; ad id temporis, quo Dominicus uitam uiuebat, duo millia sunt et quadringenti nonaginta septem anni. Monachus quidam cum sancte uitã instituisset in morbũ incipit. Ex quo tres dies extra se po situs ẽst, et quasi mente alienatus. Tãdẽ ad se rediens. quæ uiderat/omnes celatos uoluit, Non multo interiecto tẽpore cũ in templum iter faceret fra tres prædicatores obuios habuit, eosq; in secretum abduxit. Tum ita uer/ bã fecit. Quæ cõspicio/ea mihi xp̃s denunciauit, cum quasi mente aliena/ tus essem. A natali domini saluatoris anni agebant̃ mille ducenti quinde/ cim/cum in urbe Romana celebrata est synodus. Eo conuenerunt omnes ædis sacræ pricipes. Fulcho episcopus Tolosanus cui Dominicus se comi/ tem præstitit, Romã cõtendit. His cũ sui cõueniẽdi Summus pontifex po testatem fecisset, quid ipsis esset in animo paucis expresserũt. Se diu diligẽ ter cogitasse ut ꝑdicatorũ Religio instituerent̃/quãdo ea res xp̃ianis maxi/ mo esset futura ꝑsidio. Vtriusq; sententiã sũmis laudibus extulit põtifex Verũ tamẽ de re ipsa sibi suscipiẽdã eẽ cogitationẽ. In sequenti nocte per somniũ uisa ẽ pontifici ædes lateranẽsis solutis cõpagibus ruere, se Domi nicũ intueri, qui suppositis humeris ruinæ obsisteret. Vt e somno excita/ tus est/cæpit quæ ꝑ quietẽ uiderat/cũ animo suo cõsiderare. Tandẽ Ful/ chonis et Dominici uolũtati parendum duxit. Dominicum autem, ut se ad fratres suos, cum quibus de ineunda prædicatorum Religione cõsulta ret/reciperet, admonuit. Ea statuerent quæ sanctitatis plena essent, et Reli/ gionis xp̃ianæ. Põtificis uolũtati morẽ gessit dominicus. Posteaq̃ mãdata diligẽter exposuit, fratres icredibili sũt uoluptate affecti. Cũctis se eos fore affirmarũt: qui quicq̃d Dominicus statuisset, firmũ ratũq; habituri essent

Monachus

Fulcho.

ꝑdicatorũ Religio

Principiũ Religionis Prædicato rum

Multa oratione ultro citroq; habita: in hãc sentẽtiam cõuenerũt: ut beati Augustini prædicatoris ditionis essent: ipsiq; prædicatores nũcuparentur. Hæc dum gerebant/Innocẽtius de uita exiuit huic Honorius tertius suc/cessit. Quæ Innocẽtius istituerat/hic auctoritate sua cõfirmauit: iussitq; ut prædicatorũ Religio una esset/quæ hereticis se se obiiceret. At Dominicus Romã regressus erat qui cũ noctu sanctis orationibus indulgeret/Christũ intuitus est in peccatores ira cõmotũ: qd eos de medio tollere instituisset: præter Mariã cœli reginã illi resistere posse neminem. Hæc præcibus obse/crabat: ne quos suo sanguine redemerat/eos iret pditũ. Vnũ eẽ Dominicũ cuius uirtute et sanctimonia pleriq; se ab erratis reuocarẽt. Hæc q̃q̃ ita sint nequaq̃ tamen inquit Christus seiungẽdus ẽ Frãciscus cũ omniũ sit uir/tutũ simulacrum. Hic eam prouinciã minime recusabit: Iam nox in diem inclinabat/cũ Dominicus quæ conspexerat cũ animo suo considerans ad tẽplũ iter suscipiebat. Forte illi obuius fuit Franciscus cõfestim ipsum am/plexus est et deosculatus atq; ita uerba fecisse fertur. Nos xp̃i optimi maxi mi munere: societatẽ iniuimus. Illud oneris ꝓ religione christiana suscipia mus oportet nec ullũ defugiamus laborem ut qui a christo deficient/hos ꝓsternamus deleamusq; Reprimẽda erit eorũ: q nulla ratione ducti appe/titui obtemperabũt iniquitas atq; insolẽtia. Accessit Frãciscus Dominici sentẽtiæ. Rebus ĩ hũc modũ cõpositis Dominicus Tolosam se retulit fra/tribusq; accitis eo se esse aĩo denunciauit: qui illis suaderet ut per orbẽ terra rum christi euangeliũ prædicatũ proficiscerent: quod dominus ea esset uo lũtate. Multos admiratio cœpit/qd ea sibi uellet ꝑfectio. Princeps Simon Archieps̃ Narbonẽsis Ep̃s Tolosanus cõpluresq; ædis sacræ principes hãc sentẽtiã ex eius aĩo euellere nitebant. Tũ Dominicus nolite inquit dolore affici. Quæ a me agũt nulla temeritate agũt. Vos aũt fratres mei iure meo cõmoneo. In litteras incumbite/prædicate/ut monasteria ædificent/curate. Nullus uos subeat metus. Optatis uestris oĩa respõdebũt. Paruerũt oẽs uo lũtati suæ Ipse romã iter cõtulit. Forte ita casus tulit: ut ꝑdicationẽ exerce ret: cui cũ adesset matrona romana uidua (erat huic gutadõnæ nomẽ) icre/dibili exilibat gaudio. Huic cũ Dñico sũma erat familiaritas. Filiũ hẽbat ĩfirma ualitudine occupatũ domi mãserat Vt dominicus fmẽ dicẽdi fecit matrona domũ regressa est/quæ ut filiũ animã exalasse aĩaduertit lachry/marũ multũ ꝓfudit: et se filiũ amisisse quæsta est. Eius quærelæ cũ nullius cõsilio opprimi possent/accersitis ancillis cadauer ad Dominicũ deportari iussit. Casu Dominicus ad capituli (sic eũ locũ uocant) ianuã erat: cũ ma/trona ancillis comitata puenit: atq; ad illius genua ꝓcidẽs ego inqt mise/ra atq; ĩfelix orbata sum unico filio. Vnũ illud erat solatiũ senectutis meæ Quo me uertã? quẽ implorem? Potes ipsum exitare a mortuis. Omnis ora

Honorius tertius põtifex max.

Xp̃s iratus in peccatores.

Dominicus.

Franciscus

Franciscus fit obuius dominico

Verba dominici ad frãciscum

Verba dominici.

Gutadõna

tio mea

tio mea ad misericordiam tuam, qua plurimi, qui non uiuebant, uixerũt confertur. Summa tibi ẽ potestas. Redde eũ incolumẽ. Dominicus mise/ ricordiã adductus, ne te inqt mulier excrucia, xp̃s optimus maximus opti/ ma adhibebit remedia. Tu constanti, et forti sis animo. Hæc cum dixisset se paulũ abdicauit, perbreuiq; oratione usus ad cadauer contendit, illudq; salutaris signi impressione armauit, ac ipsum manu prehẽdẽs uiuit, inquit o mulier filius tuus. Voti compos facta es. Quæ ut eum inspexit iter pedi/ bus faciẽtem, præ gaudio pene desipuit. Tũ Dominicus, ut ea de re omnes celarẽt, ipsos admonuit. Vix dies intercessit, cum fato nescio, quodã de tã memorabili facinore ad Honorium tertiũ allatus est nuncius. Destinaue/ rat id miraculi uulgo explicare, ni Dominicus inimico tulisset aĩo. Quod si in sentẽtia mãsisset, hic mare traiicere instituerat. Sic res ipsa taciturnita/ te tecta ẽ. Virgines cõplures se xp̃o dicauerãt, quarũ saluti, atq; utilitati cõ sulendũ erat. Igit̃ iussu pontificis ea cura Dominico nõnullisq; Cardina libus demãdata est. Cũ inter se cõfabularent̃, nuncius aduenit, inclamans et infletũ prorumpẽs, ꝙ nobilissimus adolescens, cui Neapuleoni nomen erat, ex equo lapsus esset, et fato functus. Qui illi sanguine cõiũgebatur Stephanus (hũc priore anno Honorius cardinalatus dignitate ornauerat) tantũ acceperat dolorẽ, ut eũ moderate ferre nõ posset. Ex quo Domini/ cus quã benedixerat, ipsum aqua cõspersit, iussitq; cadauer in cubiculũ, qđ non longe aberat deportari. Atq; Tancredo ad se accersito, parato inquit aram, quod mihi celebrãda sunt missarũ solemnia. Cũ uir sanctus hostiã salutarẽ immolaret, stillabant per ora lachrymæ. Qui aderãt, nõ admirari nõ poterant, quod uir castissimus Christi corpus purissimis manibus te/ nens magnitudine cubiti in altũ tolleret. Celebratis solemnibus ad cubicu lum profectus est. Sequebant̃ ipsum Cardinales, qui ue ipsis seruiturẽ ser/ uiebant, nõ nullæ præterea sacerdotes. Vt fuit ad cubile, conspicat̃ corpus exanimũ membraq; quassata. Tũ ea suis locis disposuit, uacauitq;, et ora/ tioni, cuius cum finẽ fecisset, salutaris signi impressione cadauer armauit. Atq; manu ipsum prehendens magna uoce inclamat. Te suscitet Napu/ leon dominus noster Iesus xp̃s. Qui hæc spectatũ uenerãt, admiratiõe cõ mouebãt̃, ꝙ adolescẽs a mortuis reuiuisceret. Igitur Napuleon se ad Do/ minicũ uertens, facito inquit, ut cibi potusq; desiderio satisfaciã. Eius sen/ tẽtiæ assensit Dominicus. Sub idẽ tempus qui se prædicatorũm Religio/ ni addixerãt, Romæ habitabãt non longe a templo Sixti. Ex quo Hono/ rius Pontifex (nõ mediocri insuper in Dominicũ erat beniuolentia) iussit ut ad Sabinæ templũ habitatũ proficiscerent̃. Mons est Romæ, quẽ Auẽti num uocant. In eo compluriũ deorũ falsorũ et humana manu factorum Iunonis, Matutæ, Mineruæ, Dianæ, Lucinæ, Extructa erãt templa Hono/

Miraculũ. Virgines. Napuleon Stephanus Tãcredus. Auẽtinus mons.

tius, et qui illi ætate antecesserāt pōtifices maximi propulsatis gētiliū erroribus, ea sanctis martyribus dicarūt. In eo monte situ est monasteriū beatæ Sauinæ, quod ab Honorio fratrib9 prædicatoribus, ut ī eo habitarēt, dono datū ē. Verū, quæ se xpo dicauerūt uirginibus, ut Sixti monasterio habitationis loco uterent͞ cōcessū. Hoc primū uirginū fuit monasteriū, quod a Dominico xpo dicatū est. Eas cū cōsolatione afficeret, moneretq; ne e recta uia declinarent, factus est maximus populi cōcursus. Tū mulier quædā aduersarii nostri dominatu oppressa, in Dominicū oculos cōiiciens perdite perdite, inquit mea opera, mea industria, meo labore quattuor mihi uēdicaueram mulieres. his abs te priuata sū: Quæ modo mihi est, ne tu eā quidē e manibus meis eripies. Tū Dominicus silentiū agito. At illa septē sumus qui hanc ui tenemus. Nunq̄ hinc egrediemur. Christe optime maxime q̄ uarie, q̄ horrendæ uoces a muliere mittebantur, ut audiētibus terrorē iniicerent. In tanto tumultu Dominicus manū tollēs (nam crucē in frōte signauerat) uobis inquit ex Iesu Christi auctoritate, ut inde exeatis præcipio. Nec in posterū mulieri uel minimo sitis impedimēto. Hæc cū dixisset uehemēter mulier cōmota est magnāq; uim carbonū exalauit, quā incredibilis sanguinis multitudo subsecuta est, ut, qui aderant, eam obiisse mortē arbitrarētur. Repēte Dominici iussu extra ædē deportata est. et ut curaret͞ accersiti sunt medici. Vt in pristinā ualitudinē rediit, sese xpo dicauit, eiq; Dominicus Amatæ nomē īposuit, a qua posthac uita sancte acta atq; decursa est. Magna erat Dominicus apud Romanos auctoritate. Omnes admiratione pcellebant͞, quod unus esset, cuius imperio, demones subiicereēt͞

Amata

Sub idē tp̄s Episcopus Aurelianēsis ac Arnoldus decanus eorū, qui ætate sua in ius pontificiū incūbebant nulli secūdus, Romā profecti sunt. Huic Cardinalis quidā, quod ei cū hoc summa erat familiaritas, sui cōueniēdi potestatē fecit. hic, q̄d sui esset cōsilii diligēter exposuit, se eo esse aīo, qui xp̄m inopē inops planū faceret, mundū se satis mēte agitasse, quo nā modo posset ad eū exitū peruenire. Tū Cardinalis si hāc īquit opinionē mēte cōprehendisti, adest Dominicus nouæ Religionis auctor. Hic sese xpo dicauit. Euangelia uulgo explicat. Quæ faciēda, quæ fugienda sunt prædicit denūciat, ante oculos ponit. Huiuscemodi oratio Arnoldū incredibili uoluptate affecit. Igitur Dominicū conuenit. et mentis suæ cogitata enunciat, quæ cū Dominicus summis laudibus collaudasset, ille sese Religioni p̄dicatorū addixit. Haud multi dies intercesserunt, cū in febrim incidit et satis molestā. Vt curaretur, ad ipsum deducant͞ medici. hi desperata salute retro iter uerterunt. Interea Arnoldū ardentissima febris uexabat, cū Maria cæli regina, quā puellæ duæ mira uenustate ornatæ comitabant͞. sese illi obiecit, quæ cū ægrotū contēplata esset, pete inqt, quæ tibi sunt cordi. Tuis obsequar

Arnoldus.

studiis. Cũ quid petiturus esset, ipsius animũ diu cogitatio subiisset, una ex puellis, ne ullius quidẽ postulationis inquit tibi sit cura. Ipsa in hoc onus incumbet, haud abfuit Arnoldus a puellæ uolũtate. Tũ uirgo sanctissima ægroti os, manus, oculos, nares salutari, quod detulerat, punxit unguento nec ei deerant uerba pro membris ungendis accõmoda. Vt uentũ est ad renes, renes inquit tui castitatis cingulo obstringuntur. Cũq; illi prædicatorũ habitũ ostenderet, hoc tibi inqt uestimenti genere utẽdũ erit. Hæc sic fata euanuit. At Arnoldus in pristinam ualitudinẽ restitutus est. Ex quo medicos non mediocris admiratio cæpit. Harũ rerũ Dominicus minime ignarus erat, tanq̃ eius intercessione illa gesta essent. Tertio post die Dominicus atq; Arnoldus inter se suauissimos sermones conferebãt cũ Virgo sanctissima affuit, quæ iterũ Arnoldũ eodẽ perunxit unguento. Vir quidã et Religioni et hospitali dicatus, hæc se oculis uidisse affirmauit. Eiusmodi unguentũ id Arnoldo utilitatis attulit, ut libidinis uinculis, quo ad in humanis fuit, semper laxatus fuerit. Abduxit autẽ Dominicũ in secretũ, eũq; ne harũ rerũ quẽq̃, quo ad ipsi uita suppeteret, consciũ redderet, oratũ uoluit. Id ille se facturum pollicitus est. Ex quo Arnoldo uita functo, cuncta fratribus exposuit. Dimidiũ ferme noctis erat, cũ Dominicus se in eum locũ cõtulit, ubi xpo dicatos sopor opprimit, ibi sanctissimis orationibus, ut suæ cõsuetudinis erat, indulgenti Virgines tres, quarũ quæ media erat, cæteris uenustate præstabat, sese uisendas præbuerũt. Ex his alia uas sacræ aquæ plenum deportabat. Alia ei quæ mediũ obtinebat locũ, aspergillũ porrigebat. Hæc cũ illis iter faciens cunctos, uno excepto, dormiẽtes aqua sacra cõspergebat. Id ea causa pleriq; factũ putãt, quod dormiẽtibus etiã religionis et pudicitiæ cura minime posthabẽda est. Dominicus, quã uenustate excellere diximus, eã cœli Reginã ratus orationibus modũ statuit, eiq; obuiã processit, et se ad illius pedes prosternẽs expone ĩquit, quæ sis uirgo. Ego ĩquit illa sum, cui cũ nõ multũ diei superest, ut uobis præsidiũ præstẽ, preces, cultusq; adhibetis. Ob hæc uerba Dominicus animi magnitudine accensus, quænã inquit illæ, quæ te comitantur, sunt puellæ? Virgo unã esse Ceciliã respõdit, alterã Catherinã. Tũ Dominicus admiratione adducor, cur oẽs præter unũ religioni dicatos aqua sacra cõsperseris. At Virgo hũc inquit sit officio et munere suo egregie usus esset, cõspersisse. Sic locuta in cœlum euanuit. Cõfestim Dominicus ad orationẽ regressus est. Nec multo interiecto tẽpore fuit extra se positus. Contẽplatus est uir sanctissimus Mariam cœli Reginã xpo assidentẽ, multos præterea patrũ, qui sacris Religionibus mares, fœminasq; dicauerãt, Insup eorũ multitudinẽ, qui deũ ĩmortalibꝫ laudibus ꝓsequebãt. Vt suorũ intuitus est neminẽ, lachrymas cõtinere nõ potuit. Verũ maiestatẽ diuinã cõtẽplans pedẽ retulit. At uirgo, ut ad se ac-

cederet digito annuit. Ille pauore consternatus in sententia permanebat: quo ad a domino accersitus est. Verũ nullis lachrymis tẽperãs ad utriusq; pedes procidit. Tũ dominus. Quid subest causæ: ut te in lachrymas effundas? hoc inquit ille. Nulla ẽ religio: ex qua fructus uberes nõ acceperis. At nostra ne ullũ quidã fructum edidit. Tũ dominus. Cõspicare religionem tuã, quæ intra matris palliũ delitescit, qđ ut extẽsum uidit uehemẽter lætatus ẽ. Cognouit. n. unã esse cœli reginã, quæ pdicatorũ religionẽ firmissimo teneret psidio. Interim edituus, ut ĩ matutinis celebrãdis egregia nauaret opera nola signũ dedit. His ut finis impositus ẽ, qui aderãt: religiosos: Mariã cœli reginã amarẽt, uenerarẽt, colerẽt, grauissima oratione hortatus est. Erat apud Dominicũ in more positũ, ut q̃ graui, et diuturno morbo laborassent, eos non semel, sed sæpius uiseret, præsertim si in sũma fuissent mẽdicitate. Igit Romæ nõ lõge a porta cœlimõtana, habitabat mulier, quædã et religioni: et castitati addicta, cui Bonæ erat nomẽ. Huic ĩ pectore purilẽtũ erat ulcus, e quo uis ingẽs uermiũ emanabat. Ad eã uir sãctissimus, pfectus ẽ, tũ misericordia adductus, tũ uisendi gratia. Vt ex fenestra illius uidit pectus infirma ualitudine oppressum, quæso inqt mulier unũ ex uermibus mihi dederis muneri. Parebo inquit illa uoluntati tuæ, si eũ mihi reddideris. Accessit Dominicus sententiæ suæ, qui cũ uermẽ (erat is quidẽ miræ magnitudinus) in manus suscepisset, repẽte prætiosissimus lapillus factus ẽ. Id miraculi his, qui aderãt, religiosis admirationẽ præbuit. At mulier se lachrymis tradens lapillũ repetit, oratq; ut promissa persoluat, ne a fide desciscat. Tum a Dominico est in illius sententiã discessum. lapillus uero subito in uermẽ conuersus est. Dominicus mulieri benedicens abiit. Illa extinctis uermibus reddita ẽ incolumis. Ob recuperatã pristinã ualitudinẽ Dominicoq; minime dissentiente Arnoldus, de quo memini, et si prædicatorũ Religioni sese addixisset una cũ episcopo Aurelianẽse mare, traiecit. Cũq; ei rei, cuius summũ ipsum cæperat desideriũ, ad uoluntatẽ satisfecisset. Bononiã iter contulit. Interiectis paucis diebus xpi euangelia cæpit exponere Ad ipsum audiendũ confluebat senatus populusq; Bononiensis uniuersus Ex castellis, ex agro magnus hominũ erat concursus. Dixisses alterũ Heliã Ex sanctissimis sermonibus suis ea reportata est utilitas, ut cõplures prædicatorũ Religionẽ sibi suscipiendã ducerent. Interea fama percrebruit unũ esse Bononiæ, qui in exponendis xpi euangeliis nulli esset secũdus. Ex quo per multi prædicatotũ Religioni dediti Bononiã sibi ueniundũ statuerũt, Forte mulier quædã castitati et religioni dedita in eo loco, quo illi proficisci instituerant, cũ deo præcibus agebat. Cũ permulti eam riderent, magna uos inquit tenet mẽtis imbecillitas. Si qui. huc profecturi sunt uiri, uos nõ fugeret, profecto in sententiam meam cõcederetis, et mea sequeremini ue-

Bona

ſtigia. Nulla erit pars orbis terrarū, quæ de ſanctiſſimis illorū actionibus cō ticeſcat. Vicus eſt Bononiæ, quā Maſcarellam uocant. In eo templū ē Mariæ cœli reginæ ſacrū. In hoc qui ſeſe prædicatorū religioni tradebant, habitabant. Id Arnoldus ægre ferens Vgolinū Hoſtienſem Cardi. qui id tp̄is Legationis Bononiēſis dignitate ornatus erat, cōuenit, egitq; cū eo fraternis precibus, ut qui ſe prædicatorū religioni addicturi eſſent, addixiſſentq; in beati Nicolai monaſterio habitarent. Eius uoluntati morem geſſit Vgolinus. Quidā ex his, quos cōuerſos uocāt, auaritia lapſus furti, neſcio cuius accuſatus eſt. Confeſtim Arnoldi iuſſu prehenſus eſt, atq; accitis fratribus de eo in hunc modū ſuppliciū ſumpſit. Nam cum ille iracundia adductus muſſaret, nec ſe tanto ſcelere alligaſſe fateretˀ, exuite hunc, inquit Arnoldus non erit ei impune. Tum ſublatis in cœlum, oculis flens Chriſte inquit, cuius imperio cœlum, terra, mariaq; ſubiciuntˀ, largirehuic famulo tuo, ut huius flagri beneficio Diaboli dominatu liberetur. Adeo miſerum exquiſito affecit ſupplicio, ut qui aderant ad unum omnes lachrymas profunderent eius uicem dolentes. Proh ſancte Chriſte præclarum eſt in ſanctam frugem euaſiſſe. Adeo Arnoldus ſanctiſſimis ſuis uerbis effecit, ut conuerſus ampliſſimis uerbis ei gratias ageret. Nec immerito. Nam, qui in diaboli ſeruitutem redactus erat, ei libertas affulſit. Verum prædicatorum paucitas erat, quod in monaſterio Bononienſi non deerant, qui ſpem abiicientes ſeſe inde abdicare inſtituerent. Præterea religionis male iacta fundamenta cēſebāt. Ea tempeſtate, qui Bononiæ pontificis munus obibat (eius nomen a rerum ſcriptoribus prætermiſſum admiror) duobus ſe abdicandi poteſtatē fecerat. Legebantur uulgo eius ſyngrapha. Quod ubi Arnoldo nunciatū eſt, repente fratres accerſi iuſſit. Rem exponit, Omnes in fletum prorumpunt. Ipſe in cœlum oculos ſuſtulit, ſeq; ad deum tota mente conuerſus, ad conſeruandam religionē omnes hortatus eſt. Erat in monaſterio religioſus quidam, cui Claro nomē erat, de quo omnes bene exiſtimabant. Multa in Arnoldi ſententiā dixit, eoſq;, qui abituri erant, ut de ſentētia decederent, quādo a deo maxima eſſent præmia reportaturi, obteſtatus eſt. Sub hæc uerba Rolandus ciuis Cremonenſis (callebat hic ius pontificium et ciuile) monaſterii ianuā pulſat, aperitur, hic intrat. Tum prior accerſite, inquit ad me, qui apud ciues noſtros tanta eſt auctoritate, Arnoldū mihi cū eo ſunt obeūda negotia. Accitur Arnoldus, quem cū intuitus eſſet nullo inquit utar exordio. Vos me in ſocietatē ueſtrā recipite. Accedite cōſilio meo, Nulla me ſubit mētis inſania. Hac ſum opinione. hac ſentētia. Semel, iterū, tertio hāc animā xp̄o dicaui, Huic inſtitui perpetuam ſeruire ſeruitutem. Quantam Arnoldus conceperit animo uoluptatē, nullis poſſum uerbis cōſequi. Eſt locus in monaſterio, quod Capitulū uocant, huc

Vgolinus. Cardinalis Hoſtien.

Cōuerſus.

Aīaduerſio Reginaldi in Cōuerſū

Clarus.

Rolādus.

Capitulū.

postea q̃ deductus est Rolãdus, Arnoldus omnes religiosos accersiri iussit Rolãdo, q̃d ei esset i aĩo, paucis expressit. Vt eũ uidit Arnoldus in sentẽtia permanere, amictũ, quo caput suũ tegebat, illius capiti imposuit. Aedituus uero nola signũ dedit. Factus ẽ eo maximus uirorũ, matronarũ, puerorũ, uirginũ cõcursus. A religiosis, Hymnus ille cecinit, Veni creator spiritus. Qui uero de discessu cogitauerãt, de sentẽtia decesserunt. Hæc dũ Bononiæ gerebant ut, plus centum uiri beneficio Dominici, se prædicatorũ Religioni Romæ addixerant. Casu obtigit ut ex his duos, qui quæsitũ panẽ ꝓficisceret̃ Dominicus ad se accersiret, Ioãnẽ chalabrũ et Albertũ romanũ. Illi mandata execuntur. Qui ipsis panẽ erogaret, inuenerant neminẽ. Ad monastariũ se referebant, cum Anus quædã religione et optimis moribus prædita ipsis obuiam prodiit, quæ panem porrexit. Vt fuerunt ad Ianuã, homo quidam ueste alba indutus, eos præstolabatur elemosinã petẽs. Responderunt apud eos nihil esse, quod erogare possent. At ille, Magis postulare q̃ petere. Tandẽ uerbis cõmoti, illum uoti compotẽ fecerunt, Qui ut pane potitus est, in cœlũ sublimis abiit. Hi rem gestã Dominico exponunt q̃q̃ eius minime ignarus esset. Vos inquit panẽ domini nuncio porrexistis Nõ ẽ apud me dubiũ, quin dominus seruis suis, sit cibaria præbiturus. Diu orationibus uacarunt, quarũ ut finis fuit, date inquit Dominicus operã o filii, ut omnes cibi quicq̃ sumant et potus. Nequaq̃ id fieri posse non nulli responderunt. Verũ Dominicus, quæ a domino agenda erãt/non ignorãs seruis inquit suis dñs cibũ, potioneq; adhibebit. Tu Romane ut epulerent̃ fratres cõgregato, nec morã interponito, omnibus a domino abunde suppeditabitur. Cum igitur cuncti se in tricliniũ contulissent, recubuissentq;, duos inspiciũt iuuenes egregia forma ꝑstãtes, qui unicuiq; panẽ ministrabant. Paulopost euanuerũt. Omnes cibi desiderio satisfecerant, sed potione recreandi erant. At ministri uinum deesse affirmant. Tum Dominicus deportate inquit ad fratres, quod uase continetur, uinum. Illi incredibili celeritate aduolãt. Vt ad cellã uinariã uenerũt uas falerni plenũ inuenerunt. Ex quo desiderio naturali potus omnibus satisfactum est. In sequenti die quicquid panis reliquum fuit, iussit Dominicus pauperibus erogari. Paucis post diebus fratres in cõsilium conuocauit, eosq; docuit, duos e uita excessuros, nec multum abesse, quin alter naturæ concederet. Tertio post die Gregorium uirum in omni dote præstãtem, atq; Albertũ Romanũ, cuius mentionẽ feci, grauissimus morbus oppressit, ex quo morte defuncti sunt. Dies ꝓpe decẽ intercesserũt, cũ Iacobꝯ hõ insigni scelere, et audacia (hic nouum uiuendi genus sibi deligere instituerat) in ardẽtissimã febrim incidit, Huic ꝓ morbi cõditiõe adhibita sunt remedia, Quæ cũ nõ multũ ꝓficerẽt et uana essent, omnes eius morte mouebant̃. Ad eum uisendum cum Do-

Io. Albertus. — Romanus — Miraculũ panis et uini.

minicus contendisset, omnes e cubiculo iussit egredi. Ipse occlusa ianua in sanctissimam orationem operam dedit. In hunc maxime modum ægrotum reddidit incolumẽ. Henricus, ciuis Romanus erat nobili genere natus nundũ quartũ et uigesimũ annũ agens, hic inanes mundi uoluptates mẽte agitans, prædicatorũ Religioni se tradidit. Eam rem cognati atq; amici inimico ferebant animo. Ex quo ipsum a tam optima sententia auertere moliebantur. Dominicus factu optimũ ratus (non enim ipsum fallebat, q̃ astutus et q̃ uiolentus esset aduersarius noster) eũ Roma abdicandũ duxit. Igitur de ipsius sententia Henricus comite uno assumpto, ab urbe discessit Cum ad amnẽ quemdã peruenisset, portitor rate ambos traiecit. Vix eos ĩ terram exposuerat, cum, qui uestigiis instabant, appellant. Henricus ne præhẽderetur, metu ꝑculsus, pater ĩquit Dominice, cui animã, corpusq; addixi, me hodierno die tanta calamitate libera, ne patiaris serũũ tuum sub diaboli impio redigi. Tuo beneficio semel eius manus effugi. Succurre inopi atq; afflicto. Confestim inundauit amnis, ut uado nequaq̃ superari posset. Id illi admirati obstupuerũt, ac retro uerterũt iter. Cũ Dominicus mulieres quasdam xp̃o dicatas non mediocri consolatione affecisset (nondum nox indiem inclinabat) ad Sauinæ templum profectionem suscepit. Comitati sunt ipsum Tancredus atq; Odo. Referã rem memoratu dignã. Nam proficiscentes formosum prospectant iuuenẽ. Hic eos præibat, ipsi subsequebant̃. Erat iuueni in manibus baculus. Vt fuerũt ad templũ, ualuã suspiciunt firmissimis seris clausam. Iuuenis gradũ retulit. Tũ porta repente reserata est. Omnes intro se recipiunt. O mirum. Vt iuuenis egressus ẽ, ualuam iterũ obseratam intuentur. Vix hora circũacta est, cum a fratribus nocturna celebrata sunt officia. Admirabantur oẽs quod Dominicus, Tãcredus Odoq; foribus clausis ædem intrassent. Quo nã fato fieri dixerim, ut aduersarius noster tot, ac tanta, quæ hominẽ illicere possunt, pro laqueis habeat? Iacobus ciuis Romanus se prædicatorũ religioni tradiderat, nec q̃d ei esset in animo, ratũ habebat, cum colluctator ille, ut de tã sancto negotio desisteret, ipsum nocte, et interdiu sollicitabat. Tandem illius fraudibus exceptus habitum deposuit. Dominicus eius casum dolens ita locutus est. Consule fili saluti tuæ. Multos ista ad interitum præcipitauit uia. Tu me hic præstolare, Vt rediero, agito ad uoluntatẽ. Igitur in cellulã se contulit, et ad xp̃i optimi maximi simulachrũ procidit, orans obsecransq;, ne misellum fineret se ire perditũ. homini misericordiã tribueret, eũ esse, cuius tanta uis esset, quæ aduersario subdolo, et uersuto frenum semper iniecisset. Huiuscemodi oratio haud fuit sine effectu. Quippe uix dicẽdi finem fecerat, cum Iacobus quantum sceleris admissurus esset, considerans, Dominicum adiit, atq; errati ueniam supplex petiit.

Henricus. Tãcredus Odo. Iacobus.

DOMINICO uirgines Religioni deditas, ut in sanctissimã frugẽ euaderent hortante, callidissimus aduersarius in tyberis ripa consedit. Erãt ei duo capita miræ magnitudinis, nunc unũ attollere, nunc alterũ demittere, nũc in uirgines impetum facere, nunc pedẽ referre. Non latuerũt eius doli Dominicum. Q uin se ad eum conuersus, cui inquit, uerba? quid istas?
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens.
Nullus o uirgines uos subeat metus. Ego hanc belluam conficiam, ut se in tyberim præcipitẽ immittat, et præcipio, et iure meo cõmoneo. Ille prospectantibus cunctis ex Dominici egit sentẽtia. In sequẽti anno Dominicus in Hispaniam profectus est. Q uid causæ fuerit haud compertũ habeo. At ferunt ipsum uirginibus detulisse munuscula. Cum igitur ad urbẽ regressus esset, biduum, quod de uia fessus erat, se in monasterio continuit. Tertio post die ad uirgines contendit. Vt mutuæ sunt ab omnibus salutes ad scriptæ, cœpit xp̃i euangelia exponere. Tum hostis uersutus specie passeris super uirginum capita uolans immoderato alarum remigio, sanctissimis uerbis intercessit: Dominicus minime risum cõtinẽs, prehẽndito inquit o Maximilla hanc auem, et ad me deportato. Haud defuit uirgo illius uolũtati. Subito uir sanctus auẽ impẽnatã reddidit. Ea res omnibus risum mouit. Tandẽ auẽ de manibus deposuit. Atq; ad auẽ cõuersus, quid inquit asellæ tibi uis? Strepitũ excitabis, nulli tamẽ iacturã inferes. Mos erat uirginibus sanctissimã Mariæ cœli reginæ aram igne perpetuo colere. Q uippe scyphus uitreus olei plenus uase æneo continebat. Id e lacunari cathenis ferreis appensum demittebatur. Vas auis conscendit, magno strepitu cathenas concutiens, Q uo factum est ut scyphum inuerterit. Virgines ad strepitum excitæ mirabantur scyphũ inuersum oleum continentẽ, cũ præsertim nihil esset, quod eum sustentaret. Passer se ab oculis omnium eripuit. Vacabat Dominicus orationi nocturnæ, cũ aduersarius specie simiæ, sese illi obiciens scurrile nescio quid exercebat. At ille depone inquit asellæ has scurrilitates, et funalẽ cereum ardentẽ manibus sustine quo ad ignẽ absumptus fuerit. Nõ possum risum cõtinere, flãma et belluæ digitos, et funale obiuit, misera atq; infelix, in dolorẽ fletumq; prorupit. Tũ Dominicus abi in malum crutiatum. Illa nec ultra apparuit.

Nota rem ridiculosã

Duo in hispania Dominicus extruxerat monasteria, cum ei ad Tolosam iter suscipiendũ fuit. Religiosi complures se illi comites exhibuerunt. Casu accidit ut cœnatis solus scyphus uini plenus esset. Tũ Dominicus sumite inquit amphoram eamq; opplete aqua. Illi imperata faciunt. Satisfacite inquit Dominicus desiderio potionis. Cum uino scyphos opplerent, uehementer admirabãtur. Admirabãtur profecto aquã in uinũ couuersam.
Rupes amatoria (ita incolæ eũ locũ uocãt) a Parthysio nõ longe abest, ibi

extructũ eſt templũ Mariæ ſacrũ. In eo ꝑnoctauit Dominicus. Erat huic Beltrandus, quẽ patres prioratus dignitate ornauerant, et multis officiis, et ſumma familiaritate coniũctus. Inde ab eũtibus occurrũt Germani quidã. Hi Dominicũ pſalmos exponẽtẽ audiẽtes, ſummis laudibus efferunt, ſeq; ad eũ adiungũt. Quatridui iter pariter fecerãt, cũ Dominicus o Beltrande inquit nos cũ Germanis amicitiã coiuimus. Diuerſa natio eſt, diuerſi mores, diuerſa natura, Chriſtũ precibus fatigemus, ut quã ipſi locunt̃, nos oratione percipiamus. Peroratis præcibus, dixiſſes Dominicũ, Beltrandũq; germanos, quippe ſermo germanus omnibus cõmunis erat, ut illi mirarentur quo hi breui germanã orationẽ loquerent̃, intelligerentq;. Paucis poſt diebus Parrhyſiũ oẽs peruenerũt. Tum Dominicus Beltrãdũ in ſecretũ abduxit, atq; ita orſus eſt. De his, quæ inſpexiſti, oẽs celatos uelis. Tu quæſo in ſentẽtiã meã concede, multa a deo perpetrata ſunt ſigna, quæ ſi ædideris, ue reor, ne nobis male cõſulamus. Vt enim illa palam facta erũt, quiuis nos in ſanctorũ numerũ referet, cũ peccatis affines exiſtimamus. Quis mihi præſtat, ne in inſolẽtiã procedamus? Quare ſi quid precibus apud te poſſum, neminẽ cõſcium reddes. Vt uero naturæ cõceſſero, ad uoluntatem agito.

A natali Saluatoris anni erãt mille et ducẽti ac decẽ et nouem, cũ Dominicus Parrhyſio proficiſcẽs ad caſtrũ, cui Caſtellioni eſt agnomen ꝑuenit. A ſacerdote oppidi benigne, humaneq; acceptus eſt. Huius nepos ſolariũ cõſcẽdẽs ſe a lapſu ſuſtinere nõ potuit. Mater cognatiq; eũ rati exalaſſe animam ſe lachrymis, ac triſtitiæ tradiderũt. Vt Dominicus uidit lamẽtationẽ nequaq̃ ſedari, ſubito manus ad cœlum tendit, et precibus, ac lachrymis, ut puer incolumis redderet̃, a domino cõſecutus eſt. In exitu anni Bononiã uenit, quo tẽpore Arnoldus religioſorũ multitudine abundabat. Is ut uenĩtẽ intuitus eſt, magnoꝑe lætatus eſt. In ea ciuitate omnẽ ætatẽ duxit, et ſi antea Romã, Bergomũ, Mediolanũ iter intendiſſet. Verũ q̃ cõtempſerit diuitias, hinc facile ſciri põt. Nã cũ Odoricus gallicianus optimis ꝑdiis monaſteriũ donaſſet, extaretq; ſyngraphũ, et recuſauit, et reſcidi iuſſit, nec paſſus eſt, ut religioſis eſſent prædia. Quin ipſi uictũ ueſtitumq; precibus expoſcerẽt cõtẽti domuſculis. Sub idem tp̃s Rodulfus hõ ſpectatæ uirtutis prædicatorũ religioni deditus monaſterii curã ſuſceperat. Is cellas fratribꝰ habitãdas ĩſanis ſubſtructionibꝰ magnificas reddebat. Id ubi Dominicus aĩaduertit, uehemẽter cõmotus ẽ, et lachrymas ꝓfũdẽs, quæ nã inq̃t, hæc ẽ inſolẽtia? quæ ſuꝑbia? q̃ grauis, atq; intollerabilis arrogãtia. Vos oblectant tecta magnifica. Anteq̃ ĩ gallias, et ĩ hiſpaniã traiicerẽ, uos ut xp̄i pauꝑtatẽ coleretis, nõ inuitus admonui, ne ab ea diſcederetis. Vt tecta marmorea ſigna, tabulas, argẽtũ, aurũ, opes corinthias cõtẽneretis, uos monitos ẽt, atq; etiã uolui. At præclara illa, egregia, ꝓſtãſq; illa Hieronymi ſn̄ia, ueſtra me

Miraculũ.

Rodulfus

moria dilabit. Mallebat hō sanctissimus, q sapiētiā cū religione cōiūxerat, Pauli tunicā, q̄ regū purpurā cū regnis suis. Vbi xp̄i euāgelia, in quibus si uultis, potestis ipsius tanq̄ in speculo uitā intueri. Quid loquar de Paulo apostolo? cuius epistolas cū lego, sanctissimā uideor mihi nauare operam! Non diuitiarū, nō auri, nō argenti, nō insanarum substructionū illi appetē tes fuerūt. Imitamini obsecro, quātū in uobis est, illorum uestigia. Nemo fuit, quin in Dominici sententiā cōsentiret, summisq; efferret laudibus, q̄ nulla charitatis cura post habita ad honestā sanctāq; habitaculi formam eos traduxisset. Reuocatis ab errore fratribus Arnoldū ad se accersiuit, iussitq; ut Parrhysiū iter conferret xp̄i euāgelia prædicaturus. Id quod fratres
Digressio. nō æquo tulerunt animo. Arnoldus Dominici sentētiæ paruit. Tanti uiri laudes nullo silētio prætaribo. Vt enim populus ei cōmonendus erat, tāta charitate, et beniuolētia mentis suæ cogitata enunciabat, ut omnes eum de cœlo delapsum arbitrarent. Apud illū Prophetarū, Euāgelistarū, Oratorū Poetarū ualebat memoria. Dixisses eū Paulū apostolū. Nā ut suggestū cōscendebat, maximus fiebat uirorū, et mulierū concursus. Fatebantur oēs se nunq̄ uidisse hominē, qui sanctitatis fidei, religionis, charitatis illustrius
Obitus ar noldi seu Reginaldi præseferret exemplū. Sed ut propositū prosequar, haud multi menses intercesserūt, cum ui morbi oppressus est. Animā extremis (ut aiūt) labris tenebat, cū ad eū uisendū, qui monasterio præerat, Matthæus profectus est. Eum in hanc sententiā uerba fecisse tradūt. Non terrearis miles xp̄i formidine mortis. Tu egregiā cū aduersario pugnam semper pugnasti. Victoriæ compos factus es. Fortunata est mors tua, quā naturæ debitā pro xp̄o potissimū reddis. Cōsequeris (mihi crede) piorū sedem, et locū. Omnibus breuis uita data ē. Sed eius bene redditæ, præmia cōsequemur æterna. Præclare tecū actū est xp̄i miles. Quare et cōstanti et forti sis aio. Cū xp̄o eris et sanctorū misceberis choris. Legimus in sanctis litteris, qui se castos integrosq; seruarunt, seseq; ab omnibus sceleribus, seuocarūt, his ad deum, facilem patere aditū. Sub hæc uerba uir sanctissimus e uita exiuit. Vt de eius obitu Dominico allatus est nuncius, non dolere nō potuit, cum præsertim eū uirū amisisset, qui et morū ꝓbitate, et religione, et ingenii elegantia fuerat ornatus. Ipse interea de omni re, quæ ad sanctā religionē spectabat, fra
Diuina laus Dominici. tres erudiebat. Est hoc profecto loco miraculi habēdū, ut nullum unq̄ ab eius ore uerbū, quod uel minima reprehēsione dignū cēseri posset, exciderit. Neminē unq̄ in iracūdiā adduxit, nec de eius dignitate detraxit. Casu accidit, ut fratres cibo, potuq; reficiēdi eēnt. Ex quo Rodulfus de quo supra memoraui, Dn̄icū cōuenit affirmās duos tātū panes apud se esse, nec fieri posse, ut tanta hominū multitudo, tā paruo cibo contēta esset. Dominicus cui in xp̄o optimo Max. spes oīs cōstituta erat, benedicito inquit, Rodulfe

his panibus, et in minuta frustra scindito, atq; ut oẽs discumbãt iubeto. Rodulfus mandata exequit̃. Seruus, cui ea cura demãdata erat, canistrum sumit, ubi panis frustra erãt reposita, et mensas panibus onerat, Ad unum oẽs naturali cibi desiderio satisfecerũt. Plus panis deportatũ ẽ, q̃ fuerat ap/positũ. Deerat uinũ. Cõfestim Dominicus se ad sanctã orationẽ proiecit. Tũ uas diuinitus uino oppletũ est. Postq̃ exẽpta fames epulis, mẽsæq; re/motæ, cũcti deo optimo amplissimis uerbis gratias egerũt. Multa mihi uer/ba de signis a Dominico ꝑpetratis fecisse uideor. Quare in exponẽdis eius moribus, qđ memoratu digni existũt, mea uersabit̃ oratio. Polliceor autẽ ea me scripturũ, quæ nullo sũt cõtaminata mẽdacio. Est enim rerũ scripto/ribus lex hæc imposita, ne qd falsi dicãt, ne qd ueri taceãt. absint ab omni suspitione gratiæ, tollat̃ oĩs simultas: Dominicus igit̃, ne insolẽtia notaret̃ a quo uitio sẽp abhorruit, uestitus uoluit habẽdã esse rationẽ. Erat ei ue/stis, et qdẽ unica atq; abiecta et, ad pedes defluẽs, nec turpe ducebat eã ferre quãq̃ ei principes cõueniẽdi forẽt. Hac utebat̃, siue uis frigoris et hyems i/staret, siuẽ ardor æstatis. Vsq; ad mortẽ sup lectũ implumẽ cubitauit, siue prospera, siue infirma esset ualitudine, somni parcus erat, in quo ueste nũq̃ deposuit. Calceos tãtũ deponebat. Semp cathena ferrea nudatos renes cin/xit; Vt enim supremũ uitæ diẽ egit. Rodulfus corpus spoliauit, spoliato cathenã detraxit, detractã Iordani dedit muneri. Crepusculo noctis solus templum ingrediebat̃, sanctissimis orationibus indulgẽs nec ante q̃ horæ quattuor intercessissent abibat. Aedes ipsa eius gemitu ploratuq; ꝑsona/bat, ut quos sopor oppresserat, hi sæpe excitarent̃. Nõnunq̃ adeo parua no/ctis pars ab eo quieti dabat̃, ut recumbentem somnus altissimus premeret. Age diuitias ut supra memoraui, mirũ immodũ cõtempsit, quod hæ essent quæ religiosis maxime forẽt iacturæ. Paupertatẽ adeo dilexit ut ad eã cõ/plectẽdã fratres hortaret̃, atq; de religiosis, qui paruis essent opibꝰ, et facul/tatibus ꝑditi bene speraret. Multi agros, domos, officinas suas monasterio cõcesserãt; honore beniuolẽtia, charitate, quã Dominico deferebãt cõpul/si. Cũcta recusauit, quin eos monuit præcepitq;, ut q ꝑdicatorũ Religionẽ profiterent̃, pauptate cõtẽti existerẽt, nec se diuitiis implicarẽt, qđ eorũ mẽ/tes distraherent̃. Iussit præterea. ne aræ auro, argẽto, sericisq; ornamẽtis, cali/ce excepto, ornarent̃, qđ ea res quædã esset diuitiarũ ostẽtatio. Qui iter su/sciperẽt, hos monuit, ne ullas portarẽt pecunias, cũ nõ deessent, qui eis cibũ potũq; erogarẽt. In sequẽti ãno põtifice Max. minime dissentiẽte istituit, ut ab his, a quibus ei successum foret, cõuẽticula sæpenumero haberent̃. in quibus de religionis cõseruatione ageret̃. In eos qui in errorẽ incidissent, animaduersio fieret. Qui optimi iudicati essent, ad hos aut prioratus aut uicariatus, aut generalatus deferretur. Ex quo factum est, ut eodem anno

Virgilius

Lex scrip/torum

Nota dili/genter.

Patrhysiũ ad Iordanem, cuius mẽtionẽ habui, litteras perferri iusserit, quibus ille. ut assumptis tribus comitibus, quod synodus celebranda erat. Bononiam proficisceretur cõmonebatur. Iordanes se ad Dominici uoluntatem confirmauit. Neq; enim ab eo honeste dissentire poterat. Sunt et plures ex aliis nationibus euocati, qui cum conuenissent, ut prædiorum prouẽtibus perpetuo renuntiaretur/instituerunt. Erogationibus contenti essent Multa tandem oratione ultro citroq; habita iussit uir sanctissimus, ut uiri complures auctoritate et grauitate præstantes, quibus decernẽdi, diffinienda ordinandi summa esset potestas, deligerentur. Instituit præterea ut ob multa uitiorum genera propulsanda colendasq; uirtutes quot annis synodus cælebraret. His exactis Iordanes sese patriæ reddidit: Et si ante hac Dominicus ad predicatorum Religionem erigendam omnem operam contulisset/atq; illius confirmationi Pontifex Maximus minime defuisset, tamẽ ut ab alio sibi succederetur, a patribus benigne petiit. Hi nõ modo, quæ ab eo acta erant summo studio magnoq; consensu approbarunt, uerum etiã instituerunt ut eadem in posterũ dignitate fungeretur, cũ, qui illi uel præferri uel æquari posset/inueniretur nemo. Nam quantum cura labore uigiliis auctoritate cõsilio eniti atq; efficere poterat, nihil ꝑtermittebat, quod ad Religionem conseruandam augendamq; pertinere arbitraretur. Abstinentia, Ieiuniis, uigiliis, orationibus. In quas summe incũbebat sese aliis in exemplum statuebat Nocte atq; interdiu cum diuina celebrabatur oratio

Nota. a choro nunq; aberat. Non enim ex eius memoria præclara illa sententia exciderat tanti esse exercitum, quãti imperatorem. Age fragilitas humana quãta est? labimur, erramus, decipimur, incognita pro cognitis habemus. Qui se errore inquinassent, hos humane reprehendebat et castigabat. ac ne ĩ posterum ullo notarent errores, quibus poterat/precibus obsecrabat. Nunq̃ illucescebat. quin fratres, ad sanctam uiuẽdi formam, ni necessitas ipsum abduxisset hortaretur. Quanta erat illa charitas, qua illum in eos. q uel aduersa fortuna uexarentur. uel minus prospera ualitudine impedirentur. usum legimus? Omnibus orationis præsidio succurrebat. Complures desperatione adductos adeo consolatus est, ut fortunæ telis resisterent atq; his contemptis, spem omnem, fidemq; in deo collocarent. Vt ei faciendũ iter erat, aut litteris incumbendum/aut fratre commonendi, primum ad Christi simulachrum procidebat/nec lachrymis, nec sanctis orationibus abstinens, ut ea efficeret quæ et animæ suæ conducerent, et aliis honori emolumẽtoq; existerẽt. Nemo unq̃ ei stomachum mouit, nunq̃ in iracũdiam adductus est, q; omnes cogitationes omnia consilia ad Christum referebat. Ad omnes animi perturbationes semper patientiam accõmodauit Semper pedestri itinere profectus est. sine calciatu, nunq̃ attollens oculos

Vt urbes

Vt urbes ingrediebatur, calceo pedes induebat. Eos nonnunq̃, si a præacu/tis lapidibus lesus esset, induere cogebatur. Interdum flumina imbribus au/gebantur, ut ne ullo, quidem uado pertransiri possent, ad quæ cum uentũ erat se salutari crucis signo armabat, iubebatq; comitem, q̃q̃ metu percelle/retur, anteire illi animum afferens. Ipe subsequebatur. In hũc modum flu/mina trãsitu difficilia transgrediebatur. Nunq̃ dies illucescebat, quin ab eo missarum solemnia celebrarentur, magnam uim lachrymarum profunden te. Vt ad hospicium diuerterat, ad ædem exibat orandi gratia. Ab eo men/ses plus septem totius anni ieiunio tribuebantur, non modo carnibus sem/per abstinuit, uerum et cibariis abdomine cõditis. Cum Romam iter ha/beret, morbi grauitate impeditus ẽ. Omne genus carnis recusauit, solis po/mis cõtentus. Idẽ alias factitasse memoriæ litterisq; proditũ est, Lectitabat Matthæi euãgelium, et Pauli epistolas, nec eas unq̃, ut otii quicq̃ nãcisceba tur, de manibus deponebat. Inter cætera maximum illud ipsum, ut omniũ animæ christianorũ ad sempiternæ, atq; beatæ uitæ domicilium proficisce/rentur, capiebat desiderium. Quod uero gentiles et Maumethani in tanto errore uersarentur, et merebat et flebat. Id temporis mulier quædam nobi li genere nata ad Dominicum, q̃ eius frater a Sarracenis, et captus, et in car cerem coniectus esset, quærimoniam detulit. Repente uirum sanctum (ita ei natura insitum erat) tantæ illius calamitatis incredibilis quædam cœ/pit miseratio. Igitur, cum nullæ sibi pecuniæ essent, quibus captiuus redi/mi posset, sui uendendi animum cogitatio subiit. Ita Christum fecisse aie/bat, qui ut humanum genus saluum redderet, nullum laboris cruciatus mortis, genus defugerat. Postero die fratres ad se acciri iussit, et quæ con/silio, menteq; agitauerat, illis exposuit. Sibi esse in animo in Asiam traiice/re, ut eas nationes, tantis, quibus implicabantur, erroribus liberaret, Nec ue/reri, quin Christo optimo maximo consentiente ad eum exitum, quẽ sibi proposuisset peruenturus esset. Se religioni semel dicatum, apostolorum adniti sequi uestigia, qui ut populos ab erroribus reuocarent, totum ter/rarum orbem peragrassent, Ipsi suo exemplo docti deum colerent, in eo spem omnem fidemq; constituerent, pecuniam contemnerent, quan/do hominum pietate, et charitate præditorum elemosinis recreandi essent. Hæc cum dixisset, comitibus duobus assumptis, terrestre iter in/gressus est. Ei religiosi duo casu obuii fuerunt, qui cum fame uehemen/ter laborarent (nam media dies quoquente desuper sole feruebat) nos in/quit alter, summis affecti sumus difficultatibus. Neq; enim est, qui no/bis cibum prebeat, ne minimum quidem panem quispiam petentibus erogauit, Nullæ adsunt pecuniæ. Hæc audiens Dominicus, qualis in/quit ex ore uobis excidit sermo? Vos ad Deum mentes erigite, atque

extollite. Qui brutis animalibus cibum exhibet, seruis suis non exhibebit? Non longe abest ager, ad quē peruenturi estis. Apud hunc uicus est, quē uiri incolunt ab humanitate minime alieni. Sacerdos quidam uobis occurret, qui manu prehensos uos tuebitur. Siquidem miles externus aderit, qui utrunq; a sacerdote nitetur abstrahere. Interea, qui templo præsidet, uos, sacerdotem, militem ad sumendū cibū inuitabit. Hæc locutus abiit. Tandē parrhysium uenit, qui et si fratrū paucitatē intueretur, eos tamen ad xp̄i euangelia prædicāda uehementer hortabatur, populos admonerent, quod ex ea re amplissimū essent fructū consecuturi, Eos et piam, et sanctā, si qui peccarunt, sceleratecq; fecerunt hos admonerent, et erroribus leuarent, nauare operā. Ipsis in deo omnis esset fiducia, qđ ab eo nullus iuuandi locus p̄termitteretur. Illi prædicandi imperitiā causati responderunt eum Religioni honestius consulere, si peritioribus, doctioribusq; tantā molē imponeret. Nolite inquit Dominicus de spe decidere. Ipse rerū opifex dominusq; mundi deus maximo uobis erit præsidio. Eius igitur consilio obtemperantes in germaniam ad quoddam cistertiēsium monasterium profecti sunt, Huius præsidē, cui Heberrardo nomen erat, cōueniūt. Qua causa adducti in eam regionem iter contulerint, exponunt. Se prædicatores esse, qui pro

Heberrardus. salute populorum quæuis pericula, laboresq; subire instituerint. Heberrardus sub hæc, uerba sese ad eorum genua prostrauit, seq; una cum monachis suis non illotos pedes nouis calceis induens in prædicatorum numerū adscribi uoluit. Non hæc a me finguntur. Dominicus Mutinam uenerat, cum Decanus quidā gallus eum secreto alloquitur, et quid faciendū esset, consilio contulit, de salute sua actum esse, quoniam preceps ferretur in libidinē, se impediri, quo in sanctā frugē nō posset euadere. Tum Dominicus ne desperatiōe adducaris, misericordiā tibi tribuet dominus, Tu ne animū contrahas ac demittas, nec quicq̄ temporis dederis otio. Nam quantū iacturæ homini suggerat otium, Poeta ingeniosus his uersibus expressit.

Ouidius. Otia si tollas, periere cupidinis artus.
Contemptæq; iacent et sine luce faces.

Ego uero deum, ut te a tam nefario scelere defendat, precabor, uenerabor

Virgilius. implorabo. Hæc ubi uir sanctus dicta dedit nunq̄ Decanus libidine impeditus est, quin castissimus euasit, et omnis officii diligentissimus. Postero

Conradus die Dominicus Bononiam uenit. Ea tempestate Cōradus germanus (callebat hic sacras litteras) ipsam urbem incolebat, Is si, qui sub Dominici tutela erant, cum eo amicitiā iniuisset iocūdissimū ducebat. Interim Vir quidam, cui Cistertiēsis Religionis prioratus delatus erat, in gallias regrediebatur. Summa ei cū Dominico, cum uterq; Romæ esset fuerat familiaritas.

Is cum Bononiam appulisset, ad Dominicum uisendum profectus est. Vt mutua fuerunt salutatione functi, nequeo inquit Dominicus, quantum Deo optimo debeam uerbis referre. Nihil unquam ex eo petii, quin illud sim ad uoluntatem assecutus. Semper optatis meis respondit. Huiusce rei, quo ad mihi uita suppetet nemine cōscium reddideris. Prior admiratione prope attonitus, q̄ summus rerum creator in Dominicum suam uoluntatem contulisset, cum hæc inquit ita sint, deum precibus fatigato, ut Conradi menti lumen præferat, quo fratrum tuorum sentētiæ accedat. Hanc sibi optionem, ut is in eorū numerum adscribatur, deferri optant. Nec uereor, quin ea res ipsorū desiderio sit accesura. Tum Dominicus apud me pernoctato. Vterq; deum, ut illi uoti compotes fiant, precibus exposcet. Totam noctem in æde oratum est. In aurora Conradus affuit, petiitq;, ut in prædicatorum numerū referretur. Obtemperauit cōsilio suo Dominicus. Verū ille paucis post mensibus morbo extinctus est. Anni mille ducenti unus et uiginti agebant, cum iussu Dominici Bononiæ habita est synodus. Religiosis quibusdā eo proficiscentibus, aduersarius noster nuncii specie sese obiecit eisq; hæc uerba exciderunt. Quo iter intenditis? Ad synodū aiūt illi. Quibus de rebus inquit hoc cōsilium habetur? De exponendis respondēt illi Xp̄i euāgeliis. Nos iussu patrū nostrorū, per totū terrarū orbē iter facturi sumus, ea ratione adducti, ut omnes doceamus, quo pacto Xp̄i uitā adipisci possint. Hæc cum dixissent miser horrendam uocē emisit. Vestra inquit Religio, nostra est confusio. Repente ex oculis eorum euanuit. Qui ut Bononiam appulerunt, hæc Dominico et reliquis patribus enarrarunt. Quæ i synodo acta sunt referre mei nō ē cōsiliu, ne scribēdo modū excedā. Dominicus igitur, ut reliqua prosequar, statura fuit mediocri. Corpus habuit exile atq; extenuatū, barbam et capillos ruffos, oculos claros ac nitidos, quibus inerat qddā diuini uigoris. Et si multa de sanctissimis eius moribus dixerim, illud tamē minime p̄termittēdū duco. Siqdē i singulas noctes corpus suū, nulla libidine, nullo scelere, nullo dedecore inqnatū flagello ferreo ter uerberabat. Id ea ratione factū, sapiētissimi uiri asserunt, ut ei deus cæterisq; peccato labentibus, et his q morte purgationē agunt, misericordiā tribueret. Nullas tenebat lachrymas. Vt synodi finis fuit, i Galliā cisalpinā iter suscepit, Vgolini Hostiensis episcopi, qui, id temporis Pontificis Maximi uicē in ea gerebat, uisendi gratia. Cū Bononiā se recepisset in grauissimum morbum, quod de uia fessus erat, incidit. Ventura, cui Prioratus prouincia demandata erat, ipsum, ut aliquid noctis quieti sdaret uehementer exorare. Negare ille ni orationē ante perorasset. Vt orationibus nocturnis, quibus affuit finis impositus est, cœpit ex capite et ex intestinorum exulceratione laborare. Accessit febris ualida. Hos morbos æquissimo tulit animo.

Audi qd dicat beatus Dominicus.

Attende uocē a diabolo emissam.

Statura B. Dominici

Grauiss. morbo laborat Dominicus.

Cum uero diem extremum, quem morte confecturus erat haud procul abesse non ignoraret, eos, qui nundũ professi nomẽ subierãt, ad se acciri iussit. Omnes ad religionem hortatus est, quod ea esset, quæ, ut inquit ille pro laboribus requiem pro morte uitam, pro tenebris claritatem largiri posset. His dimissis, de eius sententia accersiti sunt sacerdotes duodecim, quos cum actionum suarum conscios fecisset. In hanc sententiam locutus fertur.

Oratio bti Dominici.

Quantis sim deo immortali beneficiis obstrictus uel hoc uno maxime cognosci potest, quando suo consilio, sua uirtute, suo munure, effrenatam libidinẽ cohibuerim. Nullũ unq̃ me libidinis desideriũ cœpit. Quare ut nũq̃ tantã turpitudinis notã subeatis, et oro, et obtestor. Vitanda uobis erit, non solum nefaria fœminarum societas, sed impudici quoq; sermones, qui teste Apostolo optimos solent mores corrumpere. Haud scio, nec si sciã, dicere ausim quid eo religioso, qui libidinis aspergatur infamia, turpius inueniri queat. Est in prouerbium celebratum, eorum qui bonæ famæ curam posthabẽdã putãt, salutẽ esse desperãdã. Vos eã pro uirili uestra parte amplecti debetis. Incõstantia nil turpius esse, cum singulis hominibus tum uero religioni dicatis, nõ solum, qui ueritati accedunt Christiani, sed gentiles quoq; affirmant. Semel cum Deo coniuncti estis perstate in sentẽtia, et q̃ illi polliciti estis, id exitu præstate. Conferte cum cœlesti, ac diuina domo huius mũdi illecebras, quæ fragiles sunt et caducæ. Nimirum cognoscetis, qui eam incolunt, hos beatissimos esse, quando suauissimo regno potiantur cui finẽ nulla ætas unq̃ est allatura. Non est a uobis posthabenda charitas. Paulus apostolus, is, cuius mẽtionẽ habui, hos negat cœlestiũ numerũ aucturos, q̃ a se charitatem secernũt. In eã sentẽtiã. M. Tullius cõsentit, qui ipsa sublata nihil iocundũ arbitrat. Nolite insolescere, quin ut nulla supbiæ in uobis sit suspicio, operã date. Quid loquar de pauptate? ne hæc quidẽ contẽnẽda est Magistrũ atq; auctorẽ habetis xp̃m, quẽ in ea re imitari potestis et debetis. Quis mihi eas diuitias laudi debuerit, quæ aut surripi, aut igne absumi, aut uetustate deleri possunt? Mea semp sententia fuit ut his rebus, quæ mobiles sunt et instabiles, domus illa æterna præponeretur. Nihil sit alteri altero iocundius, cũ p̃sertim Religioni addicti sitis. Estote inter uos cõiunctissimi Id q̃d Xp̃s suo iure cõmonuit. Breui sum excessurus e uita p̃ meã in uos, et uestrã in me beniuolẽtiã oro, quæsoq;, ut deũ, quo in hãc animulã misericordia inducat, precibus obsecretis. Huiuscemodi oratio omnibus lachrymas excussit.

Bona fama.

Cõstantia.

Charitas.

Amor mutuus.

Finis orationis.

At prior, q̃tũ in eo erat, illius animũ oĩ molestia leuare adnitebat. ac ut in spẽ erigeret cõsequẽdæ ualitudinis, multos ĩ difficiliorẽ morbũ ĩcidisse, q̃ xp̃i opt. max. munere redditi sũt ĩcolumes asserebat. Mõs ab urbe Boñ. mille passus abest, ĩ eius cacumine extructũ ẽ tẽplũ Mariæ cœli reginæ sacratũ. In eũ locũ Dominicus medicorũ cõsilio, quoniã morbi difficulta-

te premebatur, deportatus est. Quippe cœli est ibi salubritas, nec aeris spiritus ulla paludū graui nebula inficitur. Sed cū Dominicus nihilo melior esset, quin etiā, atq; ualitudo ipsa multo desperatior (si quidē noctes duas in somnis egerat) priorem, cui fratres duodecim se comites præbuerunt ad se accersiri iussit. Quo in statu inquit res mea sit, uobis perspectum puto. Quod extremi temporis superest, id ad Christi memoriam reseruo. Illud peto, ut mihi sub fratrum meorū pedibus constituatur sepulchrū. Sed ne prior fide haud sincera secum ageret, suspitione perculsus se, in urbē reportari iussit. Qui eum reportabant, his, ne in itinere uita fungeretur, metus animum uersabat. Tādem Christi benignitate in cubiculum delatus est. Rodulfus sudorē facie detergebat. Omnes in fletū prorumpebant, quod se tanto uiro, et omnium uirtutum simulachro priuatum iri animaduertebant. Ipse in eos oculos coniiciens, cur inquit tāti gemitus, fletusq; fiūt? An inertes, et improbi fœlicitati meæ inuidetis? Magna me spes tenet, bene mihi euenire. Cum in amœnissimum locum peruenero, maiori uobis ero utilitati, q̄ dum uitam agebam. Qui prioratum gerebat, te inquit pater obtestor, atq; obsecro, ne nostri memoriam abiicias, Commendato nos diuinæ maiestati. Tum Dominicus manibus in cœlum sublatis tibi inquit Pater Cœlestis, hos omnes, quos mihi tuendos dedisti, commendo. Vos uero (nam mors mihi nūc obeūda est) in orationes diuinas incumbite. In hæc uerba uir sanctissimus spiritum exalauit. Quo tempore Dominicus e uita exiuit, eo tempore Gualla, cui monasterii Brixiensis Prioratus delatus erat, altissimo somno premebatur. Huic per quietem uisum est cœlum aperiri inde scalas duas miræ albedinis demitti, quarum altera Christi optimi maximi, Altera Mariæ manibus substentabatur. Has alios angelos scandere, alios descendere. Inter eas sellam esse, occupariq; ab homine prædicatorum ueste induto. Ipsas tandem a Christo ac Maria in cœlestem domum trahi mox cœlum ipsum claudi. Gualla somno excitus, ut ea, quæ dormienti sese per somnium obtulerant, patribus exponeret, Bononiam contendit, Vt Dominicum exhausisse spiritum cognouit, repente confessus est, quæ per somnium uiderat, ad Dominicum referri oportere. Tācredus, cuius supra mentionem habui, cum Religioso, cui Raoni erat nomen, usu coniunctus erat. Vna iter pedibus faciebant. Aduentate nocte ad hospitium diuerterunt. In sequenti die Raon rem diuinam facturus ad aram iter suscepit. Tācredus, quod ei de ualitudine Dominici minus prospera nunciatum fuerat, cum rem inquit diuinam facies o Raon, ne memoria tua elabatur, qui apud nos patris grauitatē obtinet, Dominicus. Illum deo cōmēdabis. Graui enim implicatur morbo. Raon cum eorum, qui uitam uiuunt (nam ad aram, iter contulerat) mentionem

Quāta humilitas.

Obitus btī Dominici

Gualla.

Tācredus.

Raon.

haberet subito ad Dominici memoriam animum suum reuocauit, et sublatis in cœlum oculis Dominicum intuitus aureo diademate ornatũ, quẽ uiri duo modesti et prudentes sequenbantur. Quin ei tantus inerat fulgor, ut oculos submittere cogeretur. Anni plures intercesserũt, cum huius rei ne ullum quidẽ participem fecit. Postremo a deo admonitus, quod uiderat ad oẽs detulit. Sed ut ad Rodulfũ redeam, ipsius iussu, corpus sanctũ in ædem ellatum est. Non modo ipse, sed omnes quoq;, quibus socius præceptorq; fuerat illud complexi sunt, et lachrymis consperserunt. Ea tempestate Vgolinus Cardinalis Hostiensis in Gallia Cisalpina pontificis Maximi munus sustinebat. Is compluribus nobilissimis uiris in societatem suã receptis, Bononiam uenit, Vt ei de sanctissimi uiri obitu renunciatum est, subito ad corpus sepeliendum, omnes cogitationes suas retulit, omnem ei reuerentiam præstitit, quod a teneris (ut græci dicunt) unguiculis mutua se fuerant beniuolentia complexi. Iussu autem Rodulfi, cui seniores eam curam demandauerant Capsa lignea fabrefacta est, et in ea corpus cõditum, fixi ne aperiretur, insuper claui. In hunc modum in sepulchro recõditum est, et magno lapide, ne deportaretur, contectum. Anni uero, cum uir sanctissimus naturæ concessit, agebãt mille ducenti unus et uiginti octo. id. August. Anteq̃ huic libro extremam manũ imponam respõdebo ad ea, quæ mihi ab his, qui se inter historiarum scriptores Africanos putant, obiiciuntur. Id a me consulto efficitur, ne uidear honoris mei abiecisse memoriam. Est is mea sentẽtia in sanctorum numerum adscribẽdus, qui iniuriã illatam, non inimico fert animo. Aiunt me ueritatem non mediocri contaminasse mendacio, ꝙ Dominici corpus Bononiæ in Nicolai templo sepultum scripserim, quando grauissimi et sapientissimi Viri Assisii in sepulcro conditum affirment. Extant litteræ Clementis Quarti Pontificis Maximi, quibus si fidem nullam habendam putant, uereor ne ad insaniã redigãtur, uel sint natura leuissimi. In his et magistro, et fratribus Religionis prædicatorum, ut in urbe Bononiensi, nobiliorem pro sanctissimo Dominici corpore in sepulchro constituendo ad uoluntatem deligant locum, potestatẽ facit. Se in illo trãsferendo eorum sententiæ accedere. Dominicũ ita caste, pie, sancteq; uitã instituisse, ut qui se xpianos ꝓfitent, eũ uenerari, et collere debeãt. Venerũt et ad manus meas Vincenẽsis episcopi litteræ, quas cũ diligenter accurateq; legissem, coactus sum eos fateri aniliter desipere, q Dominici corpus, ad assisiũ delatũ, atq; in Francisci tẽplo sepultũ asserũt. Affirmat uir grauissimus, cũ corpus trãsferebat affuisse. Hæc eius uerba sunt. Cum Dominici corpus, quod humili iacebat loco, trãsferẽdum esset conuenerunt Bononiã fratrũ multitudo, Accersiti sunt Arnulfus ac Egi-

Capsa lignea

Digressio

Clemens papa

Arnulfus.

dius, quorum alter Hunianensis alter, Torcellanensis Episcopatus dignita te præditus erat, Imperator præterea Bononiensis, Consulesq;, ac Tribuni plebis. Omitto populum Bononiensem uniuersum, qui ad rem perspiciendam profectus est. Dixisses ipsam Bononiam prope conuulsam sedibus suis. Quippe omnium generum, ætatum, ordinum uiri ac mulieres omnis fortunæ ad perspectandum corpus et euulsum ab humeris caput iter contulerunt. Haud grauabuntur, qui mei sunt studiosi, si librum prouexero. Siquidem signa, quæ a Dominico, morte obita, sunt perpetrata, si silentio prætereunda duxero, uereor ne illis fiat iniuria, Nec tamen cuncta complectar, quod una hæc est materia, cui ille ipse eloquētiæ Romanæ magister et princeps. M. Tullius succumberet. Mulier erat hispana nobili genere nata hæc membris, ingenio, moribus muliebribus officiis, atq; operibus, reliquis antecellebat. Putasses eam Christo dicatam, tanta pollebat religione. Cū igitur uiro in matrimonium collocaretur, nec ullos coniugii fructus daret se, ad Dominici, quem semper in ueneratione habuerat, simulachrum abiecit, uouitq; ubi marem in lucem procreasset, illum se prædicatorum Religioni dicaturam. Exacto anno feminam enixa est. Quod ubi ex mulieribus intellexit, intolerabillem concepit animo dolorē. Igitur Dominico et præcibus et orationibus ab ea fatigato, inspicite inquit partum. Mulieres mandatum exequētes, marem confessæ sunt, qui ut duodecimum egressus fuit annum, ad prædicatorū religionem aduolauit. Vbi cū esset annos quinq; et uiginti natus, morbo contracto decessit. Asculum Ciuitas est piceni. a qua nō longe abest amnis, cui. Truento est nomen, Huc se mulier quædam linteum lotura contulerat. Subsequebatur eam filius nundum quintum annum agens. Is dum in ripa ludum ludit, fato nescio quo, in flumē decidit. Imperitum nandi hauserūt gurgites. Sic absortus impetu aquæ ad molēdinum quoddam deductus est. Mater ubi filium exanimem audiuit, dolore commota iuges, lachrymas, continere non poterat. Quæ aderant, mulieres accurrunt. Miseram consolantur. Illud unum, superesse, ut cadauer extrahatur, sepeliaturq;. At matrem, q̄q̄ puerum pro egressione aquæ pedibus appendisset, nec succederet exitus, magna spes tenebat illum, in uitam rediturum, si ad Dominici templū, in cuius sacrario eius deus, qui ab ipsius ore, dum uitam agebat, exciderat, seruabat, deportasset. Igitur mortui super aram constituti uentrem fratres dente contigerunt, subito defunctus reuocatus est, et qui non uiuebat, uixit. Eques quidam auratus Apulus Dominico ampliss. honores habebat. Qui prædicatorum Religioni addicti erant, si ad oppidum suum diuerterant, hos humane benigneque excipiebat. Erat huic in cubiculo non longe a cubili ta

Egidius. Miraculū. Miraculū.

bella Dominici signo ornata. Casu accidit, ut quas habitabat, ædes corruerent. Ipse uniuersaq; familia præter unicum filium ĩ cubiculo relictũ abessent. Ad rem inspiciendam factus est hominum concursus existimantium
Miraculũ. æquitem una cum familia periisse. Semotis lapidibus inuentus est puer ille sus, tabellaq; incorrupta, ac nullis maculis infecta. Querebãt ex eo, ullo ne fuisset metu perculsus. Nullo aiebat ille, quod eum Dominicus tutatus esset. Gallus quidam uirtute, existimatione, nobilitate præditus, cum anni complures intercessissent, nullos ex uxore filios suscipere poterat. Is Dominicum, et Petrum martyrem amplissimis honoribus honorabat. Horũ munere id consecutus est, ut ei filius nasceretur. In hanc piam actionem aduersarius noster inuidia æstuans, specie peregrini ad eum profectus est, ut sibi pecuniam erogaret postulans. Imminebat nox. Eam erogationem ꝓ Dominico et Petro martyre sibi susciperet. Paruit Gallus studiis aduersarii. Forte ita casus tulit, ut mater ad templũ contenderet. Tũ hic de quo loquor, aduersarius, puerum, qui nundum e lecto egressus erat, occidit, occisum per artus concidit, concisum in uase lapideo super ignem ebuliente posuit. Tanto scelere admisso in malam crucẽ abiit. Pedissequa tantæ crudelitatis ignara, ad culinam iit. Confestim quid intuita sit, matri exponit. Mater, ut rem ipsam nulli explicet, pedisse quam admonet. In capsa reponat membra, Se, quin Dominici, ac Petri martyris beneficio uitam adepturus sit puer, nulla spe decideret. Totam noctem insomnem egit, illos orans atq; obsecrans, et nullis lachrymis temperans, ut puer uitæ redderetur. In sequenti die Gallus (nam nulli peregrini apud ipsum pransi erant) ex fenestra prospectans duos uidit prædicatorum Religioni addictos ad eius oppidũ iter facientes. eos accersiri iussit, q̃uis tanti sceleris nescius esset. Vt religiosi in tricliniũ uenerunt ad sumendũ cibum inuitauit Id illi recusarunt ni p̃imũ, quæ potiora habuisset, in eorũ conspectum deportarẽtur. Tum ille, iube inquit o Vxor, quo nihil potius habemus puerum ad nos acciri. Mulier timore adducta, quo se uertat, ignorat, Verũ qui senex erat, ꝑuecteq; ætatis Religiosus, nulla inquit o mulier tibi iniiciatur dubitatio. Ipse rerũ dominus consolationẽ afferens aderit. Mulier illius uerbis fidẽ habens, uas lapideũ, quo pueri membra continebantur, detulit. Id quod patri admirationẽ fecit. Tum uiri sancti pueri membra suis locis di-
Miraculũ. sposuerũt et ita disposuerũt, ut repente puer resurrexerit in columis. Post tam admirabilẽ nauatã operam, qui essent, exposuerunt, seq; ab illorum oculis eripuerunt.

Explicit Vita Diui Dominici Ordinis Prædicatorum Fundatoris ꝑ Ioannem Garzonem Bononiensem Oratorem Clarissimum edita.

Leander Albertus Bononiensis Ord. Prædic. Ioanni Antonio Flaminio Forocorneliensi Viro litteratissimo.

m ITTO ad te Iordanis Viri sanctissimi, ac cæterorum nostræ religionis dictatorū, et (ut eorum utar uocabulo) Generalium Magistrorū uitas post parētem Dominicū, usq; ad Thomam Caietanum, nostri temporis sacrarū litterarum unicū domicilium, unicūq; columen, a me editas. Quas, tuæ limæ exactissimæ, uti cōsueui cætera a me opera edenda, submitto. Te enim semper colui, ac ueneratus sum ob ingentem eruditionem tuam, litteraturam, ac morum præstātiam. Scio.n. ubiq; ea scripta libere posse uagari, impuneq; in manus hominum uenire, et apud grauissimū quēq;, et exactissimum iudicem absq; iactura et dispendio esse, quæ tuam censurā subierint. Miraberis scio, cū noueris librū tam grandē hūc primū de Viris Illustribus nostræ religionis intra duodeuigesimū diem a me fuisse contextū, quem uix alius exscribere in tam breui tempore potuisset, licet enim concionatus etiam hisce diebus pro suggesto ad nostrū populum Bononiensem fuerim. Vires animus, animum auiditas, auiditatem uero expectatio, et plurium nostratum efflagitatio, uicit. Quem tu ad nos statim perlectū remittito, eo ꝙ illū coacti multiiugis precibus multorum sane amicorū, in publicum dare compellimur. Haud uereor, quin magnam ex eius lectione uoluptatem omnes percepturi sint, qui nasum rhinocerotis, et ronchum non habuerint, cum legerint tot, ac tantorum uirorum actiones honestissimas, eximiam eruditionem, et gesta sanctissima, et præcipue Iordanis uiri eminētiss. parētis nostri Dominici æmuli. Cuius uita per me edita, uirum illū totum effingit, ostēdit, et ante oculos omniū ponit. M. Antonius Flaminius filius tuus deliciæ meæ, recte ualet. Vale et Leandrū tuū, ꝙ facis, ama, Bononiæ. iiii. Idus Ianuarii. MDXVI.

Io. Antonius Flaminius Forocorneliensis Leandro Alberto suo. S. D.

l EGI tuum libenter, et magna cū uoluptate primū de Viris Illustribus Librū, quos litteris claros, et sanctitate insignes ad nostrā ætatē ducta serie complexus es. Opus sane egregiū, futurūq; non solū eiusdem sectæ hominibus, sed et cæteris, qui legerint, exemplis salubribus, ac documentis utile, atq; iucundū. In quo quidem petitam a me operam tibi fidelē (uti uidere poteris) et quātū bidui spacio licuit, diligētē præstiti. In qua re nō solum me quidē eximius ille tuus erga me amor, ac iudicium de me plurimum delectauit, Sed etiā institutū tuū, ac in rebus oibus

ſingularis prudentia, qui quãtũ ad edenda ingenii monimenta attinet, ueterum ſecutus morem laudatiſſimum iudiciis amicorum, atq; cenſuræ non tam prudenter, q̃ amãter illa ſubiicis noſtræ, præſertim, ſi qua ea eſt: Quã tu quidẽ tanti ſemper facis, ut quod ego probauerim, neminem poſtea improbaturum pures. Ego autẽ mearũ uiriũ cõſcius, ut certe tantũ mihi non arrogo, ſic illud uere poſſum affirmare, non poſſe te, iſtiuſmodi operam demandare cuipiam(nec me decipit amor)qui tibi illam, uel fideliorẽ præſtare poſſit, uel beniuolentiorem. Feci igitur, quãtũ biduo potui(nam tempus ipſe mihi præſcripſeras) quod te maxime uelle cognoui. In quo quidẽ ſiq̃d forte omiſſum a me putabis, non fidem, non amorem, ac diligentiam meã accuſabis, quæ tibi diu perſpecta ſunt, et cognita, ſed anguſtiæ temporis, et occupationibus, quibus aſſidue, ac immodice diſtringor, id totũ adſcribes. Vale ex Forocornelii Idibus ianuariis. M.D.XVI.

IORDANIS SAXONI ORD. PRAED. GENERALIS MAGIſtri ſecũdi uita per Leandrum Albertum Bononienſem Edita.

IORDANES uir ſanctiſſimus oppido Botergæ prouinciæ Saxoniæ originẽ duxit, quibus parẽtibus nõ produnt ſcriptores. Cõſtat enim uitã anteq̃ religionis togam indueret mitem ſanctiſſimam atq; iuſtiſſimam eum egiſſe, et huiuſmodi conſuetudinis fuiſſe, ut egeno, qui primus occurriſſet, cum illuceſceret largiſſime donaret, etiam nõ petẽti. Cõſueuerat intempeſtæ noctis ſilẽtio, cũ Pariſii litteris ſacris operam daret, cõuenire in eccleſiã atq; ibidẽ ſacra audire. Dũ aũt pro more aliquando, falſo ratus, iam ſignũ ad ſacra peragenda datũ, iter arriperet, egenũ offendit munera petentem(uenerat Iordanes forte uſus celeritate abſq; pecunia, unica ueſte indutus, et baltheo cintus argenteo)baltheo illum donauit. Tandem reſerato templo (aliquãtulum enim pro foribus expectauerat)ingreditur et, uidit Chriſti optimi Maximi ſimulacrum cruci affixum baltheo donato pauloante egeno præcintum. Cuius ſpectaculo plurimũ motus, togam religionis ex tunc aſſumere deliberauit. Differebat tamen, tempus opportunũ expectans, quo libere, quod animo conceperat, expediret. Tandem ualedicens amicis prædicatorũ ordinẽ ingredi cupiẽs, ueſtem ſanctæ cõuerſationis ab Reginaldo uiro optimo impetrauit, et accepit. Verum de Reginaldo ſuo loco dicemus, Cuius in exitu neſcio cui uiro ſacris iniciato uiſus eſt fons in Templo Pariſino Iacobo Apoſtolo dicato mox oriri, et tam ſubito exſiccari, et in eo loco alter maior ſuboriri, cuius riuulis, triuia et quadriuia, et plateæ, et exinde tota prouincia irrigabatur, uſq; ad mare decurrens. Hoc enim præſagium fuit, quod euentu poſtmodũ com-

Xp̃s cruci affixus baltheo p̃cintus.

Cur Iordanes or. prædic. ingreſſus eſt.

Reginaldus.

Viſio de Ior.

probatum eſt, uidelicet Iordanem loco Reginaldi inſurrecturum, cuius et
doctrina, et moribus, atq; ſanctitate, cũ docendo, tum diſputando, tota dei
eccleſia irrigaret. Cõmuni igitur patrũ ſuffragio anno domini. Mccxxii. Iordanes
in Cõuentu Generali tertio Parrhyſii acto, quod Capitulũ generale appel ord. præd.
lant, tunc præfecturam agens prouinciæ Lombardiæ, quem dicũt Prouin/ præficitur.
cialem, poſt biẽnium et ſex menſes, ex quo togam prædicatorũ acceperat,
poſt diuum Dominicum, toti ordini prædic. primus præficitur, Quẽ circa
annos quindecim æque, ſancteq; moderatus eſt. Lucæ euãgeliũ, Parrhyſio
in frequenti auditorũ numero mirifice declarauit, Cœpit ueluti lucerna ſu/
per candelabrum crebris radiis doctrinæ ſuæ luceſcere. Omnibus erat gra/
tus, tam uulgaribus, q̃ famigeratis, Formæ præſtantis, facie iucunda, uultu Mores Ior
ſpectabili, mitis ac lenis, cibi, ſomniq; parciſſimi, et in cultu corporis abie/
ctus. Delinquentes licet ſeuere corrigeret, tali tamen ac tanto utebat̃ tem/
peramento, ut potius illos humanitate deuinceret, q̃ ſeueritate, Et incõſtã/
tes in ſancto propoſito, ſuo confirmaret dulciſſimo hortatu, Tyrunculos
religionis ſæpe conſueuerat ſecum ad ſumendum cibum habere inuitatos,
ut ad ſanctum cohortaretur tyrocinium, nec ſinerent ſe ab hoſte humani
generis ſeduci, priſcorũ exempla cõmemorans. Sic uehemẽs in uerbis fuit, Vltra mil/
ut ultra mille uiros ad tyrociniũ religionis prædicatorũ, uerbis ſuis auxerit, le uiros ad
id quod miraculo adſcribi dignum uidetur. Veniens Iordanes aliquando religionẽ
Bononiam, quam urbem miro amore proſequebatur, Tedaldũ quẽdam ſuis uerbis
toga ordinis noſtri nuper indutum offendit, qui forte ſua inſcitia aliquan traxit.
do perteſus uitam nouam (Fuerat enim delicatiſſime prius educatus) togã Bononia.
prædic. exuere omnino decreuerat, affirmãs ſe guſtum, et ſomnũ amiſiſſe, Tedaldus.
Admonitus Iordanes hominem ad ſe acciri iuſſit, Cœpitq; eum uerbis blã
dis et ſuauiuſculis alloqui nomine uocitãs, aſſerens ex interpretatione no/
minis, uidelicet Tedaldi ueluti ad alta tendentis, in ſancto propoſito, nõ ſo
lum permanere, ſed paſſim proficere, Demum poſt nõnulla uerba ultro
citroq; habita, ante aram Diui Nicolai poſitis genibus ſtare præcepit, et ut
dominicam perſolueret orationem. Is uero oculos in altum extollens, ma/
nibus prius ſuper eius capite poſitis, cordis affectu ad deum preces effudit. Iordanis
Ipſe aũt ſic orans, uidebatur Tedaldo (ut his poſtmodum affirmare ſole/ oratione
bat) ex alto miram quãdam inſtillare paſſim dulcedinem, ex qua nouitas Tedaldus
cordis ſequeret̃, et patre educente manus, uidebatur ꝙ eius cor illico a dua/ a tẽptiõe
bus manibus præſſum extra ſe educeretur, et eleuaretur, miſſumq; fieret in liberatur.
magna tranquillitate deinceps ac dulcedine, Qui prius togam prædic. faſti
dierat, poſtmodum perſeueranter et retinuit, et laudauit. Tantũ promerue
rat Iordanes a deo orandi gratiam, ut nũq̃ flecti a quacũq; poſſet occupa
tione, quin aſſuetas perageret deo grates, Quãdoq; preces in terra procum

Modus orādi Iord.

Qualis in itinere ior.

bens emittebat, quandoq; iunctis manibus stans, nōnunq̄ sedens, et aliquā do oculos extollens. Nec lachrymarum dulcedinis in his expers fuerat. Pro his enim creditur eum in oculorum ægritudinem aliquādo incidisse. Meditationibus se totū et ubiq; dederat, quibus mirā elliciebat suauitatē. In itineribus uarius. Nōnūq̄ sermocinabat de re aliqua utili cum sodalibus, nō nūq̄ permeabat solus, sed nō minus solus, q̄ antea, eo q̄ uariis ac multiiugis meditationibus associaretur, sodales ad id facere adhortās. Demū agitatus calore illo diuino, quāta ualebat uoce, hymnos in laudem dei saluatoris ac Mariæ cœli reginæ præcinebat, cum tantō mentis iubilo, lachrymis id exprimentibus, ut res mira esset. His igitur occupatus nōnunq̄ a sociis aberrabat, nec hoc propter cōtristatus, sed æquo aīo ad cæteros perueniebat, et quos aliquādo cōtristatos ob ipsius absentiā inueniebat, læte cōfortabatur, affirmās omnia esse sub cœlo. Contigit aliquādo ipsum cum duobus fratribus, et layco sacris initiato, dum ex Italia in Germaniam cōtenderet, ad hospitiū diuertere in uico, cui nomen Vrsatia, in medio alpium sito, ut cibum sumeret, Iam enim hora, et labor diu protractus itineris montium, illos subinuitauerat, sed Caupone dicēte nō esse quod apponeretur præter panes duos, iussit mensam apponi, demū cœpit ex dictis panibus (prius benedictione peracta) egenis, quibus plurimum ea loca abūdant, partes multas elargiri, At Caupo et fratres illi succensentes, prius clauso ostio, ne amplius egeni ingrederentur præmonuere, affirmantes eo in loco dūtaxat panes illos inueniri posse, nec esse pro se, ac sociis sufficientes, quare ne sic erogaret illos, ne mox ipse cū suis penuria cibi laboraret. sed uiri dei iussu, nec moti Cauponis uerbis, nec a fide, quam ī deum reposuerat, ianua reseratur, introducūtq; egeni, et ut prius benedictionē accipiētes, ita ut triginta partes uiritim diuideret a deo pingues, ut unicuiq; abunde sufficeret, nec propter hoc uirum dei, et sotios panis defecit, Quinimo et Caupo, cūm uxore et familia, ex eo, qui residuus fuerat, abunde epulatus est, Quo uiso perterritus Caupo, et uirum dei admiratus est, ac ueneratus, et sine prandii solutione abire permisit, Quin etiam eum donauit uini lagiuncula, quam sotii secum deferre consueuerant. Ex inde, Thuringiam iter dirigens ad uicū peruenit, nomine Zuziū, In quo fabrum ferrariū adinuenit, e naribus trigesies per diem et noctem emittentem sanguinem, quem oratione ad deum habita, tactu manus mox incolumē reddidit. Et in uico Vren sacerdotem quartana diu laborantē, cui fere uires defecerant, prius peccatorū eius confessione audita, precibus ipse suis, pristinæ sanitati restituit. Transiēs per Alpes, ex ui ignis, fabrum ferrarium oculis captum, signo crucis saluberimo, donauit oculorum solacio. Inerat ei tanta in dicendo gratia, ut siue in frequēti populo, siue priuatim loqueretur, remitteret unūquēq; domū plene compotē

Vrsatia.

Attende Panem p Iord. multiplicatum

Tactu manus fabrū ferrarium sanat.

Itē sacerdotem quartana captū et aliū oculis captum

compotem. Quippe uidebatur in ipso, quædam esse dulcedo, atq; affabilitas, qua omnes ad sese alliceret. Quapropter hostis antiquus animaduertens tantam in populis per ipsum cōmotionē fieri, non omisit quicq̃, qđ illi impedimento foret, ne uerba, in frequenti populo pro concione haberet, de qua re paulopost dicam. Cōsueuerat uir dei urbes incolere, quibus litterarum uigebant studia. Quare nōnunq̃ successiue, dies, quos quadragesimales uocant, Parrhysii agebat, alios Bononiæ. Quāprimū aduenisse in his nunciabatur tantus erat ad illū cōcursus uirorū, ut uix illi sumendi cibi daretur spatiū. Iubebat mox dum ad has urbes applicauerat plurimas uestes præparari pro nouis tyronibus induēdis ad sanctā religionē, minime addubitās, quin plures ad religionis tyrociniū adiūgeret. Id, quod eueniebat, ut uix tot uestes prępararentur, quot necessariæ forēt. Accidit res, quæ omnibus nō paruā admirationem allatura est, In festo Purificationis beatissimæ Mariæ semper uirginis, cū in maximo scholasticorū cœtu (forte ad mille erāt) uiginti ex eis sacræ religionis toga uestire occæpisset, animaduertit quēdā natione Germanū sæpe ab eo pulsum ueluti nimis iuuenem, et uiribus pro tanto tyrocinio imbecillē, inter illos uiginti se immiscuisse, ut sancto cōuersationis habitu et ipse indueret, Tūc subridens uir dei, Est unus uestrū inquit, qui nostræ religionis tunicam sancto furto aufert, Et mox, qa nō nisi uiginti uestimēta fuerāt allata, et exinde minime egredi ex frequētia scholasticorū poterat, ut fieret sat oībus, ex astātibꝰ fratribꝰ, qdā palium, alius Bardocucullū, et tunicā alius se exuens, patriq; porrigēs, cum dei laude, omnes uiginti et unū induere. Cœperūt astantes omnes in fletū prorumpere, Alii quidē præ gaudio, ob auctā familiā, et alii ob sociorū amicabilissimorū amissionē, Qui omnes sic in sancta cōuersatione profecere, ut in uiros illustres breui admodū tempore euaserint, una cū adolescētiori illo prius pulso. Porro is euasit in maximū doctorē et concionatorē optimum. Nōnunq̃ Pater Iordanes bibliam dedit, ut reciperet pecuniā, pro togis cōficiēdis eorū, qui ad sanctā cōuersationē euolare cupiebāt: Quū quadam die in frequēti populo, unū e scholasticis habitu nostri ord. induere uelet, fere cōtristatus, ꝙ unū præter suā cōsuetudinē dūtaxat uestiret, astantibus inquit, Nemo uestrū inhumanitatis, ut reor, argui uellet. Quis sotiū ex uobis ad et æpulas opipere præpeparatas solū ire ꝑmitteret? cū posset secum plures ducere? Videte quæso istū in medio stātē ad dei nuptias inuitatum, et si uobis placeat, unūquēq; uestrū secū ualētē adducere, solū quæso ne ꝑmisetitis nuptiis hisce frui? Quid tot fletus? suspiria? lachrymæ? Verum si eum: ut par est: diligeretis, ꝓ ut uidentur suspiria ista et lachrymæ præseferre, nūq̃ ingredi sanctā conuersationē solū ꝑmitteritis. Eia quis ei se comitē ꝑbebit? Nec dū uerba finierat, et ecce quidā ex illis, qui a sancto

Quā eloquēs Iord.

Parrhysiū Bononia Att.

Concursū maximū ad Iordā. populi.

Viginti et unū scholasti. sācto cōuersationis habitu īduit Ior.

Att. uerba Ior.

Ex uerbis Iord. ad uulescēs uale dicit mundo

proposito longe aberat, in mediū prosiliēs uelut insaniēs. In uerbo inquit tuo, et in dei noīe, Magister ecce me ei sociū præbeo. Sicq; ambo toga religionis induti sunt cū ingēti omniū gaudio, et admiratione. Aliquādo accidit, ut quidā in sancto tyrocinio ab hoste humani generis, diuersis artibus agitaret, quo fieret, ut quo se uerteret, quoue pacto recrearet, minime cerneret, Tādē uirū dei adire decreuit, ut in sancto confirmaret proposito Forte ita tulerat casus, ut illū orātē pro mortuis inueniret, quapropter tāti uiri dignitatē uerens, e regione cōstitutus, se ei adiutorē præbuit, ut tādē precibus ad deū ab eo missis, fine imposito, rem suā aperiret, Sed dū simul preces prosequerent ad illū Dauidis uatis egregii uersiculū uentū est, quo

Consolat. animi ægrum

is uates alloquitur, dicens, Credo uidere bona domini in terra uiuētiū, et ꝑ eum sibi ipsi respondit, Expecta dominū, uiriliter age, Cōfortet cor tuum, et sustine dominū, quæ uerba responsionis uidebant a uenerabile uiro tanto cordis affectu proferri, nō secus ac si dedita opa, et cognito tyronis animo, ac mentis turbatione, respondere uideretur. Verba hæc, frater ille accepit pro bono omine, et nō secus, q̄ si a Deo tūc prolata fuissent. Peractisq; precibus ac exolutis supplicationibus, En Magister inquit, bene et optime per te mihi, animoq; meo labāti, sat factū est, cū responderes. Expecta dominū etc. Posthac aduersus collutationes hostiles, fortior, et cōstātior ero.

Padua.

Sicq; in sancto tyrocinio cōfirmatus, uale dicēs abscessit, Quū Paduæ cōcionaretur, diuino afflatus spiritu Germanus quidā parētibus suis unicus et carissimus, nobilis genere, mente cōcepit, uerbisq; expressit, se sanctæ conuersationis habitū uelle uestiri, et illecebras, ac carnis uoluptates dimittere, Forte minus caute, qđ deliberauerat, doctori, ac sociis reuelauerat, Quo factū ē, ut furiis agitati, ac diabolico spiritu, cogitauerint, tanq̄ rete cōcludere, cum forte minis terreri, ac precibus flecti nō posset. Obseruarūt, quo tēpore cubiculū ingrederetur, et scortū nobilissimū intromiserūt, plura promittentes dona, si adolescētis animū emolliret, Quid plura? Ex nō tyro

Fortis Athleta nūdū Tyro.

no, fortis Athleta, milesq; ueteranus factus, tādē prius se superato, et nefandissimā mulierē uicit, et artē sociorū prophanā. Nec multū immoratus, ad uirū dei currens, habitū sanctæ conuersationis accepit, Nec diu post præceptorem, qui antea ipsum auertere a sancto proposito conatus fuerat, ad secū deo militādū ꝑduxit. Pater uero audiēs filiū induisse religionis uestimēta, illico ueluti ꝑcussus telo pene defecit, Tādē reassumpto spiritu, multitudine satellitum stipatus animo indignabundo Italiam ingreditur, ut ubicunq; filiū inueniret, ui prædic. habitu exueret, uel occideret Iordanē, forte

Att. uim responsionis Ior.

primo (ita tulerat casus) uirum dei his furialibus exagitatus spiritibus offēdit, et uoce pene exhausta interrogauit dicēs, Vbi est ille Iordanes? (porro ignorabat, eū esse) Verū uir sanctus Christi ad iudæos data ꝓtulit responsa

dicens facie læta, uisuq; iucundo, sum ille Iordanes, Mox ut is ipsius uerba audiuit, ceu sancti uiri præsentiens uirtutem, ex equo desiliens, et ad eius prouolutus pedes totus lachrymis profusus, quod animo conceperat et ad perpetrandũ uenerat, detestabile facinus, cõfessus est. Tãdẽ postq̃ a lachrymis temperatũ est, Vir sancte, inquit, Ex hinc pro filii mei ad sanctissimã religionẽ euolatu, lætus recedo, qui amaro animo ueneram, Quare anteq̃ lares proprios repetã, Hierosolimã, pro sanctissimis nostræ redemptionis locis uisendis, hoc cum meo equitatu cõmigrabo. Quod et plene perfecit. Habuerat enim secũ equites cẽtũ, Iordanes uir dei aliquãdo Romã uisendi fratres gratia petiit. Igiť benedictione percepta, pro ordinis nostri more, sacrisq; peractis, quã Missam uocãt, ut ægrotos uisitaret, ingrediť infirmitoriũ, et uidit cõuersũ quedã (Cõuersos appellamus eos, qui litterarũ expertes sunt, uel si sciũt, sacris nõ initianť) in uincula cõiectũ, et interrogãs q̃d subesset causæ ut in uinculis teneretur, se aliquãdo mẽte captũ asserebat, tunc tamẽ, ob eius aduẽtũ cõualuisse, et plene sanitati restitutum. Vt erat bonæ mẽtis beatus pater, mẽdaci diabolo, citius ac debuerat aurẽ præbuit. Quãobrem solui iussit. Honorius uero pont. max. audito Iordanis aduentu romam, per nũtiũ iussit eum in meridie petere curiã, ut ad Clerũ faceret uerba. Annuit uir sanctus: Prandio deinde parato, cũ ad mẽsam uenisset, atq; discumberet, mãdat cõuersum nouiter e uinculis solutum ad se deduci. Sic enim composite, honesteq; se in oĩbus corã discũbẽtibus gessit, ut illũ plene liberatũ dixisses. Latebat mẽdaciorũ parens, ut capta opportunitate, id, quod post modũ egit, perpetraret. Pransis oĩbus, et deo gratiis redditis, obdormienti uiro dei, arrepto cultro tonsorio Cõuersus ille, guttur eius pene totũ incidit. Euigilãs uenerabilis pater, manũq; obiiciẽs, tres digitos pene amisit. Porro sanctũ uirũ is iugulare adnitebať, sed cũ manu obstãtẽ animaduertit, digitos truncare obiectos conatus ẽ. Sublato ingẽti clamore p̃ domũ, fratres accurrũt, indignitatẽ rei ignorãtes. Tãdem uisus est Iordanes fere semianimis iacẽs, cruore una cũ cubiculo conspersus, gutture rescisus, ac digitis pene trũcatus. Hinc fletus, hinc suspiria, hinc uoces in altum tolli exaudiũť. Omnes fere patres, præ nouitate ac indignitate rei, alienatæ mentis uidebanť. Ast præsidens domus silẽtio tegendũ facinus tam graue fore animaduertẽs, rogat patres, ut supprimerẽt uoces, ne malo malũ accumularetur. Verebať enim, ne si res cæteris innotesceret, scãdalo esset, priusq̃ ordo rei cognosceret. Igitur termino appropinquante, quo uir uenerãdus uerba in Curia facturus erat, præsidens dominus hanc prouinciã sibi sumpsit pro Iordane, Quũ enim pro suggesto, uerba facere cæpisset, illico in fletũ prorumpẽs ingentẽ uocẽ cũ eiulatu emisit, Demũ conticuit. Stupẽtibus, ac rẽ nouã admirantibus Cardinalibus et cæteris, qui aderant, quidã

[Margin: Roma. | Honorius pont. | O detestãdũ diaboli facinus.]

cardinalis præsidété seduces, causam tantæ nouitatis exquirit. Quod ubi ré intellexit, eũ introducit, ad Honoriũ pont. reiq; seriem iubet aperiri. Honorius uero exaudiés facinus detestãdũ, in fletũ et ipse ꝓrupit dicens. deus opt. Max. unde is bonus pater ista promeruit. Accedunt Chirurgici perspiciunt, uulnus pertractãt. Diuinũ potius q̃ humanum persuadent cum omni instantia precũ auxiliũ postulandũ. Tertia auté illucescente die, uir uenerãdus seruienti sibi tyrũculo nostræ religionis adolescéti, innuit, ut arã ad sacra peragenda latenter ponat. Quo stupescéte, domus præsidenté, de petitióe sancti uiri admonet. At præsidens stupore perculsus, Iordané adiit Quæritq; quid subsit causæ, ut ara ponatur, cũ in discrimine uitæ habeatur An potius deliret, uel isaniat, an uelit ab alio sacra fieri. Iordanes his auditis auersis oculis illi innuit, ut exeat, Quo parente, et expectãte rei exitũ, e grabato uir dei, pro ut ualuit, surgens induit se sacerdotalia uestimenta, ac sacra fecit. Prælibato sanctissimo Christi Corpore et sanguine, ex ablutione ultima calicis, uultum, manus, et guttur recisum perũxit, Quo factũ, est ut statim uulnera curata fuerint, pleneq; cósolidata, omnibus admirãtibꝰ, ut ea ipsa die, egregie ualideq; concionãs uerba faceret corã Honorio pont. ac Cardinalibus, totaq; Curia. Quãobré pont. cũ tota Curia, nimio post hac ꝑdicatoriã familiã dilexit amore, amplissimisq; diplomatibus ornauit. Peratis uero, quæ peragenda in urbe Roma erãt, profectioné paranté Pontifex ad secũ sumendũ cibũ subinuitauit. Quo dicto audiéte, in mensa in modũ lunæ corniculata, ambo prãsi sunt, præter cósuetudiné, Quippe nõ cósueuere pont. max. in eadé mensa, nisi Cardinales habere secũ, sed tanti uiri sanctimoniã ueritus, hoc egit. Quũ uero naturæ sat factũ est cibo potuq;, uale dicens Pont. prius benedictione accepta, iter cepit, Nec ultra passuum millia ea ipsa die sex peragere potuit, eo ꝙ intédentibus se tenebris, ultra progredi nõ ualuit. Verũ cũ hospitari uellent, ad domũ cuiusdã sacerdotis diuerterũt. A quo reiectus est cũ sociis. Nec ob hoc in nullo contristatus, apud quédam pauperé rusticum hospitatus est. Sicq; sine cibo ea nocte capere somnũ, ob rustici inopiã é coactus. Et ad socios læta facie cóuersus, Benedictus inqt ille sacerdos, qui nos reiecit, eo ꝙ mihi abstulit gloriã, qua hodie cũ sũmo põtifice orbis ad eãdé cósedi mésã. Quidã frater ĩ quodam cœnobio prope Bononiã, ex nimia rerũ altissimarũ meditatione (Porro sunt aliqui, qui se altiora quærere audét contra scripturæ monita) in tantã prolapsus est inscitiã, ut affirmaret Deũ haudquaq̃ esse, At ubi animaduertit ꝑsidens domus tantã fratris demétiã, Bononiã adiit, seriatimq̃ fratris temptationé, sancto uiro, Iordani aperuit, asserens nec posse animũ illius conuinci suasionibus, nec rationibus, aut scripturis, uel minis. Cui uir Dei ait, Prior (hos præsidentes Cœnobiorum priores uocamus) ipsum,

Miraculũ.

Iord. quanta uenerati one fuerit apud Honoriũ pont.

Att.

Att.

fratrem conuenias, illiq; me iubente dicas, ut is sic firmiter et æque bene credat, ut ego. Reuersus prior domum, fratri Iordanis mãdatum exposuit iussitq; illi fidem tenere. Vt uero uerbum uiri dei audiuit, ueluti ex graui somno euigilans, et a quadam rediens extasi ait. Certe uerum dixit uir dei Iordanes. Ego quidem optime credo deum esse. Statimq; ab omni tentatione ille resipuit. Clericus quidam Xantensis semel Iordani crimina sua cum lachrymis confitens, negabat se uitam celibem posse ducere, Cui pater, ex intimo cordis meditullio compatiens, plenus de deo fiducia tibi prædico inquit, q non amplius ab hac carnis incontinentia superaberis. Quod rei euẽtus optime confirmauit, pro ut is Clericus sæpe narrare consueuerat. Ex Lausana exiẽs, ut Antistitẽ urbis, qui incominus, forte animi laxandi gratia residebat, quem apprime diu dilexerat, uisitaret, præcedentibus pluribus fratribus, et eo cum æditiuo subsequente, et de his quæ faciũt ad salutem nostram colloquentibus, ecce Mustella corã fratribus pertransiens foramen ingressa est. Illis uero super foramen manentibus, curiositate deuicti, uisendi ac eam mulcendi, a superueniente patre interrogantur, quæ causa moræ, illis uero respondentibus, se uidisse animal pulcherrimum foramen ingressum, et se teneri maxima cupiditate illud uidendi. Pater uero ad foraminis os se inclinas, egredere inquit animal, egredere ut a nobis uideatis. Continuo egressa est Mustella, et subsistens in ore foraminis, fixo intuitu in eum respiciebat. Tunc uir dei cœpit eam manibus contrectare, et demulcere caput et dorsum. Demum dixit. Modo reuertere ad locum tuum, Et benedictus Deus Creator omnium. Statimq; animal in foramen se recepit. Fuerat is pater non solum pro nouis Tyronibus ordini nostro acquirendis solicitus, sed etiam in conseruandis discretus. Porro in eo refulserat quædam gratia specialis, ut nunq̃ sua incuria, aut negligẽtia, aliquem amiserit, ut cum Christo saluatore nostro dicere posset, Pater quos dedisti mihi, nõ perdidi ex eis queq̃. Vnde accidit Parrhisii, q qdam tyrũculus tẽptaretᷣ de exitu ordinis, quare dulcis pater, omni qua poterat, recreatione, fouebat. Cunq; ille nulla posset recreatiõe subleuari, ad seculum regredi omnino deliberans, uestimenta secularia sedulo reposcebat. Sed uiri dei iussu usq; in crastinum distulit. Forte dies crastinus fuerat Penthecostes, et conuentus generalis (quod capitulum generale uocant) habendus erat. supplicationibus habitis (quas uulgo pcessiones dicunt) a patribus in cuculla, sine palio, omnibusq; rite peractis, coram conuẽtu generali, tyrũculum aio labantem iussit acciri. Quo stante, dulciter, blandeq;, ac suppliciter suadere cœpit animi constantiam, et ut cognosceret se deludi ab hoste humani generis, ac seduci, nec dimittere tantorum uirorum societatem uel let, quibus tota fulgebat ecclesia. Verum illum obstinatum in sua opiniõe,

Artẽ. uim uerborum Iord.

Clericus ab incõtinentia liberatur.

Lausana Mustella

Mustella obedit uiro dei Ior.

Couentus Generalis quod Capitulũ ge. dicunt.

(cum nõ posset a suo proposito auerti) iussit in uestiariũ seccedere, ibiq; uestimenta secularia reassumere. Exeũte autẽ illo, ad patres inquit. Eia fratres prouocemus pro infœlici isto dei misericordiam, et positis genibus, Veni Creator spiritus legendo dicamus, Mira res. Nec dum hymnũ compleuere, et ecce misellus totus imbre lachrymarũ perfusus, ĩ medio patrũ se prostrauit, petens ueniam, et promittens ordinis perseuerantiã. Aguntur Deo gratiæ, patribus cũ tremore exultantibus de ab ipsa fauce tartari liberato. Is uero tyrũculus postmodũ tam in moribusq̃ in scientia sic profecit ut docuerit utiliter, gratioseq; concionatus multo tempore fuerit POMpas mundi et eius gloriã, uir dei aspernatus est, mallẽs apud se uilẽ esse, ut magnus foret in illa diuina ac cœlesti domo, q̃ magnũ et gloria fulgentẽ, et postmodũ humilẽ et depressũ post obitũ suũ. Honores aliquando sibi oblatos discrete et sapienter renuit. Vnde aliquãdo ueniẽs Bononiã, intelligens totã Ciuitatẽ agminatim sibi occurrere, ueluti ei, quẽ sanctũ uirũ esse autumabãt, concito gradu diuertens ab cepto itinere, girans ꝑ semitas, alia uia, ignorãte populo Vrbẽ ingressus ẽ. Quæ res nõ modice, eius ꝓ clarissimã famã aduxit. TOLERANTISSIMVS etiam fuit in aduersis, Porro aliquando a demoniaco fratre in Cœnobio Bononiensi uola in facie percussus, alterã illi maxillã exemplo Saluatoris præbuit. Igitur tantam humilitatẽ diabolus nõ ferẽs, mox inclinato capite ueluti cesus ipse, uerecũde abscessit, Quãdoq; a patribus Conuẽtus Generalis correctus (eos diffinitores nominant) et ei diceretur, ꝙ excusare si uellet se posset, humili uoce dicebat. Nũquid Latroni excusanti se creditur? Quo uerbo, multi edificati fuere. Aliquãdo in oculorũ ægrotationẽ incidit, qua captus est altero, Conuocatisq; fratribus in capitulum, Eia fratres inquit, agite deo gratias, eo ꝙ hostem unũ amiserim, sed et deum rogate, ut alterum si sibi placuerit mihiq; expediens fuerit, conseruare dignetur. Sic ab ĩterioribus distinebatur meditationibus, ut nõnũq̃, quæ exteriora erant haud aduerteret, Forte ita tulerat casus, ut quædam Matrona nobilitate prædita, uiri dei capta deuotione, multiiugis precibus, zona ab ipso donari se obtinuerit, qua cingebatur illiq; suam tradiderit, fibula ac pendulo argenteo ornatã, qua mox uir sanctus se cinxit. Post nõ multũ temporis, inter fratres sedens, animaduertens quidam ex astantibus patribus pendulum argenteũ, præhendẽs, En (ex ioco tamen) inquit Magister (tali nomine fere ab omnibus uocabatur) zonã argento ornatam defers? At Iordanes ueluti rem mirans inquit. Bone deus, quis argentum Zonæ apposuit? Profiteor me ante hac non aduertisse. MIRO quodam cordis affectu Beatissimam Mariam Cœli Reginam uelut optimam prædicatorũ ordinis patronã, colebat, quã fuerat expertus

Attẽ. quid egerit pro labãte tyrũculo

põpas asꝑnatus est mundi.

Honores sibi oblatos renuit.

Bonónia.

mira humilitas Iord.

Attẽ. sapiẽs responsum.

Captus altero oculo gratias agit deo.

ipſam ſui curam ſuſcepiſſe. Aliquando caute obſeruatus in templo ante aram uirginis a Bertholdo orãs, ſed oſcitatione proditus, atq; accitus a ſancto uiro, et interrogatus quid quæreret, et a Bertholdo reſpõſum nil aliud, niſi ut orãdi modũ ab ipſo ad beatiſſ. uirginem ſpecularetur, Magiſter uero precibus ipſius ductus, uoti compotẽ reddere cupiens, Sic fili ante miſericordiæ parentẽ preces porrigo. In hoc Mariæ noĩe, quinq; cõtinentur elementa, cui pſalmũ ſingulo uel Canticũ adiungo, ex quo quinq; conficio orationes, cum ſalutatione angelica, hoc modo, Præmitto Hymnum Aue maris ſtella, pro primo elemẽto, quod eſt. M. Magnificat etc. pro ſecundo A. Ad te leuaui oculos meos etc. Retribue pro. R. et. I. In conuertendo, et Ad te leuaui pro ultimo. A. addita genuflexione pro quolibet pſalmo. Et narrauit exemplũ, ut cõiici poſſet, q̃ utile ſit ipſam beatiſſ. matrem laudare. Frater quidã ante lectulũ ſuũ ſtans orabat, et uidit beatiſſ. uirginẽ quibuſdam comitatã puellis, per dormitoriũ eũtẽ, et fratres ac eorũ aſpergentẽ cubicula, una puellarum aquam benedictam deferrente, Verum dum ſic procederet, pertranſiit ante fratris cuiuſdam cubiculum, quod nõ aſperſit, At qui hoc uiderat, prouolutus ad pedes ſanctiſſimæ Matris, eam ſuppliciter rogabat, ut quæ nam eſſet diceret, et cur ab aſperſione illius cubiculi abſtinuerit, Cui illa, Sum inquit dei mater. Et ueni hos uiſitare fratres, Illũ non aſperſi, quia non eſt paratus. Igitur illi dicito, ut ſe præparet. Apprime ordinem iſtum tuum diligo, eo ꝙ omnia officia, quæ deo per uos redduntur, a laudibus meis incipiuntur, in hiſq; terminãtur. Quapropter obtinui a filio meo, ut nemo fratrum tuorum diu cum Mortalis labe criminis, iſto in tuo ordine commorari poſſit, quin illum aut cito pœniteat, aut extra proiiciatur, ne tam inſignem fœdet ordinem. In nocte Circunciſionis domini noſtri Ieſu Chriſti, dũ ꝓ more, in Matutinis nonam legeret lectionem, uiſum eſt cuidam fratri parumper obdormienti ſiſtere ſuper ſuggeſtum Matrona ingens, corona capite ornato, inſigni amicta palio, in ipſum uenerandũ patrem intendens, et lecta lectione, de manu ipſius accipiens librũ, Quo accepto, ante ipſum per gradus cœpit maturæ incedere, hinc inde aſſiſtentibus cœleſtis Curiæ Ciuibus, quos inter, unus aliquãtulũ caluus præſtantior cæteris præcedebat ſcipionẽ tenens, ueluti uiã, inter multitudinẽ præparans, ante ipſã uenerandã Matronã. Frater, qui hæc uiderat Matronã illã Mariã cœli Reginã autumauit, illũ cæteris præcedentẽ uirũ uel diuũ Paulũ apoſtolũ, uel parentẽ Dominicũ, qui ad extremũ uitæ ſuæ aliquãtulum caluus fuerat. Frater uero ad uenerãdum patrẽ Iord. accedẽs rem detulit, quam uiderat. Porro uir ſanctus ad eius uerba ſubridens, nihil proloquutus eſt, Retulit aliquãdo pater Iordães in cõuentu fratrũ, quod Capitulũ dicunt, ut puto a capitibus ibi ĩ unum coadunatis, de quodam

Bertholdus.

Atẽ.

Modũ orãdi Iord. ad beatã uirginem.

aqua benedicta fratres a Beata uir. aſperguntur.

Atẽ.

Singulare priuilegiũ obtẽtũ a. b uir. ꝓ ord. prædicato.

Viſio.

fratre (licet patres de se loquentẽ ipsum putarent) qui in Cœnobio Parrhysiensi existens in festo purificationis B. uirginis Mariæ, dũ in nocte ad Matutinas Inuitatoriũ a patribus inciperetur, Ecce uenit etc. uiderat sanctiss. Matrẽ procedentẽ cum filiolo ad maiorẽ aram: quod altare maius uulgo dicitur: supra quã paratus thronus erat, quo resedit cum filio, in fratres dulciter, ad arã pro more conuersos intuens: Cũ uero ad Gloria patri et filio etc. fratres inclinarent, ipsa filii dextera appræhẽsa eos cum toto choro signauit. Nobilis Quædã et elegantis formæ puella, a patre sub patrui custodia relicta, dũ ab eo tutelã speraret, in corruptelã incidit. Porro uir improbus bis ipsam grauidã fecit, et eo suadente, misella aborsũ procurauit. Et tertio dum nõ audet patruo resistere, prægnans facta est. Igitur misella inse reuersa, opus nefandũ detestans, cũ nulli facinus manifestare auderet, se ferro occidere adnixa est. Porro gladiũ defixit in uentrẽ, tam ualide, ut ipsũ proscinderet. Nõ tamẽ mox uita, ut uolebat excessit. Diri igit̃ uulneris sauciata, a dei misericordia uisitatur. Cœpit crimẽ tam enorme miro cordis dolore detestari, et ad pietatis matrẽ cõuersa, lachrymis, supplicic͡q; uoce orabat, ut solita benignitate sibi occurreret, ne saltem anima cũ corpore periret. Mox benignissima misericordiæ parens ei astans, et corporis cõferrens sanitatẽ, iussit ut se totam Iordanis consiliis, qui paulopost uenturus erat, subiiceret. Id quod ipsa deuotissime expleuit. Quippe sancto uiro suadente, ordinẽ Cistertiensẽ ingressa est, atq; usq; in finẽ, in sancto proposito perseuerauit. TEMPTAVIT eũ hostis antiquus aliquando Parrhysii ægrotãtẽ sub mira sanctitatis fraude. Porro accessit ad ianuã ædiũ speciẽ uiri probi præseferrens, efflagitãs se ad uirũ dei Iordanẽ deduci. Voti igitur factus compos, post datã redditãq; salutem, iussit inde cæteros abire, ueluti cum eo loquuturus scemotis arbitris, ingentis ponderis archanum. Quo nomine, Magister inquit, es tam insignis ordinis caput, Ex te enim omniũ ora pendent, esq; uti constitutus in specula, Quare ut simulachrum omnium uirtutum, abstinentiarũ, cerimoniarũq; te exhibeas, necesse est, Quod si a te aliquid magni uel minimi momenti, contra religionis feruiorem, uel relaxationis uestigiũ exierit, cum suapte natura ingenia humana prona sint ad declinãdũ, tu ex inde pœnas lues, iussu iusti iudicis, ex eo q̃ dimiseris semina dissolutionũ, et turbationis materiam. Aegrotas enim, sed nõ adeo grauis, quin a plumis, et a carnibus possis abstinere. Quod si imposterum non concedetur huiusmodi usura talium rerum alicui magis uel æque ægrotãti, oriẽtur musitationes, turbationes, et p̃sumptuosa iudicia. Vnde te, quantis possum precibus, rogo, ut sicut hactenus bene, recteq; uiuẽdi, et religionis normam fuisti in cæteris, sicq; et in istis te præbeas. In hũc modum uerba sua uersipellis hostis fucans, uale dicens, ceu psalmos ruminando submisse, recessit. Vir dei, ut pote uir simplex, uerbis hostis

benedicũt fratres a Christo.

O destandũ facinus

Malũ malo adiũgit̃

Att. pietatẽ beatiss. uirginis Mariæ

Att. Verba diaboli ad Ior accurrata ut ipsũ falleret.

O impudice canis q̃ bene uerba acccomodas.

antiqui fidem præſtans, pluribus diebus ab his abſtinuit. Qua propter ad tantã corporis uiriũ imbecillitatẽ deuenit, ut pene deficeret. Nec paſſus eſt, Deus colluctatoris aſtutiã latere, nec ſancti uiri ſimplicitatẽ deludi, Quare reuelauit, diabolũ illũ fuiſſe, eius ſanctiſſimis concionibus inuidentẽ, et ſanctiſſimis moribus, qui hæc ſuaſerat; Sicq; in domino cõfortatus, quæ uidebantur neceſſaria cũ gratiarum actione ſuſcipiebat, Quũ in pedemontiũ aliquãdo uir ſanctus deueniſſet, diutino iteneris labore defatigatus, acutiſſimis fabribus captus ẽ. Diabolus uero nõ ferens ſancti uiri opera inſignia callide illi ẽ inſidiatus. Exaudiẽs urbis, qua ægrotabat, Antiſtes tanti patris aduẽtũ, hoſpitio eũ recepit, et in cubiculũ induxit, ac ꝓprio cubili locauit, ſe ratus fœlicem ſi tantũ hoſpitẽ apud ſe haberet. Forte cũ uenerãdus pater erat quidã Cœnobii cuiuſdã præſidẽs (quẽ priorẽ appellant) ordinis noſtri. uir diſcretus, ſolers, prouidus, litteris callẽs, et moribus compoſitus, qui aliquando medicinæ operã dederat, Is igiť Iordanis patris animũ haud ignorans, et ſciens eũ in ægrotatione ſibi ipſi ridigiſſimum, dixit. Pater oportet ægrotũ in omnibus medico ſe ſubiicere, ſi priſtinã nanciſci cupiat ſoſpitatem. Quapropter, licet ſis noſtræ religionis præfectus et caput, ægrotus præfecturæ autoritatẽ dimittas, mihiq; te ſubdas, et obedias, neceſſe eſt. Quod ſi feceris, haud uereor, quin in breui icolumis hinc exeas. Annuit uenerandus pater humiliter. Præter ergo cõſuetudinẽ ordinis noſtri, ſuper plumas ægroto q̃eſcẽti (ſic.n. Prior prudẽs iuſſerat) nocte diabolus formã ꝓſeferens angelicã apparuit dicens: ueluti admirabũdus. Eſt ne hic Iordanes? fama, et opinione apud omnes tam præclarus? præfectus, et pater tã inſignis prædicatorũ ordinis? Eſſem anceps, ni antehac te diu nouiſſem. O q̃ uilis, et impudens factus es, qui quaſi unus ex dominis orbis terræ, in ſtrato plumeo, et ſericis ornato, quieſcis. O infœlix quale ordini tuo, ac fratribus exemplũ præbes? Sed nõ ẽ tui deus in finẽ oblitus, qui ad te corrigẽdum, me miſit. Surge igitur e grabato, terræq; protinus ſupplex inhæreas. Statimq; diabolo euaneſcẽte, perterritus Iordanes, in terrã corruit, et ſic iacẽs, poſtq̃ illuxit, a priore et fratribus inuenitur. Quẽ prior ſe uere corripiẽs, coegit ex merito obediẽtiæ, in ſtrato ꝑparato decũbere. Sequẽti nocte iterũ diabolus priſtina forma aſſũpta, aſtitit, et durius q̃ antea redarguit, uelut ſibi inobediẽtẽ, moxq; ipm̃ i ſolũ deſilire ꝑcepit, Quẽ cũ mane eius diei prior iterato ſup ſolũ iacere cõſpexiſſet, apprime idignatus, dixit. Miror tuã ſimplicitatẽ ne dicã iſcitiã, q nõ ſolũ i corporis, ſed et aíæ præiudiciũ, cõtra obediẽtiam, hoc facere præſumpſeris. Ego enim deũ cœli terræq; dominum teſtor, ꝙ noluiſſem, pro toto terrarũ orbe, ſic grauiter cõtra deũ, et ordinẽ deliquiſſe Et hæc dicẽs i fletũ maximũ prorupit. Qđ cernẽs uenerabilis pater et ipſe lachrymans procidit ad pedes eius, narrans ei uiſiones, ſed magis illuſiones,

Atť. Diaboli calliditatẽ ut deciperet Iorda.

Trãſfigurat ſe diabolus i angelũ lucis.

et qualiter, ut cõicere poterat, Diabolum illũ fuisse, qui fuerat in angelũ lucis transfiguratus, Prior uero captus admiratione, ac quadã cõmiseratione illius, aliquãtulum lenitus, iussit ipsum stratũ ascẽdere, Ex hoc enim tã tã mẽbrorũ imbecillitatẽ cõtraxerat, sicq; humores indurati fuerãt, ut uix spiritũ ad quiescendũ haberet. Tertia nocte diabolus, ut prioribus affuit. Quẽ ut cõspexit uir sanctus (iam in increpationes proruperat) ait. O nequissime generis humani hostis, O ĩpudice canis, O ĩmũdã bellua, Quo mõ meã ausus es simplicitatẽ deludere? ceu zelũ qualecũq; erga ordinem præterferẽs? Et ego qdẽ, nisi hoc oĩpotẽti dei dispẽsatio permisisset, sapiẽtius aduertissem, ꝙ multo melior ẽ obediẽtia, q̃ stultorũ uictimæ. Et ĩ eius faciẽ expuẽs, eũ fugauit. Post paucos aũt dies cõualescẽs, iter cæptũ ꝑfecit.

Tertia nocte Ior. diabolus apparuit

Bisunciũ.

Quodã uero tẽpore cõtigit ipsũ Bisuncii graui præmi ægrotatione, Forte enim iter tunc faciebat, et cũ ædes illic nostri nõ haberẽt, oportuit eũ ad tabernã meritoriã diuertere. Igitur aliquãdo exestuãti maximo ui febriũ, affuit adolescens mappam candidã ad ceruicẽ pendentẽ habens, altera manu uini uas ferens, altera uero argẽteã craterẽ, et obtulit uiro sancto dicẽs. Magister ecce tibi potũ porto suauissimũ, Quo secure bibas, quia ĩ nullo te lædet. At uenerãdus pater rẽ suspectã habens, et iam in dolis antiq hostis expertus, signo se sanctissimæ Crucis cõmuniuit, ac mox diabolus euanuit.

Diabolus calicẽ uini obtulit ior

Ipsũ ægrotantẽ, uisa hominis modestia, et sanctimonia, Antistes urbis, cũ tota Ciuitate miro amore cõplexus est. Quare petiit, et multiiugis precibus a patre Iordane obtinuit illic cœnobiũ cõstrui, quod ꝑdicatorii patres incolerent. Aliquãdo diabolus cũ eo fœdus inire cupiens, ꝑ os obsessi dixit Magister tibi polliceor me nũq̃ fratribꝫ tuis illaturũ molestiã neq; aĩ neq; corporis dũ modo a Cõcionibus abstineas. His enim ex omni loco me expellis. Ad quẽ uir sanctus, Absit inquit ꝙ fœdus ineã cũ morte, et pactũ faciã cũ ĩferno, Fuerat aliquãdo Bononiæ quidã ex fratribus a demone obsessus, tantæ fortitudinis, ꝙ sæpe funes et uincula, quibus ligatus erat, ueluti texentiũ fila rumperet, Qui quot quot fratres offenderet lædebat. Accidit ut Iordanes semel ad cubiculũ miseri obsessi diuerteret, quã robustissimis funibus ligatũ super stratũ tenebant, et uiso illo diabolus dixit ad eum, o si modo mihi daretur facultas te totũ conciderẽ in frustra. Quo audito, iussit eũ uenerabilis pater solui dicẽs. Agedũ, me si ualueris laniato. Porro solutus, immobilis permãsit. Iterum ad uirũ dei. O si inter dẽtes tenerẽ nares tuas? At ille in os eius, nares imposuit. Sed is ueluti uires amisisset, lambere illũ leui tactu cœpit. Aliis modis, ut sanctũ uirũ deciperet, et iis quidẽ pluribus usus ẽ. Porro quãdoq; contigit uirũ uenerãdũ supuenire, cũ iniquus hostis: de quo uerba fecimus: fratres cæteros grauibus iniuriis, et contumeliosis uerbis afficeret, sed uiso sancto uiro, assurgẽs oĩ cũ honore, cœpit eius

Diabolus fœdus inire cũ Ior. petit.

Absit ut fœdus ineã cũ morte et pactũ faciã cũ ĩferno

ꝑ os obsessi diabolus loqt̃ Ior.

Verba diaboli ut Eblãdiat̃ ior

Conciones approbare, et ei eblandiri, pro eius sanctissimis moribus, religionisq; feruore, ut eiusmodi laudibus, in gloriã uanã impingeret. At uero nõ ignorans uir dei uersutias, sutelas, ac eius uafricias, sua humilitate confudit. Nec his cõtetus, alio eum aggressus est modo. Quippe in cœnobio bononiensi, tãto illũ odore profudit, ut celaret manus, ne aliis redolerent, uerius eam, de qua nundum sibi conscius erat, prodere sanctitatem. Si ad sacra peragenda: quam missam uocant: calicem deferret, tanta ex ipso suauitas odoris exibat, ut totus populus, immensa dulcedine tactus, obstupesceret. Sed nõ ẽ passus ueritatis spiritus uafri diu durare fallacias. Nam aliquando uolens ad sacra puluinaria sacra facturus accedere, totoq; corde diceret illud Dauidis uatiis egregii Eulogiũ, Iudica domine nocẽtes me et expugna impugnãtes me etc. et ad illũ uersiculũ deuenisset, Oĩa ossa mea dicent, Domine quis similis tibi, tanta dulcedine perfusus est, ut sensim ei uiderentur omniũ ossiũ medullæ dei spiritu irrigari. Mox uero deũ precibus rogauit, ut si diabolicis prædictus odor fraudibus ageretur, sua benignitate ostẽderet. Illico dei nutu animaduertit hoc antiqui hostis fuisse figmentũ ut eũ daret præcipitẽ, per gloriã inanem. Aliquando ad Generalẽ Conuentum Parrhysii celebrãdum. pluriũ fratrum septus multitudine, pergens, circa horam cibi sumendi, fratres iussit hinc inde cibum hostiatim per uillas exquirere certum locum iuxta quendam fontem designans, quo conuenirent. Igitur fratres iussa patris diligenter perficientes, tandẽ ad locum destinatũ. ubi uenerandus pater cõsedebat, cum pane modico deuenere: uix enim tantũ panis detulerant, satisfacturũ uiris quattuor, Erat aũt cum patre Iordane fratrũ maxima caterua. Viso igitur pane modico, et eo quidẽ grossissimo hilari facie et spiritu, in laudes amplissimas, saluatoris uoce ingenti prorupit, cæteros ad se sequẽdũ adhortans. Exaudiens quædã mulier cantantium uoces, nouitate rei capta, currens ad locum, uidẽsq; illos, cœpit arguere dictitãs se plurimum mirari ꝙ tali hora præcinerent ueluti insani, cum sacris initiati essent, et toga induti religionis. Forte paulo ante, orto sole hæc fiebant a patribus. (Porro ante solis exortum diu in itinere laborauerant, ꝙ ea hora eis peroportuna uisa est ꝓ sumẽdo cibo) sed mulier cognita causa, proper quam, hoc fieret, uidelicet propter uictus penuriam, quam patiebantur pro Christi Iesu amore, illico domum se referẽs, panes, uinum, et caseum in maxima copia, ad illos detulit, nil aliud efflagitãs, nisi se eorum precum participem fieri. Matrona Gallica, uisis fratrum prædicatorũ honestissimis moribus, ægreferente uiro suo, ipsis hospitiũ præbebat. Quippe ibi fratres nũdũ ædes extruxerãt: Forte aliquando uero dei Iordani hospiti ad se diuertẽti, prãdiũ apposuerat, eiusq; sociis, Et ecce prãdẽtibꝰ illis, uir eius supuenit, quo uiso, irã dissimulãs (porro ĩ eã plurimũ excã

nouo quodã mõ diabolus Ior. aggredit.

Att. Ior. lætitiã cũ. patitur ꝓ Christo

Matrona Gallica.

duerat) cũ sancto uiro consedit pariterqȝ sumere cibum cœpit. Dũ uero uinũ appositũ libauit, mancipio uoce ingẽti iussit, ut alterius dolii uinũ hauriret, ceu dignius, decẽtiusqȝ, licet deterius, et pene corruptũ. Nempe uenerãda Matrona optimũ obtulerat, ex quo doluerat iste plurimum. Sic iusserat corruptũ corã afferre, ut uxorẽ molestia afficeret. Delatũ per mancipiũ uinũ (pro ut iusserat) primus omniũ gustat, et quod pene marcidũ nouerat, optimũ prælibat. Igitur se a seruo deceptũ ratus, truci facie, minaciqȝ uoce, iterũ iubet ex illo certo dolio uinũ afferri. Iterũ ex uino allato, prælibat, et optimũ inuenit, et ĩ increpatiões prorumpẽs, seruũqȝ abire in malã rẽ malumqȝ cruciatũ iubens, ipse furiis inuectus surgẽs, accessit ad doliũ, uinum

Att. uinũ pene marcidũ ĩ optimum mutatum

hausit, gustauitqȝ. Quo hausto id optimũ, et gustui gratissimũ sic inuenit ut melius forte iam multo tempore nõ gustasset. Qua re, perterritus, pene factus elinguis, quid ultra diceret, nõ habebat. Simulac in tantã ꝓdicatorũ patrũ admirationẽ deuenit, ut eos apprime diligeret, obseruaretqȝ. Et deinceps uxorẽ alacri animo libere oĩbus iis, et hospitiũ, et cibum subministrare permisit.

Mulier araneã glutit.

MVLIER pudicitiæ suæ nihil uel parũ cõsulẽs, sæpius se prostituit. Sed aliquãdo in se reuersa, diabolico suasu, cum multoties propositum abstinẽtiæ præfregisset: ut se ueneno interimeret: deliberauerat. Igitur

Maria uirgo miserorũ solatiũ occurrit mulieri moriẽti.

captata opportunitate, araneã ingentẽ deglutiuit. Morti itaqȝ appropinquans (forte haud q̃q̃ huiusmodi antehac fuerat experta dolorem) calamitatem utrãqȝ, uidelicet animæ corporisqȝ, q̃ totius probandam mente agitans, Cœli reginam supplicibus lamẽtis, supplicibusqȝ lachrymis rogabat, ne se in tanta calimitate desereret, sed potius opẽ sibi ferret. At Regina cœli Maria uirgo, miserorũ dulce refrigeriũ, tutamen, et portus naufragantiũ uoces misellæ exaudiuit. Et ecce uocẽ audiuit illa dicentẽ.

Ad Iorda. mittitur mulier.

Ad Iordanẽ ord. prædic. Generalem Magistrũ in proximo uẽturũ, propera. Ipsumqȝ interpella. Illiqȝ dicito, te a me missam. Et crimina abs te cõmissa coram eo fatere, et salua eris. Propere igitur iussa perficiens (forte utroqȝ dolore impulsa) sanctũqȝ uirũ adiens, probra confessa est. Nec exinde dimota est, donec

Pristinæ ualitudini mulier restituit.

cũ criminũ uomitu simul et araneã, et uenenũ euomuit. Deo, Genitriciqȝ sanctæ eius gratias agens, pristinæ sanitati reddita est.

Layci qui et cõuersi.

INTERROGATUS aliquando a fratre layco (huiusmodi enim uiros toga nostræ religionis indutos, qui sacris non iniciantur, ut supra dixi, atra cuculla utentes scapulare uulgo dicto, Conuersos appellamus, et a priscis patribus layci nũcupati) si ea ui eaqȝ uirtute forent deprecationes præditæ, prolatæ per earum uigorem expertes, uti per eos, qui ea, quæ proferunt, apprime intelligunt, uimqȝ earum sciunt, pro ut Clerici, eos Clericos nominamus, qui ad sacra peragenda, admittuntur, respondit.

Att. responsa ꝑ opportuna Iordanis.

Tanta uirtute, tantoqȝ precio dignus est preciosus lapillus in manu uirtutem ac ipsius preciositatem ignorãtis,

quanta in manu non ignorantis, sed optime cognoscentis. Accessit aliquã do ad Federicum Imperatorem, uisendi eum gratia, Apprime Federicus ui rum dei diligebat, colebat, uenerabaturq;. Data redditaq; salute, tandem cũ sedere ambo. Verum post multa uerba familiarissima, diu conticuere. At Iordanes facto silentio, ad Cæsarẽ dixit, plurimum Cæsar miratus sum, ꝙ abs te minime de his quæ dicunt̃ per diuersas prouincias fuerim interroga tus, cum scias nos continue per omnem fere Christianitatem diuagari, et qui rumores exaudiunt̃, quæ de te fama percurrat. Respondente Cæsare se habere cursores, ueredarios, nuntiosq; per orbẽ terrarũ, et in Curiis princi pum, ex quibus cognoscere, ĩtelligere, ac omnia, quæ fiunt adamussim sci re, dixit Iordanes, Christus orbis terrarum dominus, licet omnia adbuc in humanis agens sciret, tamẽ a discipulis de se quærebat dicens, Quẽ dicunt homines esse filium dei? tu quidem Imperator homo es, et multa, quæ de te dicunt ignoras. Quarũ scientia tibi, Imperioq; tuo plurimum conduceret. Fertur enim per prouincias, ꝙ bona Ecclesiarum ueluti tua temerarie exi gis, cum sint sacris initiatorum et pauperum, Contrectas, ac pro libito ex ponis, Iustus ac rectas sententias contemnis, procuras auguria, Iudæis, ac Sa racinis plurimum faues, optima tuorũ cõsiliariorũ aspernaris consilia, Põ tificẽ Max Christi uicariũ, Petri Apostoli legitimũ successorẽ, totius Rei publicæ Christiane moderatorem omniũq; nostri parentẽ, tibi ac omnibꝰ principibus in spiritualibus etc. præsidentem contemnis, Hæc certe Cæsar plurimũ de tua dignitate detrahunt. sicq; eum in multis familiariter corri piens, uale dicens æque carus ut antea Cæsari, inde abiit. Quæsiuit ab eo q̃ dam, quem Canonem quasue institutiones obseruaret, Prædicatorum sã ctiones respondit. Quæ huiusmodi sunt. Honeste uiuere, discere, et docere Quæ tria efflagitabat Dauid a domino dicens. Bonitatẽ, et disciplinam, et scientiam doce me. A quodam scholastico interrogatus quid subesset cau sæ, ꝙ ex quo prædicatorũ, et Minoritatum ordines per orbẽ discurrere oc ceperant, nõ sic læte, et alacriter uisi sunt homines inter se conuersari, ut an tea, Hoc se negare posse dixit, et oppositum uideri et esse, tamen uolens sat facere illi, sic respondit, Postq̃ nos in mundo uenimus, homines docuimus acta sua perpere facta cognoscere, et alia multa, quæ ignorabant, Quæ ut cognouere, nec ab illis abstinere uolentes, cõscii de propriis reatibus, et gra uius peccant, grauiusq; punientur. Grauius est enim crimen, quod ex certa scientia cõmittitur, q̃ ex ignorantia. Deus uero malitiam hominũ uidens et in peccatis illos perstare, ut antea, seuerius punit, et deinceps immittit in ipsos, pestilentiã, terremotus, ãnonæ, uini, ac cæterarũ rerum, quæ homini sunt usui et solatio, caritate punit. Huic adstipulante uatis eulogio, Posuit terrã fructiferã ĩ salsuginẽ, a malitia hominũ habitãtiũ ĩ terra. Iusteq; his

Quã facete corripit. Federicũ Iord.

prædi. ord sanctiones tris.

Att. grauius delinquentes Grauius puniũtur.

Att. Totum.

oībus, cæterisq; angustiis hoīes excrutiat plus retroactis tpībus eo φ magis delinquūt. Cæterū uobis dico, nisi ī melius mores uestros reformaueritis, ex quo noscitis uiā, qua pmeare debeatis, auspitio Prædicatorū, ac Minorū tatū patrū, et a qua declinare, imposterū seuerius, duriusq; puniemini, ipso dño ī Euangelio attestāte cū dicit, seruus sciens uolūtatē domini sui, et nō faciens, plagis uapulabit multis. EA tempestate, qua uenerandus uir Ioānes uicētinus, uita, doctrina, et sāctitate cōspicuus, Bononiæ Cōcionans, ī melius q; hominū mores reformauit (pro ut ī eius uita dicemus) timētes Ciues nostri Bonon. tāto patre orbari, cōmuni uoto aliquos uiros doctrina claros, Parthysiū ad Cōuētū generalē, seu Capitulū (ut ipsi uocāt) ord. nostri legatos miserūt ut efficerēt, ne tātus uir a Bononiensi Ciuitate auferet̄ corā plurimas adducētes ratiōes, quas ītra, hāc protulere, Totā fuisse ciuitatē uerbis eius ī melius reformatā, et iā iactū semē fructicari, ī breui coalescēdū, ut ī optimā frugē euasurū sit, Q d̄ si mō Ioānes abiret, fortassis omnē segetē arefieri, nōdū bene firmatā, Quare rogabāt patres, ut Ciuitati Bononiensi morē gererēt. Quibus p Iordanē respōsū ē, fere ī huiuscemōi uerba, prius tamē collaudata Ciuitatis beniuolētia, et deuotiōe. Oratores egregii, causa quā corā protulistis suadens ut āmoueri pater Ioānes, a uestra Ciuitate nō debeat, nō cogit nos, uotis uestris facere satis, porro uos scitis agros serētes, iactis seminibus ī agro, ex īde abire, nec ibidē pmanere, ut uideāt, quō semē producat, quoue modo coalescat, fructumq; proferat, sed iactis in uno loco seminibus, relicto illo, ad alium serendum uadunt, Inscitia illum argueremus, qui iactis seminibus, in agrum comportaret stratum, ut incrementum uel decrementum frugum obseruaret. Ioannes iecit in uestra Ciuitate semen, oportet ut uadat in aliam, ad id faciendum, iuxta monita Saluatoris dicentis, Quia et in aliis Ciuitatibus oportet me prædicare uerbum dei. Veruntamen cognita uestræ ciuitatis ad ordinem nostrum dilectione, ne uideamur tantorum precesCiuium aspernari, colloquio inter nos habito, adnitemur uestris sat facere petitionibus. Accidit ut pius pater tunicam dono daret cuidam petenti egenum ac debilem se simulanti, Qua is accepta, ad, tabernam meritoriam diuertens, eam uendidit, et in æpulis precium consumpsit, frater quidam hoc uidens, Iordani dixit. Ecce pater, cui uestē tribuisti, iam is in taberna meritoria eam liguriuit. Ad quem uenerandus pater, Mallo me amisisse inquit tunicam q̄ pietatē. Quod enim egi, id pietas suasit, putans eum illa indigere, cum crediderim illum inopem, et ægrotum. Quapp eius inopiæ, et miseriæ occurrere uolebā. INSTITuerat. aliquando Gregorius pontifex maximus quorumdam Monasteriorū fratres aliquot nostri ord. Censores. Qui accepta auctoritate Censoria non seruatis iurium ordinibus, licet id iuste fecerint, sententiam mox protulere

Ioānes uicētinus.

Bononia.

legati Bo. missi parthys. ad capitulū gen pro Io. uicen.

Atř. Iord. resp. ad legatos Bonon.

Mallo me amisisse tunicā q̄ pie

Gregorius pont. max

et quosdam Abbates suis officiis ac dignitatibus priuauere, Quod cum intellexisset pont. cum Cardinalibus indignati, eo q secundum iuris ordinē processum (ut diximus) non fuerat, rescindere latā per fratres sententiā constituerant. Rebus hoc modo pendentibus, forte superuenit Iordanes, Et ei facultate loquēdi data, sic facete dixit. pater sancte mihi hoc saepe accidit q dū uellē ad aliqđ Cisterciēsis ordinis Monasteriū declinare, animaduertēs cū sotiis cōsuetā uiā in longū protrahi, per tramites, inter prata iter faciens, citius perueni, pertesus prioris uiae longitudinē, prae oculis Monasteriū uidēs. Verū si tunc ianitor me interrogaret, qua uenissē uia, et intelligeret per tramites, nonne seuerior uideret, si remitteret nos ad consuetā uiā, ut per eā ueniremus nolens nos aliter Monasteriū introducere? sic igit pater sancte licet per iuris uiā fratres nō incesserint, quae forte illis nimis longa uidebatur, ad istorū Abbatū depositionē, cū deponi fuerint digni pro ut uestra sanctitas de facili dignoscere poterit, sustineatis rogo, quod factū est licet per quācūq; uiam, eo deuētū fuerit. Nonnūq causam reddebat, quare citius scholastici philosophiae iseruiētes, ad sāctissimā religionē aduolarent q Theologi, et Iuristae. Dicebat enim, facilius bono rustici inebriant uino ueluti insueti, qui aquam libare solēt, q nobiles, qui uina optima, et fortia nō timent, eo q in usu habeāt, Philosophi quidem tota ebdomada, Aristotelis et aliorum Philosophorum aquā epotant unde cū i diei dominicae sermone, uel festi, Christi Iesu uerba, et seruorum eius dulcia, et uehemētia hauriūt, mox inebriati mero sancti spiritus, capiuntur, Et nō tantū sua, sed et se ipsos Deo elargiūtur. Isti uero Theologi. saepe huiusmodi uerba audierunt, et ideo eis sicut rustico, et aedituo contigit, qui ex assiduo ante dei arā transitu, irreuerēter se habet, et ad illā nonnunq terga uertit, caeteris reuerēter inclinātibus. ALIQVANDO in Conuētu Generali, seu Capitulo: ut dicūt: faciundo, haud leuiter aegrotans, cū pro more, in festo Penthecostes ad fratres uerba facere nō posset, tādē rogatus, capitulū igressus, dixit. Hac ebdomada Patres crebro dicemus, Repleti sūt oēs spiritu sancto, Nō ignoratis, q si uas oppleri aliqua recenti re debeat, oportet, id euacuatū reddi quo antea erat oppletum, sancti igitur Apostoli repleti sunt a sancto spiritu, quia euacuati erant a spiritu sancto, Et hoc etiam in psalmo cantamus Auferes spiritū eorū et deficiēt a se scilicet, ut proficiant in te, et in puluerē suum reuertentur, Et sic emitte spiritu tuum et creabuntur etc. quasi diceret Dauid, si tua gratia, uoluntatem propriam et singularem, ac priuatum a se euacauerint amorem, tuo replebuntur sancto spiritu. Quo uerbo fratres apprime aedificati recessere. SEMEL fratres admonens, ut a leuitatibus abstinerēt, dixit. Mihi et aliis psidentibus, sicut opilioni, accidit, qui magis unius hirci custodia affligitur, q centum ouium, sic unus insolens, magis

Att. optimā similitudinē

Quare citius phi q iuristae et theologi ad religionē accedant.

Att. Verba Ior in capitulo Gener.

Att. pulchram similitudinē bonorū religiosorū et isolētiū.

præsidentem grauat, et domū exturbat, q̄ alii centū fratres, qui oues sunt quæ pastorē sequuntur, Porro sibilū eius noscunt, nec eū relinquunt, sed si mul uadūt, sistūt, accubāt, comedūt, bibūt capite inclinato, herbas legūt ĩ omnibus fructuosæ ĩ paucis tædiosæ, sed nōnulli ut hirci, turbantes pasto/ rē et gregē, discurrunt, perstrepūt, in sotios capita impingunt, et alte saliūt uiā nō retinent, aliorū sata lædunt, neq; uirga opilionis, neq; clamore arcē tur, Et ad ultimū breuē caudā, idest artā patientiā habent, et ideo quādoq; fœda sua ostēdunt. Pro deo fratres amātissimi, fugite huiusmodi hircinos mores, et estote oues dei, Itē ut ab ociosis cauerent, semel admonens fratres ait. Videtis fratres, q̄ in pceptibiliter quātūcūq; in psalmodia alte incipia/ tur, paulatim, uox cantantiū defluit, et cadit, Sic quātūcunq; bona uerba dicere incipiamus, uel ad alterutrū cōferre paulatim, ex humana corruptio ne ad uana prolabimur. Sed qui bonus est, et hoc pcipit, debet facere, sicut in Choro cantor, qui locis aptis, eleuat uocē, sic bonus uir casum occiosorū aduertens uerborū, aliqua uerba interponere debet, uel exempla grata, ut interrūpat nociua, Eodē modo cū ex carnis corruptione paulatim nō solū a uerbis, sed et a solito religionis feruore tepescimus, nos inuicē excitare de/ bemus, ALIQVANDO sermo corā uen. uiro factus fuit, de quodā pa/ tre uiro probo et uirtutibus prædito, q̄ Antistes iure optimo fieri deberet, At uir dei respondit. Mallē eum pheretro mortuū ad sepulturā sociare, q̄ ĩ Cathedra Antistitē uidere sedentē. QVIDAM uir nobilis Germanus po/ tētia maxima fretus, ui bouē fœminam a matre uiri sancti Iord. abstulerat post paucos dies uerbis suis Iordanes eiusdē filiū ad ordinē traxit. Quo au dito pater quosdā ad eū querēs de filio ablato præmisit. Quibus Iordanes sic facete respondit, ut eorū furorē leniret. Haud Germaniæ consuetudinē ignoratis, Quæ huiusmodi est, q̄d si quispiā alicui intulerit iniuriā mulieri nemo ægreferre debeat, si fuerit a filio uindicata. Quū ergo Ciuis ille ma/ trē meā boue priuauerit, nō iniquo animo, uos, nec ille ferre debet, si uitulū abstulerim, ALIQVANDO in partibus Transmarinis rogatus a Tēpla riis ut sermonē faceret Gallice (forte ii Galli erāt nec eorū ideoma plurimū callebat) uotis eorū libenter annuit. Accidit ut in quadā platea omnes essēt, quodā muro ab uno latere ad hominis staturā cinta, uolēs eos ĩ initio ad/ monere, q̄ licet Gallice parū loqui sciret, tamē fideret ex uno uerbo modi co Gallico, magnā aliquā sententiā colligerēt, dixit, si quispiā Asinus: ho/ nore dato: ultra murū cōsisteret, eleuaretq; caput, ut saltē eius auriculā uide remus, iam oēs intelligeremus, q̄ ibi Asinus totus esset. Ita ut p modicū par tis, totū ĩtelligeremus, sic nōnūq̄ accidit, ut magna sentētia dicta, uno breui uerbo intelligatur, quāuis tota sit Germanica, et modicū Gallicū, ACCI/ dit ut uir dei plures tyrūculos nostræ religionis, per ipsū sactæ Cōuersatiōis

ut occiosa euitāt uer/ ba et inna nia.

Att.

Att.

facete re/ spōsū opti me quadrā

ex uno uer max. sentē tia nōnūq̄ intelligitur

toga, ad quoddã Cœnobiũ ſecũ duceret: forte illos ad habitũ receperat ĩ loco, ubi fratres nõ habebãt ædes: Igitur cũ his ad meritoriã tabernã diuertẽs et pro cõſuetudine, hora id petẽte, officiũ perſolueret: quod cõplectoriũ dicũt: accidit ut quidã ex iis in riſũ prorũperet, Cæteris uero id cernẽtibus, uehemẽter et ipſi ridere cœperũt. Animaduertẽs autẽ quidã ex ſodalibus uiri dei nutibus adnitebat̃ eos cõpeſcere. Ad illi magis, ac magis ridebãt. Tunc Iordanes dimiſſo complectorio, et dicto benedicite, ad ſociũ cõuerſus, Frater inquit, quis horũ tyrũculorũ tibi curam demãdauit? Quid ad te attinet de eorũ riſu? Et ad illos conuerſus, Filii ait uehementer ridete Nec inceptũ omittatis, quia hoc uobis cõcedo. Et uere ridere, beneq; uos gaudere oportet, eo ꝙ de diaboli Carceribus exiſtis, fractis uinculis illius, quibus multo tẽpore, uos ligatos tenuerat. Ridete igit̃ filii, Ridete, Porro illi hoc in ſermone cõſolati in animo, deinceps ridere ore effuſo nequiuere. SEMEL Parrhyſii concionans, et adhortans ſceleribus obnoxios ad deũ properare et acta ĩproba reſcidere, diluereq; illa ꝑ ſanctiſſimã cõfeſſionẽ, nec diutius ĩ eis perſiſtere, et occurreret ſibi, quod in ſcriptura peccatũ inferni porta diceret̃ ait. ſi quiſpiã hodie, cras, et poſt cras, et pluribus diebus ad Cœnobiũ ueniẽs præ foribus aliquẽ cõtinue ſedere adoleſcentẽ animaduerteret, nõ ne de facili ipſũ ordinẽ ingredi uelle putaret? Quomodo igitur nõ eſt credibile ꝙ intrent in ĩfernũ, qui tã diu ſedent in porta? ITEM dicebat ſicut cœmẽtarius, qui murũ obtortũ reparare ſatagit, quoſdã lapides retrahit abſconditos et prominentes repercutit, ſic in emiſſione clauſtraliũ præfectũ facere oportet, ut uidelicet, illos, qui nimis latitare cupiunt ad actionẽ dirigat, et illos, q nimis exponi uolunt, intus cõtineat. Cõſueuerat idẽ uenerandus pater eũdẽ ſermonẽ, aliquoties in cõcionibus iterare. Q đ cũ obiiceretur, reſpõdit, ſi quiſpiã bonas hærbas legiſſet, illaſq; ad pulmẽtũ faciẽdũ, accurate præparaſſet, eſſet ne cõueniẽs illas proiicere: et pro aliis colligendis laborare? Dicebat etiã. ſi alicui facultati tãtũ ſtuduiſſem, q̃tũ huic Apoſtoli uerbo, omnibus omnia factus ſum, iã doctor in illa poterã extitiſſe, ſemper enim ſtudui qualiter me aliis cõfirmarẽ, et me nõ formarẽ, Nũc uidelicet, cõfirmãdo me militibus, nunc religioſis, nũc Clericis, nũc temptatis, IS ueneran. pater quẽdã apoſtatã, (illos apoſtatas uocamus, q auſu temerario, religionis ueſtimẽta exuũt) ad ordinẽ reſumere adnitebatur, Cunq; Conuẽtu edito, fratrũ ſentẽtias exigeret, unuſq; præ cæteris nõ aſſentiret dixit, Et ſi hic modo crimina multa comiſerit, forſitã multo plura his adiiciet, ſed dũ ille ſe de hoc nõ curare aſſereret, reſpõdit, Certe frater, ſi tu pro iſto tantillo uiro, unã dũtaxat ſanguinis gutã fudiſſes, ſicut Chriſtus dominus noſter, pro ipſo ſanguinẽ ſuũ, aliter reſponderes. At ille in ſe reuerſus, et cõfuſus, ſe humi proſternẽs opinioni ceterorũ æquo animo ceſſit. QVIDAM frater ſubtimẽs, ne poſ

Ridete filii ridete eo ꝙ ex diaboli carceribꝰ effugiſtis.

Att. pulchrã ſimilitudinẽ de porta ĩferni.

ꝑlatus latitantes ad actionẽ dirigat. et alios ĩtus contineat.

Att.

Att. ꝑ apoſtata recipiundo

ſint tot orationibꝯ et deprecationibus factis a fratribꝯ elemoſinæ pſolui, q bus uiuebãt fratres, quare aliquãdo ſuã ſancto uiro narrans opinionẽ, eff la gitabat ſe ad plenũ de his inſtrui, Cui uen. pater reſpõdit. cũ ſint ſpiritualia pcii ineſtimabilis reſpectu tẽporaliũ, Cõſtat illa in infinitũ hæc pcellere et eſ

Att. ſe incõparaliliter meliora, Vnde te ſcire uolo, et hoc incõcuſſe tenere, ꝙ ſi

Dominicã oratio. qtũ ualeat. pro omnibus elemoſinis, quas cõediſti, dixiſti ſemel orationẽ dominicã de uote, ad plenũ perſoluiſti. PRO Curator quidã (procuratores huiuſmodi uiri apud nos dicuntur qui pro diuturno uictu, res monaſteriorũ neceſſari as procurant) pertęſus hoc onus, aliquando rogauerat inſtanter Iordanem

Att. Quatuor q offitia cõ mittare ſo lent. ab eo ſe abſolui. Cui uir dei reſpõdit. Officia creberime, fere iſta quattuor comitantur, Negligentia uidelicet, Impatientia, Labor, et Meritũ. A primis duobus te abſoluo, duo uero reliqua, in peccatorũ remiſſionẽ, tibi iniungo ALIQVando in Cõuentu fratrũ, quod Capitulũ appellamus, quidã fra- ter delatus ẽ, ꝙ dediſſet mulieri dexterã. Cũ delatus mulierẽ illã diceret ſan-

pluuia bo- na terra bo na lutus ex his. ctã eſſe, tunc præſidens ait. Pluuia bona eſt, et bona terra, tamen ex eorum cõmixtione fit lutus, quꝯ fœdant̃ cæteræ res. ſic et manus uiri licet bona fu erit, ſimiliter et mulieris, ex mixtiõe tamẽ illorũ nõnũq̃ cogitatio, uel affe- ctio mala cõſurgit. QVAESIVIT aliquãdo a ſancto uiro quidã frater

Att. Quid faci endum. utrũ utilius foret ſibi ſemp orationibus iſiſtere, an ſcripturarũ ſe ſtudiis oc cupare, Qui ait. Qđ melius ẽ, ſẽper bibere, an ſẽper comedere? Et utiqꝫ ſicut iſta cõpetit alternatim fieri, ſic et illa. ITEM alius rogauit, ut oſtenderet

Quid orã. quid orandũ ſibi melius expediret, Cui dixit. Bone frater qd qd tibi maio- rẽ ĩgenerat deuotionẽ, huic ĩſiſtere nõ omittas. Nã ad orandũ id ſalubrius tibi erit, quod affectũ tuũ fructuoſius irrigabit. Plura qdẽ alia uerba digna q̃ ſcriptis mãdent̃, et opera præclara edidit, ex qbus ingẽs cõficeret̃ uolumẽ quæ, ne tãdẽ lectori tedio ſim, miſſa facio. fortaſſis ea alio loco deſcribã. Tã dem anno domini mileſimo ducẽteſimo trigeſimo ſexto, Cõuentu decimo ſeptimo edito parrhyſii. quẽ generaliſſimũ ſecũdũ dicunt, ĩ mẽtẽ ſubiit hie roſolimã petere, uiſẽdi gratia ſãcta redẽptiõis noſtræ loca, ac fratrũ cœnobia Ad hoc enĩ pagẽdũ, antehac nutrierat barbã. Itaqꝫ uale dicẽs patribꝯ pela-

Acon. obitus ior go ſe credidit. ſed cũ ppe Acon pueniſſet, ĩgẽti oborta tẽpeſtate, cũ duobus ſotiis, et nouẽ et trigita hoĩbus, naui fracta, ĩ fluctibꝯ periit idibus februarii Porro eius fœlicẽ obitũ p litteras ſubſequẽtes Gotiphredus, et Reginaldus

Litteræ de obitu Ior. ord. noſtri fratres, præſidẽti parrhyſieſi, denũciarũt. Gottiphredus et Regi- naldus ord. præd. pont. max. pœnitẽtiarii, Præſidenti ac fratribus Cœnobii pariſieſis, ſalutẽ. Noueritis ꝙ inũdãtis maris ſeuitia, ac ſuo impetu propellẽ te ad litus triremẽ, in qua dulcis pater noſter Magiſter Iordanes cum duo- bus fratribus erat, ipſe et nonaginta nouem homines liberati ſunt ab hoc ſeculo nequã, Super hoc tamẽ Cariſſimi, nõ paueat cor ueſtrũ quia nobis

orphanis, pius pater et Deus totius cōsolationis, remediū, et post tēpestatē, prouidit trāquillū. Nā dū iacerēt corpora inhumata (ut testant̄, qui de illo naufragio euaserūt, qui eos tradiderūt propriis manibus sepulturæ: luminaria de cœlo super eos, singulis noctibus effulserūt. sed et Cruces multæ super eos uisæ sunt, et a multis. Ad quod miraculū loci incolæ confluētes, tanti odoris fragrātiā hauserūt, q̄ iuxta testimoniū eorū, qui post uisa miracula, eos tres sepeliere, usq; post decem dies odor nimius ab eorum manibus nō recessit. Sed et p̄ circuitū sepulturæ eiusdē, odoris suauitas latius emanuit, usq; quo fratres de Achon uenerūt cū nauigio, et eos in suā ecclesiam trāstulerūt. Vbi dictus pater quiescit, Et multa multis beneficia præstat, per oīa benedictus deus amē. BEATI uiri obitus hoc mō in cœnobio Lemonicēsi, quod de primis ord. cœnobiis fuerat) reuelatus fuit. Erat quidā frater, qui præcipuo affectu dei uirū Iordanē colebat, et uenerabat̄, qui anteq̄ citra alpes decessus eius innotesceret, in ecclesia post matutinas ad deū preces emittēs permāserat. Cūq; deus rore cœli cor eius illustrasset, mox obdormiuit, cū antea orasset pro uen. patre deuote, quē in trāsmarinas partes secessisse itellexerat. Et ecce uidebat̄ ei, q̄ erat ī ripa quarūdā aquarū admodū immēse latitudinis ac p̄funditatis, q̄bus uidebat multorū hoīum cadauera ceu ex aquis recēter educta, Et cū hoc plurimū admiraret̄, uidebat Iordanē quasi ab interioribus aquarū, illico emergētē fixū ī cruce, solito iucundiorē manibus ac pedibus extēsis, quēadmodum solet Beatus Andreas apostolus pingi, et alacrē absq; ullo adminiculo in cœlū scādētē, Quæ cū frater intueret̄, stupore p̄culsus, beatus pater illi sermone blādo sic loquutus est. Nisi ego abiero paracletus non ueniet ad uos. Quo dicto, manibus eleuatis, cū ipsa cruce ferebat̄ in cœlū. Porro eo disparēte, is uidebat sigillū eius in terra iacere. Cū igit̄ posthac uulgatus fuisset uiri dei obitus, et modus, quo uita defunctus fuerat, quid ea prætēderat uisio, plenius cognouit. IN Monasterio Acquiriæ ordinis Cistertiensis Barbātiæ fuit quædā sanctimonialis uirgo grauis annis Liegardis nomine, per quam deus multa operatus est miracula, dum in humanis ageret, et post eius fœlicem exitum. Porro hæc miro amore, miraq; deuotione, uirū dei Iordanē cōplectebat̄, Huic, cū quadraginta annis in sancta cōuersatione domino deseruisset, iāq; præ senio, et lachrymis nō uideret, quas sedulo fuderat, in ipsa uigilia Natiuitatis domini nr̄i Iesu xp̄i, Beatus pater apparuit ī hūc modū. Quū. n. ipsa, ab hora diei prima, usq; ī sextā orasset, nec solitā p̄sentiret deuotionē, tedere cœpit, et in hæc prorupit uerba. Proh bone deus, unde hæc patior? Certe si aliquem in cœlo uel in terra amicum pro me nunc orantē haberem, hac cordis modo carerem duricia. Hæc illa dicēte cū lachrymis, e uestigio ante mētis oculos, quidā frater tā lucidus, tā gloriosus apparuit, ut illū ob claritatis magnitudinē, nō agnouerit. Vnde ipsa obstupescēs, ait. Quis es tu? Et ille. Sum Io:

Luminaria et cruces uisæ super cadauera Iord. et sociorum.

obitus ior reuelatus.

uerba Ior. ad fratrē.

Acquiria.

danes cõdã prædicatoriæ familiæ moderator. Exiui enim ex hoc seculo, ad
Cõsolatur liegardem post mortem Iord. gloriã beatorũ, et inter apostolorũ choros et prophetarũ, euectus sum missusq; ad te ut i festo isto lætissimo te cõsolarer. Tu ergo, iam secura esto, quia in proximo ẽ ut a deo coroneris. Deinde subiũxit, Deus misereat̃ nostri etc. cũ collecta de spiritu sancto, quẽ (me rogãte) ꝓ meo ordine dicere ꝓmiseras, usq; in tuũ finẽ, ne omittas. Moxq; euanuit, eã ĩ tãta animi lætitia, quãtã nũq̃ habuerat, dimittens. Hæc eadẽ fere (et si alio modo) Beatus pater, cuidã fratri ordinis nostri reuellãs, ꝙ in ordine sublimiũ præsidẽtiũ, et in cœlo locatus esset honorabili schemate demonstrauit. QVIDAM ex ordine Carmelitarũ frater diabolica suasione temptatus de ordinis ex-
Carmelita de recessu or. temptatus. cessu, exaudiẽs Iordanẽ aquis obrutũ magis ac magis intra se turbatus, dicebat apud se. In cassum qui deo seruit ut uideo, laborat. Aut Iordanes ille in dei uia nõ incessit, qui sic miserabiliter periit, aut Deus nõ æque retribuat iis, qui sibi seruiũt. Inualescẽte animi ægritudine et mœrore, exire ordinem in ãio instituerat. Hæc illo deliberãte, præcedẽti nocte, qua die postero firmauerat exeundi propositũ, ecce apparuit ei insignis uir luce immensa præ-
Iorda. apparuit carmelitæ. ditus, ipsum circuiens. At ille tremẽs ac stupens orabat dicẽs, Domine Iesu Christe mihi esto præsidio, Et ostẽde quid sit hoc. Extemplo uir ille insignis respondit. Ne turberis frater, Quia sum Iordanes ille, de quo hæsitabas. Hoc firmiter teneas, nec dubites, quia saluus erit omnis, qui usq; in finem domino nostro Iesu Christo seruierit. Illicoq; disparuit, ipso ad plenũ in omnibus dimisso læto. Hæc uti gesta fuerant, is frater cũ præsidente Cœnobii eius, ac Simone fratre uiro religioso, Patribus nostris, narrare cõsueuerat. NON inutile, reor, erit aliqua referre miracula, post eius fœlicem exitũ, ad eius nois inuocationẽ, per deũ facta. Præfecerat is uenerandus pa-
Sanctimonialis. ter, adhuc in humanis agẽs, quãdã insignis uitæ sanctimonialẽ fœmininã monasterio cuidam fœminarum sub cura et habitu ord. nostri, Quæ post multũ tp̃is, cũ eo ĩ officio, oĩ modestia, grauitate, ac religiositate ꝑfuisset, incidit ĩ paralisim, ita, ut e grabato absq; ministrãtiũ adminiculo nullatenꝰ se mouere posse. Quapp sæpissime enixe efflagitauerat, se eo munere absolui sed oĩbus sanctimonialibꝰ reclamãtibus, nũq̃ potuit uoti cõpos fieri, eo ꝙ utilior uideret̃ monasterio ipsa sic ægrotãs, q̃ alia quæcũq; sospes. Contigit uero die quadã post beati uiri obitũ, cũ multa miracula, aq̃ plurimis referrerẽt, ad eius nois ĩuocationẽ facta, ut sanctimonialibus cibũ sumẽtibꝰ, iuberet se ĩ gestatorio, a duabus sororibus in ecclesiam deferri, et ante aram ibidem se poni, Et emissis sororibus, deuote ac iugiter beatum uirum dei Iordanem rogauit, quem firmiter credebat in cœlesti ac illa diuina domo glorificatum, ut impetraret a domino quatenus uel cito uita excederet, ut sic hac molestia liberarentur sorores, uel ꝙ obtinere saltem posset

a præsidētibus ordinis ab ipso onere absolutionē uel pristina sanitate donaret, qua habilis fieret ad monasterii munera obeūda. Simulac emisit preces, sensit sibi quādā uirtutē diuinitus infundi, Deinde cœpit pedē alterū, plena fiducia, et alterū extra gestatoriū ponere, postea surgere, et hac illacq; per chorū meare, ueluti tēptatura si uere sanitatē esset adepta. Interim dū hæc ab ipsa agunt, signū nola refectorii datur, ut sorores e mēsa surgerent, postq̄ cibo potuq; satisfactū erat. Igit sororibus pro gratiis reddēdis, secūdum consuetudinem ad ecclesiam uenientibus, obuiā sana fit. Quam cum iuniores primo ex refectorio exeūtes uiderēt, subdubitabāt an priorissa illa esset, quā præter cōsuetudinē deambulātē cernebāt. Cantorissa uero cū antiquioribus ultimo refectoriū exiēs cū animaduerteret eā recte ambulātem quā pauloante in gestatorio sine uiriū usura reliquerat, omisso psalmū Miserere mei deus etc. (porro psalmū hūc pro more præcinebāt) quāta poterat uoce Te deū laudamus cantare occœpit, Et prosequētibus ea uoce cæteris sororibus, a cōuicinis insolitæ uoces exaudiunt. Quibus pmoti uerentes ne illis aliqd mali accidisset, ut puta Monasteriū occupatū a prædonibꝰ armis fulcti ut succurrerēt si necesse foret, accurrūt. Sed re mox intellecta p fenestrā a Priorissa, inde deū laudātes cū sancto uiro Iordane abierunt. IN Praga Bohemiæ metropoli erat Cursitius cognomēto Albus uxorem habens noīe Helisabeth prægnātē. Hæc igit partui uicina, ante triduū q̄ pareret, fœtū ī uētre mouere haud psēserat, ut antea, Cœpit plurimū subdubitare, ac timere, ne interisset. Quū nocte (qua fœtū postea exclusit) graui dolore præmeret, filiū pariēdū deuouit, si masculus foret, uiro sancto Iordani affirmās eū impossibile nō esse sanctū, cuius uitā et doctrinā ingentē tā crebro audierat, si aūt fœmina, diuæ Helisabeth, quæ pauloante inter diuos relata fuerat. Educto fœtu de utero, ab obstetricibus requisiuit utrū esset masculus uel fœmina, a quibus masculū esse, sine uita, responsū ē. At illa ut exaudiuit mortuū se enixā, cœpit maximis uocibus, ingēti cū ploratu, Iordanis auxiliū implorare, efflagitās sibi filiū uiuū reddi. Hos ploratus, has uoces, usq; ad noctis medietatē protrahēs, plena fiducia, sæpe mulieres adhortabat, ut tēptarēt an filius uiueret. Quæ, ut morē ei gererēt, ac experimēto cognoscere possent, i fœtu nihil prorsus uitæ esse, hyemali tpe ī balneū aquæ frigidissimæ immersere. Sed cū penitus imotus persisteret, absq; uitali spiritu eū esse oēs affirmarūt. Certæ igit mulieres circūstātes factæ de fœtu mortuo, adnitebant Helisabethæ aliqd solatii, multis uerbis afferre. Quæ earū uerba nō exaudiēs, icesāter flēs iordanē iclamabat, etut pāto eēt sibi, appmerogabat. Demū plena fiducia, iubet illas ad ifantē accedere, diligēterq; pquirere, an uiueret. Et ecce ipæ dicto exaudiētes, uiuere ifantē, q̄ mortuū toties exptæ fuerāt, ieniūt. Vn̄ grās deo agēs, et btō patri Iordani, filio Iordanis nomē, i miraculi memoriā iposuit, qđ p ipsum deus opt. max. fecerat. Post

Miraculū.

Praga.
Bohemiæ
cursititius.
Helisabeth

Ingēs miraculum.

q̄ illuxit dato signo ad redēdū deo officiū, pro more in ecclesia predic. prudens ac proba mulier pro fratribus misit, reiq; seriē narrauit, Verba sua plurium matronarū cōfirmās testimonio. Plura describenda mirāda forent ꝑ deum perpetrata, ad iuocationē nois uiri dei Iordanis, et præcipue in Achō ubi eius sanctissimū ac uenerandū corpus quiescit, sed ne lectoribus tædio essem permisi in calamo illa quiescere. scripsit super Apochalipsim cōmētaria super Priscianū minorem, Item quædam grāmaticalia delicata. scripsit præterea libellum de ordinis nostri initio.

Att. opera ꝑ ipsū edita.

Explicit uita Ven. patris Iordanis Saxoni ord. prædic. Generalis Magistri Secundi, per Leandrum Albertum Bonon. edita.

VITAE CAETERORVM GENERALIVM MAGISTRORVM OR. PRAEDI. PER EVNDEM. F. LEANDRVM Bon.

RAIMVNDVS DE PENAFORTI CATHALANVS MAGISTER GENERALIS TERTIVS.

R AIMVNDVS de penaforti Cathalanus originē retulit in Arragonū reges. Is postq̄ adoleuit, missus ē ad Gymnasiū, ut scientiā hauriet. In quo tātū breui admodū tēpore profecit, ut ea tēpestate, in Pontificio atq; Impatorio iure inter uiros clarissimos facile cōnumerari possit. Quāobrē Ciues nostri Bononiēses, tāti uiri famā exaudiētes. publico stipēdio ipsū ad docēdū cōduxere. Hanc ob causā togā iduit religionis, forte dissuaserat cuidā scholastico adulescēti plurimis rationibus sanctæ cōuersationis ingressū, quapp deinde cōsciētia exagitatus, qđ illi dissuaserat, ipse āplexus ē, uidelicet relictis Mūdi illecebris, fauore, et gloria, cū oīum admiratiōe, ordinē prædicatorū igressus ē. Simulac uotū emisit, āno euoluto, pro more, accitus ē i sotiū a legato pont. max. in Hispaniā cōcedēte. Demū cognita eius insigni doctrina, a Gregorio nono ponti. iussus ē epistolas pōtificū ac cōciliorum decretales in unū corpus redigere (quod hactenus i usu habet i Gymnasiis. et adamussim seruātur), ꝑ ut dignosci pōt i prohemio ex eius nois citatiōe ab eodē pōtifice. fecit et ipsū pont. Capellanū suū, et pœnitētiariū, Quæ dignitas tpibꝰ illis nō nisi ualde litteratis cōferrebat. factus ē ēt iopū causarū expeditor. Post epistolas decretales i unū cōgestās sūmā de casibꝰ cōsciētiæ edidit, opꝰ isigne et oī admiratōe, obseruatōeq; dignū. Aīaduertens pōt. eius ꝑ clarissimā uitā, mores, igētēq; doctrinā, et aī ꝓbitatē, præsulē ciuitatis Barchinonæ creauit. Qui cernēs sub tāto honore, maximū latere onꝰ, dicto ap ꝓbāte pōt. eā ipsā dignitatē missā faciēs, ad ord. præ. remigrauit, malēs tunica palioq; rudi et ignobili tegi, atq; sub eo egenus Deo seruire, q̄ post tātæ

Att. causā quare togam prædic. raimūdus induit.

gregorius ix. pont. epistolæ decretales i unū ꝯgestæ ꝑ Raimūdum.

sūma đ casibus.

epsraimū. epatū dimittit et reuertitur ad ord.

dignitatis fastigium, mox rationē tantæ uillicationis reddere, Igitur ad or/ dinē prædic. reuersus humillimus pater petiit sibi quēpiā uirū ꝓbū præfici, ꝑ quē posset erudiri ea, quæ religionis essent, Et ut erat mitis. ac naturæ cō positæ, sic religionis moribus ornatus breui admodū tēpore euasit, ut in cō uētu Generali duodeuigesimo (quod Capitulū Generale uocāt) Bononiæ āno domini. M. CC. XXXVIII. celebrato omniū patrū cōsensu, præsidē tia, eo absente, totius ord. prædic. dignus nominaret̄ et approbaret̄. Exor/ diar ab inicio, ut rē seriatim narrē, placiturā: puto: legētibꝰ, Vita fūcto Ior/ dane uiro sāctissimo totius ꝑdicatorū familiæ ꝑsidēte, ad Interregē: ut ue/ terū more Romanorū loquar: uentū ē. Interrex: quē uicariū Generalē to tius ord. prædic. nostri dicūt: Magnus ille Albertus, ui et iussu institutio/ nū nostrarū creatus est. Tandē edicto Cōuētu uniuersali duodeuigesimo, Bononiā electores conuenere, ut sibi ordiniꝗ aliquem præficerent. Huic synodi duo, inter cæteros electores, excepto Magno Alberto, uiri et mori/ bus, et doctrina apprime pollentes, uidelicet Hugo de sancto Theodorico tūc præfectus Galliæ ꝓuinciæ, postmodū Cardinalis ecclesiæ Ro. et Hiuo ꝑfectus prouinciæ terræ sanctæ: hos enim præfectos appellāt prouinciales priores: īterfuere. Ad certā diē oēs electores, sub quadā porticu cōuenerūt pro præsidēte eligēdo. Datis ab omnibus suffragiis, pari lance certatū est, Porro ī duas se subdiuiserāt partes, Alii q̄dē Magnū Albertū, utpote Ger/ mani et Hugonē prælibatū Galli elegerāt, cæteris partibus utrisꝗ fauētibꝰ Iterū atꝗ tertio res incepta, ī idē semꝑ recidit. Animaduertētibꝰ patribꝰ ele ctores īsimul nō posse cōuenire, orationes īdictæ sūt ante parētis Dominici sanctissimū corpus, Sic igit̄ orātibus fratribꝰ, mox extra se quidā positus, ui debat oēs electores cubiculū exeūtes, in templo maximā columnā erigere, gutulis sāguineis purpuratā a sūmo usꝗ deorsū attingētē, Verū cū intuēs frater lætaretur, ex templo signū electoribus dat̄, ut denuo ad electionē ꝑsi/ dentis cōueniāt, In primo itaꝗ scrutinio, cū Barchinonæ esset, patres ipsū unanimiter et cōcorditer elegerūt, cū prius antehac nulla ꝓrsus illius mētio fieret. Timētes uero ne oblatā præsidentiā dictā aspernaret̄, pari cōsilio mi/ serūt patres Hugonē, Bonifiū placētinū, Pōtiū de sperra ꝑfectū galliæ Nar bonēsis ꝓuīciæ philippū olī ꝑsidētē syriæ, sed exauctoratū ī dicta synodo, Ste phanū Hispanū cōdā Lōbardiæ ꝓuīciæ ꝑfectū, cū nō nullis aliis patribus, Barchinonā, ut suaderēt Raimūdo, ut acceptaret oblatā ꝑsidētiā. Vt uō cō uenerūt uirū dei, apprime rogabāt. ut ceruicē flecteret, sed is secū magis exo ptās habitare, q̄ tā grādē subire ꝓuinciā, īexorabilē se se ꝑbebat, Tādē tāto rū uirorum auctoritate, et rationibus suasus, īclinato capite, tantum onus subiit. Verum biennio duntaxat hoc officio functus est. Quippe in syno do prima Generali sub ipso celebrata, quæ decima nona fuit āno domini. M. CC. XXXIX. edidit legem, ut præsidens totius ordinis predicatorum

Att. bonit. uiri

Raim. ord ꝑdic. prefi citur.

Interrex.

mag. Alb.

Hugo.

Hiuo.

Att. Visionem

Bonif. pō tius. philip Stephanus

posset officio renunciare corã patribus(quos dicimus deffinitores)et isti obligarent cessionem acceptare. Id, quod tunc facere adnixus est se minime potuit, eo ꝙ patres admittere cessionẽ noluere. Tandẽ in sequẽti anno uidelicet. M.CC.XL. in synodo uigesima, Bononiæ celebrata, cessionem petiit, corporis ualitudinem allegans, et nonnulla alia, et cum plurimũ hoc efflagitaret, tandem uoti compos factus est, ob dictam legem in præcedenti anno editam. Quamobrẽ animaduertentes patres ingentem perturbationem, quæ de facili suboriri posset, in ordine, si pro uoluntate huiusmodi ꝑsidentes, seu Magistri Generales ord.: uulgo dicti: officio renunciare possent, et ipsi eorũm uota admittere tenerentur, lege sancitũ est, ne imposterũ eorum cessio admitteretur, ni propter impedimenta perpetua, sicq; lex illa abrogata. Raimundus igitur uoti compos factus, læto animo Barchinonã rediit, ibiq; uitam egit sanctissimam, et in studiis assiduis, meditationibusq; occupatã. Edidit(ut præmissimus)plura opera, et Institutiones ordinis fratrum prædic. miro quodam ordine destinxit, quæ prius indistinctæ erant. Superuixit postq̃ præsidẽtiæ ord. renunciauerat, annis quinq; et triginta. Vita functus est in die Epiphaniæ. viii. Idus Ianuarii. M.CC.LXXV. Ipsius sanctitatem crebra miracula ad in uocationem eius nominis ꝑ deũ facta protestantur. Porro dum uiueret, et post mortem maximis claruit miraculis. Inter cœtera enim legitur quadragita mortuos eum suscitasse. Rex autem Arragonum uisis miraculis tam insignibus, plurimum apud pont. institit, ut inter diuos connumeraret. sed nescio quo accidente, tam egregium opus ommissum est, Sicq; manet. Hæc sunt, quæ ad manus meas de tanto uiro peruenere.

Lex lata sũ adẽte Rai. — Raimũdus abrogatur — Lex prius lata abro. — Obitus raimundi. — Aṫẗ. — Ingẽtia miracula per Raimũdũ facta.

IOANNES THEVTONICVS MAGISTER GENERALIS QVARTVS.

IOANNES Theutonicus circa annum Domini milesimum ducentesimũ atq; uigesimum Bononiæ sacris initiatus est in ordine prædicatorum. Fuit uir litteratissimus, et moribus ornatus. Erat enim iurisperitus, Ob eius eruditionem, multorum Cardinaliũ, ante q̃ togam sanctæ conuersationis acciperet, Capellanus, ac pœnitentiarius fuit. Visa eius sancta Cõuersatione pont. max. post præfecturam prouinciæ Hungariæ(porro huic prouinciæ aliquando laudabiliter præfuit) declarauit eum Antistitem Bosinæ, de quo refert Thomas Barbantinus autor libri Apum, ꝙ cũ ultra octo millia marcharum in reditibus ex Episcopio haberet, quasi nihil in usus proprios expendebat, sed omnia egenis erogabat. Næc solum quidẽ equũ habuit, sed asellũ, qui libros, et Episcopales infulas deportabat. Ipse uero.

Thomas barbãtinus

deportabat. Ipse uero cum fratribus pedibus incedebat. Verũ animaduertens q̃ ingentem molem Antistites euoluere habeant, approbante Pontifice, missa ea dignitate, ad ordinem reuersus est. Quum ad prouinciam Lõbardiæ a patribus regendã præficeretur, et ipse renueret, asserens se ab omni officio absolutũ post cessioné ab epatu factã, ecõtrario affirmantibus patribus, licet esset ab dicto officio per pont. absolutũ, nõ tamen ab obedientia ordinis, prout litteræ testabant̃ apostolicæ, tandem coactus dictã præfecturam accepit. Raimundo, ipso petente, ut in eius uita descripsimus abrogato a præfectura totius ord. prædic. Parrhysii in synodo Generali uigesima prima celebrata, anno domini. M. CC. XLI. cõi patrũ suffragio, ipso renitẽte, toti ordini præfectus est. Instante electione, cũ electores inclusi essent pro more, oranti cuidã fratri, uisus est in somnis Ioannes ignea quadriga per impluuium: quod claustrũ uulgo dicit̃: uehi et euigilãs socio astãti Ioãné asseruit electũ iri ad summã ordinis præfecturã. Quod mox rei euẽtus docuit. Rexit aũt ordiné annis duodecim, et mẽsibus sex. Vita functus est pridie Nonas Nouembris. M. cc. liii. in cœnobio Argẽtinati prouinciæ Theutonicæ, multis clarens miraculis. De hoc sanctissimo patre, Thomas Barbantinus narrat, ꝙ adhuc puer existens, annorũ uidelicet decem, prodẽte sancto spiritu præuidit prædicatorũ ordiné uẽturum: nũdum enim parens Dominicus nouã istã militiam instituerat: seq; hoc initiandũ, et futurum Antistitem, et cæteros uitæ suæ gradus. Fuit uir certe omni laude dignus. Aliquãdo in frequẽti populo Basileæ concionãs, cum totam ciuitatem uerbo et exemplo illustraret, tactu manus leprosum mũdauit. Vt præximus, anteq̃ sacris initiaretur in prædicatorũ ordine, plærisq; uiris egregiis et præclaris carus fuit, et præcipue Federico imperatori, Cuius familiaritate apprime Cæsar delectatus est. Polluit ingenio, moribus, litteratura, et sanctimonia. Latine, Gallice, Germanice, optime loquebatur. Asserit etiã Thomas Barbantinus, tanti patris familiaritaté plurimũ se usum fuisse, et nunq̃ ipsum cognouisse minus solicitum de sua et aliena salute, siue ante religionis ingressum, siue post, siue Antistem, siue ordinis Prædicatorum Generalem Magistrum. Anno uero septimo ab eius exitu, patres ad synodum Generalé Argẽtinæ celebrãdã cõueniẽtes cum Humberto Vieniẽsi, Generali præsidẽte, decreuerũt corpus tanti uiri, ex inde in aliud sepulchrũ dignius, approbãte ac assistẽte Antistite Metensi transferre. Vnde Regina Hungariæ, hoc resciens, per litteras rem miram retulit sibi contigisse, precibus et meritis beati uiri, Q đ cũm filius eius primogenitus a patre dissentiens, coacto maximo exercitu incominus aduersus patrẽ dimicaturus uenisset, ipsa Regina cernẽs, quãto discrimini ea res sibi, cõiugi, et filio, totiq; regno futuro esset, si congrederẽtur, noctem insomniem anxia de utriusq; salute duxit, cum lachrymis efflagitans supernum auxilium, præcipue uero

Vtinã nostris tẽporibus.

Ioannes ord. præd. præficitur

Visio.

obitus Ioãnis Argentinæ.

Visio Ioãnis adhuc peuri.

Miraculũ.

Federicus Imperator

Att

Regina hũgariæ.

ſanctū uirum Ioannē, et quedā alium fratrē, quē in patrē elegerat, dū uiue ret, rogans ut dei miſericordiā interpellarent, ut ſic pater cum filio conueni re in dilectione poſſet. ſemi uigilanti reginæ poſt crebras preces ad deū fu ſas, (porro aliquātulū poſt laborē quieuerat) præſto fuit Ioannes cū altero fratre ſereno uultu dicēs. Ecce quia in nobis fiduciā habuens, ꝙ promere ri poſſumus apud dei clementiā, ut uota tua expleri poſſent, denuntio, te ante prandiū auditurā pacem compoſitam inter patrē et filium. Qđ euē tus rei confirmauit. Quædā alia Regina ſcripſit ob merita Ioānis mortuū quendā reuixiſſe. Omitto pene infinita mira opera, quibus claruit. Clau dis greſſum, Cæcis uiſum, et auditum ſurdis reſtituit, obſeſſoſq; a diabo lo plures liberauit.

Ioānes ap paruit. Reginæ hungariæ Miraculū.

HVMBERTVS BVRGVNDVS MAGISTER GENERA LIS QVINTVS.

h VMBERTVS Burgundus, nobili genere procreatus in dioce ſi Vienenſi, ex uico dicto de Romanis, in ſynodo Generali trige ſima tertia, in Cœnobio Budenſi prouinciæ Hungariæ anno domini. M. CC. LIIII. celebrata, Ioanni uita functo in præſidentiā totius ord. prædic. cōmuni patruū ſuffragio, ſubrogatus ē. Anteꝙ̄ ſacris initiaret Parrhyſii docuerat in artibus, et cum operā ſatis impendiſſet iuri pontifi cio, ſancto afflatus ſpiritu, in die diui Andreæ apoſtoli, ad uexillū Crucis ad uolauit, militaturus ſub inſtitutis diui parentis Dominici, Nec his cōtentus paucis poſt diebus, animaduertens quanto in diſcrimine uerſantur, qui cu ris ſecularibus inſeruiunt, præceptorem ſuū (cui nomen Hugoni erat) qui poſt modum ob ingentem doctrinam, et morum grauitatem, ut in tertio libro dicemus, inter Cardines Eccleſiæ Roma. adſcriptus fuit: ad ſecū mi litandum traxit. Fuit Humbertus aſpectu delectabili, facie præſtanti ac hila ri, comis, lenis, et in cunctis moribus maturus, Diſcretus, cautus, litteris orna tus, et ante omnia gratia dei plenus, qua plurimū præfulſit, Et ut unico uer bo explicem, fuit omnium religioſorū ſimulacrum. Romanæ Curiæ adeo carus fuit, ut a ꝙ̄ plurimis patribus, ea tempeſtate, qua Innocentius quartus pont. max. Chriſtianæ reipublicæ præfectus erat, pro tāto dignitatis apice, dignus haberetur, et nominaretur. Ante ſummam præfecturam ord. præ dic. pluribus in locis, et præcipue Lugduni litteras docuerat. Præfecturam Hetruriæ, ac Galliæ prouinciarum, intrepide egerat, Nihilominus quāuis corpore robuſtus, plurimis ægritudinibus, et laboribus attritus fuerat. Tā dem anno undeuigeſimo poſtꝙ̄ ordinē omni cum laude rexerat, ipſo petē te, in ſynodo Generali quadrageſima ſecunda Lōdonis acta, anno domini

Hūbertus ord. præd. præficit.

Hugo ad ſanctā reli gionē ad uolat.

Humberti mores.

Innocen tius. iiii.

Humb. ab rogatur.

MCCLXIII. abrogatus est, per patres, dictæ synodi præsidētes, inter quos fuit Diuus ille Thomas Aquinas, agens pro ꝓuincia Romana, et Bartholomæus Turonensis pro Gallia, Diui Ludouici francorū regis sanctissimi confessor. Postq̄ uero abrogatus est, Lugduni reliquum uitæ, docendo, et scribēdo egit. Oblatā sibi patriarchatus ciuitatis Hierosolimæ dignitatem a Nicolao tertio pontifice maximo respuit, mallens priuate uiuere, q̄ aliis ꝑesse. Cōplura opera edidit, tā ordini nostro utilia, q̄ cæteris religiose ducere uitā cupiētibus. Officiū, quo ordo noster utit̄, ordinauit, pont. max. approbante, Canonē. s. Augustini copiosissime declarauit. De ordinis nostri officiis, scripsit libellū, tam utilē, ut formā agēdi oībus dederit. Vt merito is libellus, ordinis prædicatorū norma appellari possit. Itē librū de Eruditione religiosorū, et Epistolā de tribus substantialibus ordinis, et aliis uirtutibus, apprime utilē, Insuper et alios tractatus cōpillauit. Scripsit super Institutiones fratrū prædicatorū, Sed morte præuētus, nō perfecit. Tria dūtaxat capita, scholiis et glosematibus ornauit. Correxit Institutiones tā fratrum q̄ sororū, et ad unitatē redegit, adstipulāte Alexādro. iiii. pont. max. Iussu suo patrū probe gesta, et acta, in uniū uolumen, licet inculte, et crasso stillo, redacta fuere. Epistolas plures, sentētiarū grauitate refertas, licet uerborū careant ornatu et lepore, tamē succulētas edidit. Eius opera simultas exorta inter ꝑdicatores, Minoritasq; patres, et doctores parrhysiēses, auctore Gulielmo de sancto amore, uiro nō satis probo, per Alexandrum pont. max. Sedata est, Et ad eius preces lex grauis lata ab Innocentio quarto, cōtra prælibatos ordines uidelicet prædic. et Minoritarū, abrogata. Vixit laudabiliter ac intrepide sub uexillo ꝑdicatorio, annis quinquaginta duobus, deinde uita sanctissime excessit, in Cœnobio Valētinati prope Lugdunū, Idibus Iunii anno domini. M. CC. LXXVI. sepultusq; est in sacello maiori, relicto sui maximo desyderio.

Diuus thomas barth. | opera edita ꝑ Humbertum. | Obitus hūberti

IO. VERCEL. INSVBER ITALVS MAG. GENERALIS. VI.

IOANNES ex Vercellis Insubriū Galliæ cisalpinæ originē traxit, Quibus uero parētibus, nō cōstat, Illud autē cōstat, uirū fuisse oī laude dignū, prudētē ī agēdis et solertē, fama et opinione ꝑclarū, magnæq; memoriæ, et tenacitatis, ita, ut quē semel nouerat uultu uel fama, ī perpetuū retineret. Curiæ Romanæ adeo carus fuit (forte tūc præfecturā prouinciæ Lōbardiæ agebat, et Romæ esset) ut uita functo Vrbano quarto pont. max. in suffragiis cū Clemēte quarto postmodū dicto, fere pari lance certauerit. Porro in mēte pluriū patrū insederat, cognita uiri maiestate et dignitate, ut is ad tantæ dignitatis fastigiū, ceu dignus, deue

Att laudes Io.

Mores Io. heretur. Clemēs uero nō indignatus, propter hoc, sed magis lætus, decreuit
posthac tunica prædicatoria sub pontificali toga indui. Fuerat Ioānes aspe
ctu iucūdo, et pulchro, modico ac modesto cibo utens, naturali uigens pru
dētia, iuxta quā ex popriis singulorū moribus, mirabiliter discernebat, uni
cuiq; sua tribuēs, et impēdēs. Anteq; sanctæ cōuersationis uestimētis indue
ret, Parrhysii publico stipendio, pontificiū ius docuerat. Tandē ipsū Lō
Io. ordini bardiæ prouintiā regētē patres i synodo quadragesima tertia Generali Par
predic. præ rhysii acta anno domini. M. CC. LXIIII. abrogato Humberto: ut scripsi
fícitus. mus: in præsidentē totius ord. nostri, cōi uoto elegere. præfuitq; ordini an
nis fere uiginti. Galuanus flāma Mediolanensis frater ord. nostri, i Croni
ca sua unū refert, quē minime prætereūdū duxi. Patribus cōgregatis i dicta
synodo Generali Parrhysiēsi, pro præside eligendo, ut moris ē, Ioānes Vicē
Ioānis Vi tinus uir sanctitate præditus, Bononiæ cōcionās, populo sic orsus ē. Nūc in
cētini uati. stat Parrhysii præsidentis nostri primi electio, et corā delata schedula ua
cua, iussuq; suo in deposito posita: cras inqt præsidētis delecti, noīe in scri
ptā, iuenietis. Haud falsus uates fuit. Porro ut prædixerat, inuētū ē. In sy
nodo, Generali quinqgesima octaua Parrhysii acta āno dñi. M. cc. lxxix.
Ioāni uiro dei pont. max. litteras destinauit: qbus cōtinebat ipsū Antistitē
Hierosolimitanū ultro declarasse. Vt uero litteras pont. accepit, corā patri
bus præfecturæ seu Magisterio cessit. Verū ut audiuit pont. eā dignitatē nō
acceptasse, ipsū nō fore abrogatū a dicta præfectura declarauit, eo q nō itē
derat eū abrogare, ni alterā prouintiā acceptasset. Itaq; præsidentiā ordinis
Io. obitus. reasumpsit. Tandē anno domini. M. CC. XXXIIII. cū præfuisset ordi
ni annis duodeuiginti, et mēsibus sex omni cū laude, et omniū cum luctu,
positū sep postq; de deo deq; hominibus benemeritus fuerat, sanctissime in Cœnobio
ulcrū mar mōtis pessulani, uita functus ē, sepeliturq; ad aræ maioris leuā iuxta parietē
mo. diuo tumulo tāto uiro digno. Primus omniū Bononiæ parēti Dominico sepul
Domini. chrū marmoreū posuit.

MVNIO HISPANVS MAGISTER GEN. SEPTIMVS.

MVNIO Hispanus, cui, quæ fuerit urbs patria et quos maiores
habuerit, nō produnt scriptores. Fuit uir uenerabilis, et ad quæq;
pagēda itrepidus, Nec unq potuit a quacūq; aduersitate, a ppo
sito suo dimoueri, licet plures ppessus fuerit. Quū præsideret puīciæ Hispa
niæ, a patribus i synodo Generali sexagesima tertia Bononiæ acta anno do
mini. M. CC. LXXXV. cōi suffragio, uita fūcto Ioāne Vercellē. i præsi
abrogatus dētē totius ord. prædic. delectus ē. Præfuit ord. nostro annis sex, Deinde an
Munio. no post septimo abrogatus ē per Nicolaū quartū pōt. max. superuixit aūt

post abrogationē a p̄sidētia ord. annis nouē. Demū p̄ pont max. Antistes Palētinus in Hispania declarat̄, et post aliquod tp̄s, a Bonifacio, viii. pont. max. abrogatus, Nec ex curia amplius exiit, ad quā accitus uenerat, sed tādē post īgēres aī ægritudies, corā positis f̄rib9 et orātib9. xi. cal. Mar. āno dn̄i Mcclxxxxix. ī cœnobio sanctæ Sabinæ dicato, Romæ spiritū deo reddidit. Sepultusq; ē in uestimētis prædicatoriis, et nō pōtificalibus, pro ut ipse iusserat, in sepulchro marmoreo (quod adhuc uisit̄) emblemate ac tesserulis cōstructo tāto uiro digno. Renuerat aliquādo Cōpostellanū archipresulatū et quēdā Episcopatū, ultro a Nicolao. iiii. pont. oblatū. Hic uir insignis canonē fratrū et sororū de pœnitētia beati Dominici, quem nūc habēt, cum prius sub quibusdā cōsuetudinibus a beato Dominico eis traditis uiuerēt, descripsit, et ordinē illū plurimū auxit, et priuilegiis cōmuniuit. Factus Antistes Palētinus obitus mu monis. Opera per ipsū edita.

STEPHANVS BISVNTINVS GALLVS MAG. GEN. VIII.

STEPHANVS Bisuntinus uir eruditus, eloquēs, et sacri uerbi orator clarissimus, Romæ ī synodo generali septuagesima edita anno domini. M. cc. lxxxxii. patrū cōsensu, toti prædicatorum ordini præfectus ē, præsidēte eo tūc Galliæ prouinciæ. Per biēniū dūtaxat et mēses sex dictā præfecturā gessit, eo q; ad romanā urbē, causa uisendi curiā iter faciēs, Lucæ Hetruriæ captus ingēti ægritudine, in die diuæ Cæciliæ ante horā nonā ad dominū migrauit. Sepultusq; ē ad sinistrū aræ maioris cornu postero die. anno domini. M. cc. lxxxxv. cum maximo honore. Scripsit is uir eruditissimus cōmētaria super Ecclesiasten, itē libellū de auctoritatibus sanctorū, et philosophorū, et Librū exemplorū p̄ alphabetū, qui appellat̄ alphabetū narrationū, et postillā super Apochalipsim. obitus stephani. Opera per ipsū edita.

NICOLAVS TARVISINVS ITALVS GEN. MAG. NONVS.

NICOLAVS Taruisinus parētibus obscurissimis, ut pote patre opilione satus, postq̄ Venetiis pædagogus fuerat, ordinē præd. q̄rtodecimo ætatis suæ āno īgressus ē. Et ānis quatuordecim litterarū studiis īcubuit, et docuit ānis itē quatuordecim, et ultimis aliis quatuordecim præfecturas plurimas p̄uinciarū cū p̄sidētia totius or. p̄dic. laudabiliter et egregie egit. Fuit uir certe omni laude dignus, Venerādus, eloquēs, litteris eruditus, lenis, comis, et mitis, religionis apprime sectator. Regens Lombardiæ prouinciā, patrū cōmuni suffragio, uita functo Bisuntino, Argentinæ prouinciæ Theutoniæ, in synodo generali septuagesima septima, anno domini. M. cc. lxxxxvi. celebrata in præsidēte totius ordinis præd. delectus ē. Rexit aūt ordinē duobus annis et mēsibus sex oī cū lenitate, et māsuetudi- Att. Mores Nicolai. Nico. ord. præd. p̄fic. Att. uiri p̄stātiā

ne cõmuitatẽ ordis sequẽs. Nũq̃ eqtauit siue p̃fecturas ꝓuĩciarũ agẽs siue totius or. p̃sidẽs Sed ad oẽs cõuẽtus tã generales q̃ ꝓuĩciales edẽdos pedibus cũ baculo ĩ manu ibat. Cõtinue cibũ cũ fratribus ĩ cõi loco qđ refectoriũ uocãt: sumebat. Vtebat̃ uestimẽtis rudibus et hispidis et qñ cõtigebat ex alio rudiori pãno resarcitis Nihilipẽdẽs oĩa quæ ad moliciẽ uel lautitiã pertineret Nõ ignorãs monachũ alienũ a delitiis eẽ debere ex quo oĩa pro xp̃o cõtẽpsit. Tãdẽ postq̃ p̃fuit ordini: pro ut diximus: ꝑ bienĩu et sex mẽses Bonifacius. viii. pont. max. uiri ꝓbitatẽ aĩaduertẽs ultro ipso ignorãte inter Cardines ecclesiæ Ro. eũ adscripsit. Quũ. n. is pater Ven. existeret in Galiis uisendi gratia cœnobia fratrũ pridie nonas Decẽb. ad monasterium uenerabiliũ sororũ de Pluriano accedẽs ꝑ mẽsẽ ibi mãsit eas docẽs quæ religionis erãt Interim rumores ꝑcrebuerãt ipsũ iã Cardinalẽ factũ. Vir igit̃ sanctus ut hoc resciuit rumores istos iã exortos supprimere adnitebat̃ Sacra aũt fecit ĩ eodẽ loco ĩ sancto natali domini nostri Iesu xp̃i. Deindẽ tertia Ianuarii ex inde recedẽs carcasonã applicuit ubi fama uulgauerat id qđ rumor detulerat. Tamẽ nihil ꝑꝑ hoc motus ꝑuenit ex ĩde Lesmanũ. Quo in loco litteras Bonifacii pont. max. ab nũciis ad hoc missis accepit. Postq̃ illuxit Postero die Narbonã ingressus cõuentũ edixit et corã sacerdotibus urbis et patribus p̃dicatoriis ꝑlectis põtificis litteris cessit oĩmode ordinis præfecturæ et officii sigillo fracto præcepto et mãdato põtificis cũ lachrymis paruit. Litterarũ pont. tenor de uerbo ad uerbũ talis ẽ. Bonifacius ep̃s seruus seruorũ dei Dilecto filio F. Nicolao de Taruisio quõdã Magistro ordinis fratrũ prædic. in sacrosanctæ Ro. ecclesiæ p̃sbyterũ cardinalẽ assumpto salutẽ et apostolicã benedictionẽ. Inter cæteros ordines ĩ agro domini co plãtatos sacrũ fratrũ præd. ordinẽ dileximus hactenus et diligere nõ cessamus ad ea quæ ꝓsperũ statũ eius suiq; honoris incremẽta respiciũt paternis studiis intẽdẽtes. Volẽtes itaq; personã tuã quã laudabilis fama refert ac fide digna clamauit assertio claris uirtutũ insignis decoratũ et in te præfactũ ordinẽ multipliciter honorare te nuꝑ de fratrũ nostrorũ consilio in præsbyterũ Cardinalẽ sacrosanctæ ro. ecclesiæ duximus assumẽdum. Quocirca discretioni tuæ ꝑ apostolica scripta mãdamus q̃tinus impositũ a dño tibi onus prompta deuotione suscipiẽs te submoto dilationis obstaculo p̃pares ad nostrã p̃sentiã q̃ totius accessurus. Datũ Romæ nonis nouẽb. pont. nostri ãno. iiii. Qualiter reliquũ uitæ egerit cũ de eius sũmo præsulatu loquemur narraturus sum. Sat dictum puto de præfecturis per eũ actis in ordine nostro. Fuit (qđ minime silẽdũ arbitror) q̃dã sanctimonialis fœmina apud Torcellũ q̃ asseruit se aliqñ uisione cognouisse Nicolaũ p̃libatũ: adhuc forte adolescẽs erat: futurũ Lectorẽ Venetiis et p̃fectũ iri ꝓuinciæ ac toti ord. p̃dicatorio demũ ĩter ecclesiæ cardines adscribẽdũ et postremo pont. max. Hæc oĩa ꝑ ꝓuĩciã anteq̃ ad tale fastigiũ ip̃e deueheret̃ fa

Att. uiri p̃stãtiã

Bonifacius. viii.

carcasona.

Lesmanũ.

litteræ apostolicæ ꝑ card Nicolai.

Visio.

ma uulgauerat. Interrogatus Ioãnes de luna ĩſignis mathematicus, eo agẽ/te ꝓuinciæ præfecturã, qd uẽturũ eſſet de illo, affirmauit ĩ breui ipſũ futurũ totius orbis terrarũ dominũ. Mathematicus aũt qdã alius ꝑdixit eũ ex co/lerico fluxu uita defũcturũ. Quæ oĩa rei euẽtus cõfirmauit. Porro breui ad modũ tẽpore, Cardinalis factus, mox reip. xpianæ totius ad regẽdũ ĩperiũ patrũ cõi uoto: ut ĩfra dicemus: electus ẽ. fere ꝑ quĩquẽniũ Cardinalis fuit. Aſſerũt tñ nõnulli reꝝ geſtarũ ſcriptores, eũ ueneno ĩ ficu ꝑparato ĩteriiſſe Io. de luna Mathema.

ALBERTVS CLAVARVS GENVEN. ITALVS GEN. MAG. X

ALBERTI Clauari genuẽſis originẽ nõ tradũt ord. noſtri hiſto a rici. Qđ ualde miror. Tãta aliquãdo quorũdã noſtratũ fuit ĩer/tia, ut omiſerit pluriũ uirorũ illuſtriũ nõ ſolũ origines, ſed plura egregia geſta, quæ ſi ſcriptis demãdaſſẽt, maximo emolumẽto nobis, ac po ſteris eſſẽt, et honori. Euolui diligẽtiſſime patrũ noſtrorũ acta, et uitas, pro ut fuit mihi facultas, et nõnũq̃ quorũdã ſcriptorũ ĩſcitiã uehemẽter riſi, aĩa duertẽs triuialia q̃dã ab ipſis poſita, q̃ potius ĩ ſpõgiã ĩcũbere digna eſſẽt, q̃ ſcribẽda, eo ꝙ emolumẽtũ minime ꝑſtãt, ſed magis ad riſũ legẽtes cõcitãt et ſapiẽter ſcite, ꝓbeq; geſta, ſicco pede: ut dicit: ꝑtermiſſa. Memini me legiſſe in aliqbus annalibus, in noſtra urbe Bonon. apud florianũ ubaldinũ uer naculo ſermone ſcriptis, ſtellã apparuiſſe ad modũ Cometæ ſup Tẽplũ no ſtrũ Bononien. ea hora, q̃ diui parẽtis Dominici ſacrũ Corpus ĩ ſepulchrũ marmoreũ ꝓ tãto uiro dignũ ſecũdo cõditũ trãſferret, aſtãtibus pluribus Antiſtibus et curia Bononiẽſi. et ibidẽ ꝑmãſiſſe, donec repoſitũ fuerat, dein de clauſo ſepulcro eueſtigio euanuiſſe, cernẽte et toto populo admirãte, cu ius rei mẽtionẽ noſtri ſcriptores ꝑtermiſere. Hæc pauca dixiſſe uolui, deplo rãs ĩſigniũ uirorũ ſortẽ, quorũ origines, et geſta ꝑ ipſos egregie edita, obliui oni tradita ſũt. Igitur Albertus oppido Clauari oriũdus fuit, uir omni ho/nore dignus, litteris eruditus, religioniſq; maximus aſſeruator. Nũdũ iter ſa crarũ lrarũ doctorũ adſcriptus, ſed dũtaxat bacchalarius Parrhyſiẽſis, ĩ ſyno do Generali marſiliæ Galliæ Narbonẽſis celebrata ſeptuageſima ſexta ãno domini. M. cccv. kal. Iunii, ĩ ſecũdo ſcrutinio a uiginti quattuor patribus eligit ad ꝑſidẽtiã totius ord. prædic. cũ doceret litteras ſacras ĩ cœnobio mõ tis peſſulani, et ex electoribus unus eſſet: porro fuerãt electores uigĩti nouẽ: cæteris deinde approbantibus, uir utiq; inſignis, et pro tanto gradu aptus Maſſilienſi Conuẽtu abſoluto, mox Romã iter direxit, Et ueniẽs anagniã ægritudine ingẽti captus, circa ultimũ Auguſti, ſanctiſſime ĩ cœnobio fra/trũ diẽ ſuũ obiit, et ſepultus in die diui Auguſtini, Dũtaxat mẽſibus tribus tãtus uir de Deo deq; hominibus bene meritus ordini noſtro præfuit. Vir

Stella ap/paruit ſu/pra tẽplũ Bononiẽ.

Albertus 13d· proc.

Obitus al/berti.

fuit ingētis sanctitatis. Nūq̄ comedit carnes, nec eq̄tauit, Crasse, ac ignobili
Att. ter uestiebat. Propter eius uitæ sanctimoniā, Nicolao Taruisino Cardina
le patre uenerādo procurāte, ad præsidentiā totius ord. prædic. electus est,
Primus et postremus inter omnes præsidentes totius ordinis nostri hacte-
nus fuit, qui electus sit nō doctor.

BERNARDVS VIZICVS LANDARICVS BVRDEGALLENSIS GEN. MAG. XI.

ERNARDVS Vizicus ex uico Landarico Basacensis diocesis
b ortus ē, uir utiq; clarus uirtutibus, moribus, et litteratura. Discre
tione seu quadā naturali prudētia apprime polluit. Prouinciā
Galliæ Narbonēsis: quā prouinciā prouinciæ nostri appellitāt: regens in sy
nodo Generali septuagesima septima coloniæ Agrippinæ acta anno domi
Ord. p̄fic. ni. M.CCC.I. post mortē Alberti Genuensis, a patribus in præsidentē to-
Bernar. tius ord. prædi. suffectus ē. fuisse enim nouē et uiginti patres affirmāt scri-
ptores, ad quos p̄tinebat quēpiā præficere ordini, Ex q̄bus duodeuiginti i
eū cōsenserant, cæteris approbantibus. Plurimas præfecturas gesserat Cœ-
nobiorū nostrorū, postq̄ litteras docuerat. Præfuit cœnobio Burdegallēsi,
et bis Tolosano. Post Biēniū et menses quattuor, q̄ p̄fectus fuerat ordini
p̄dic. i Cœnobio Treuerēsi p̄uinciæ Theutoniæ. XV. kal. octobris in die
diui Lāberti uita excessit, et i Templo dicti Cœnobii postridie sepultus an
no domini. M. CCC. III.

AIMERICVS PLACENTINVS AEMILIANVS ITALVS GENERALIS MAG. XII.

IMERICVS Placētinus ex Aemilia prouincia prædicatoriā to
a gā adolescens sancto afflatus numine assūpsit. Et tā in moribus
q̄ i doctrina sic p̄fecit, ut aliquādo egregie docuerit, præfueritq;
iussu patrū Cœnobio excelētiss. Bononiēsi, et delectus ad regēdā prouinciā
Græciæ, ob eius insitā p̄bitatē, eo tēpore, quo præfectus ē toti ordini præd.
Igitur mortuo Bernardo uizico uiro insigni, Conuētu Generali edito oc-
togesimo i ædibus Tholosanis, āno domini. M.ccc.xxxiiii. a maiori patrū
Aimericus numero: porro sex et triginta fuerāt: i tertio scrutinio, cæteris tamē i eū cō-
præfecturā sētiētibus, delectus ē ad præfecturā totius ordinis nostri. Iā enim septē et tri
ord. accipit ginta annos togā p̄dicatoriā omni cū laude gestauerat, Bononiæq; tā The
ologiā q̄ Philosophiā ānis uiginti q̄ttuor docuerat. Eius idustria et opere
Bibliotheca nostri Bononiēsis Cœnobii libris q̄ttuor a Vincētio beluacēsi
editis in mēbranis scriptis donata est, et pluribus aliis egregiis uolumnibus.

Edidit Tabulā sup opus Augustini de Ciuitate dei. Quod antea per capita distinxerat, Primus omniū opus illud subdiuisit, et illo uenustauit ordine. In synodo uero Generali octogesima septima anno domini. M ccc. xi. Neapolis celebrata, ipso humiliter petente, a patribus abrogatus est, postq̄ annis sex ordinē rexerat. Ab hac igit̄ præsidētia, sed magis onere absolutus, Bononiā Ven. pater secessit, ibiq; sancte uiuēs, tandē deuotissime spiritū efflauit. Præcipua ueneratione diuū Alexiū coluerat, sicq; coluerat, ut iugi memoria, ante mētis oculos haberet. suasu suo, sacellū in cœnobio Placētino, in altero impluuio (quod claustrū uocat̄) ipsi diuo Alexio erectū est, Et in Bononiēsi templo diuo parēti Dominico dicato, posita complura simulachra: Sed anno domini. M. cccc. lxxxvii. instaurato ipso templo, calce lita, ac obruta, ut magis uenustū uideret̄. Ipso uero iubente, ante unū simulachrorū dicti beati Alexii, inter duo sacella, uidelicet alterum diuo Petro et paulo, et alterum diuo Vincentio martyri dicata, positū, sub lapide sculpto (qui adhuc uisitur) sepultus ē. pridie Nonas Iulii. M. ccc. xxvii.

Index sup lib. de ciuitate dei.

Abrogat̄ Aimer

BERENGARIVS THOLOSANVS GALLVS GE. MAG. XIII

b ERENGARIVS ex prouincia Tholosana, uir insignis, optimusq; Theologus, abrogato Aimerico, Tholosanā prouinciā regēs, tertio idus Maii, anno domini. M. ccc. xii. in synodo generali octogesima octaua, Carcasonæ celebrata, patrū suffragio, prædic. ord. præfecturā accepit. In corrigēdo nocentes, seuerus et lenis. Accusato dicebat, Duplicē ante te procedēdi modū pono, uidelicet, iustitiæ, et indulgētiæ. utrū maius elige. Si primū eligēdū duxeris, obiecta diluas necesse ē, uel criminis luas pœnas, sin alterū, qd̄ est indulgētiæ, reatū tuū, opus est fateare. Quo confesso corā q̄ttuor patrib9, ueniā humiliter petēti p̄stabat, syngrapha, remittēs noxā, dūmō iposterū ne relaberet ī crimen his uerbis. Ego Berēgarius coram q̄ttuor patribus. N. indulgētiā, p tali crimine, a se admisso et, ut is asserit), mihi plene, cōfesso, tribuo, hac lege ne deinceps relabat̄. qd̄ si secus fecerit, et inuētus fuerit mēdatio ueritatē cōtaminasse, nec oīa fuisse cōfessū corā me, carceribus adiudico. Demū abire p̄mittebat psalmis onustū, et pœnitētiis secrete peragēdis. Id, quod minime improbādū arbitror. Quid quæso exigēdū a p̄ximo ē, exemplo saluatoris, nisi correctio, et emēdādi p̄positū me Vade, inquit Christus mulieri, et noli amplius peccare. Igitur Berēgarius anno suæ præfecturæ quinto, Archiantistes Compostellanus dictus, p̄sidētiæ ordinis renūcians, id, quod antehac nemo p̄sidētiū ord. nostri fecerat: ipsam oblatā dignitatē acceptauit. Et ut egregius imperator populi sibi cō missi, in præliū aduersus Mauritanos Maumetheā legē sectantes descendēs cū populo, pro legibus patriis, uulneratus letaliter, exinde ī ædes cordubēses

Præfectus ord. dictus

Att. modū corripiendi. Bereng.

Att. Bereng. Archiantistes Compostella.

Berengarii Interitus

predicatorũ semianimis relatus sanctissime lachrymãs obiit. Verũ plurimũ in ultimo uitæ sortem suam deplorabat eo q prasidẽs totius ord. prædic. existẽs relicto ordine dictã dignitatẽ acceptasset. Paululũ anteq̃ spũm effla ret patribus pdicatoris assistẽtibus dixit se fratrũ sepultura haudquaq̃ fore dignũ. Vita igitur defunctus est uir uenerãdus anno domini.M.ccc.xxv.

HERVEVS BRITO GEN.MAG. XIIII.

h ERVEVS Brito uir eruditissimus ut sua tẽpestate in doctrina superiorẽ nõ habuerit præfecturam Galliæ prouinciæ agens an no domini.M.CCC.XVIII.prædicatorũ ordini suffragiis da tis a patribus in Cõuentu Generali Nonagesimo quarto Lugduni celebra to in uigilia Penthecostes post Berẽgariũ præficitur. Interpide officiũ deo reddere cõsueuerat. Porro media semper nocte surgebat ad cõfitendũ no mẽ domini. Absoluto diurno officio nõ permittebat se quẽpiã adire nisi urgenti de causa. Pstq̃ præfuit ordini annis sex uita excessit anno domini M.CCC.XXIII.Narbonæ. Multa egregia opera edidit quæ tãti uiri acri moniã ingenii demonstrant. scripsit aduersus Henricũ Gãdauẽsem quod libeta qndecim:ur eorũ utar uocabulo:et aduersus Durãdũ in his quibus Diuũ Thomã Aquinatẽ impugnat. Cõmẽtaria super quattuor sentẽtiarũ libros edidit itẽ Quodlibeta octo De uerbo opusculũ Questiones de pec cato orginali De æternitate mũdi De cognitione primi principii de Bea titudine de Virtutibus moralibus de ordine secũdæ intẽtionis ad primã de secũdis Intentionibus tractatus duos de paupertate Christi et apostolorũ de Sacramẽtis De Potestate Papæ Plura alia ẽt opa scripsit q̃ hic omittũt

Opera per Herueum edita.

BARNABAS VERCEL.INSVBER ITALVS GEN.MAG.XV

b ARNABAS Vercellensis præfectus prouinciæ Lombardiæ in præsidẽtia totius ord.prædic.uita fũcto Herueo uiro clarissimo in Synodo Generali Centesima Burdegallis prouinciæ Tholo sanæ anno domini.M.CCC.XXIIII.acta cõmuni patrũ suffragio suffe ctus est Mortẽ autẽ obiit ãno septimo præfecturæ suæ Parrhysii M.CCC. XXXI. Nihil dignũ scriptis de uiro isto iueni Vt arbitror inscitia scripto rũ uel incuria multa memoria digna oblitterata sunt et ppetuo obliuioni tradita. Multa pbra passus ẽ is pater uenerã.cũ toto ordine ob Ludouicũ Bauarũ scismate infectũ qui perperã pro Imperatore se ingesserat et adulte rinũ sibi similẽ papã uidelicet Petrũ Corbariensem erexerat cõtra Ioãnẽ ui gesimũ secundũ pont.max. Ordo noster nũq̃ nec promissionibus nec ui aut metu dimoui potuit a uia ueritatis quin Ioannẽ coleret ueneraretur q; tanq̃ uerũ Christi opt.max.uicarium et detestaret dirã Bauari ac Corba riensis impietatem atq; dementiam Quare hinc inde passim fratres nostri

Ludouic. Bauarus. Petrus corbarien.

Att. Cõstantiã patrum nostrorũ.

uidebantur ex ædibus suis expelli, illinc probris, et iniuriis affligi. Nunq̃ tamen a uera sententia sua potuerũt diuelli. Quãobrem indictæ sunt a Barnaba supplicationes per totũ ordinẽ, ut aliquãdo sua pietate Deus miseret plebis suæ. Aliquãdo Ioannes pont. in errorẽ de uisione beatifica incidens, et ipse aduersum se insurrexisse persensit ordinẽ nostrũ, tãdẽ errore deposito, se iterum sequi cognouit. Porro ut Bauarus hoc resciuit, fertur dixisse. Nũc quidẽ cognosco ꝙ prædicatorũ ordo, est ordo ueritatis, quia errantem Ioannem dereliquit, Apprime uideo ꝙ si contra me uiri illi sunt, ob hoc est, quia ueritatẽ enixe amant. Io. xxii. Aff. Vocẽ Bauari. Ordo præ ordo ueritatis.

HVGO GALLICVS GENERALIS MAGISTER. XVI.

h VGONIS Gallici, nec patriã, nec originem prodũt scriptores, Tãtũmodo Gallũ fuisse affirmãt. Quid aũt egerit ante prouinciæ Gallicanæ præfecturam ignoro. Asserũt tamẽ ipsum litteris apprime polluisse, astu, prudẽtia, atq; solertia. Constat eũ interregẽ, (Nam forte res ad Interregẽ cesserat, quẽ Vicariũ Gen. ordinis appellãt) cõmuni patrũ suffragio ad præfecturã ordinis prædicatorum præsidente ea tẽpestate Gallicanæ prouinciæ, agendam electum in synodo Generali Centesima octaua Diuioni Galliæ acta, anno domini. Mcccxxxiii. et ꝑfecturã egisse annis nouẽ, uita functus ẽ. (ut reperi) in curia, circa ãnũ domini. Mcccxli.

GERARDVS DOMARVS LEMONICENSIS GEN. MAG. XVII.

g ERARDVS Domarus prouinciæ Tolosanæ Clementis sexti pon. Max. ex sorore nepos, suscepturus euestigio Parrhysii theologiæ doctoratus insignia, a patribus, in Cõuẽtu Generali Carcasonæ prouinciæ Galliæ centesimo sextodecimo anno domini. Mcccxlii. celebrato, in unum coeuntibus, præfectus est toti ordini ꝑdicatorio. Porro accepta ordinis præfectura, absolutoq; Conuentu Generali, mox ad Clementem auunculũ accessit, postulauitq; acta a Benedicto. xii. pont. Max. cõtra prædicatorũ ordinẽ rescindi. Q đ et obtinuit. Sed ut res magis innotescat, altius ordiri oportet. Benedictus enim duodecimus, suasu quorũdã uirorum haud sane proborũ, Quippe ex his quidã, ordinis Minoritarũ toga reiecta approbante dicto pontifice, nostram induere, non ut magis sibi salutiq; suæ consulerent, sed potius, cæteros proficere in sancta religione cupientes, disturbarẽt. At qui toga prædicatoria accepta, perditissimi uiri, cõtra patres, patrias leges seruantes insurrexerũt, quibusdã etiã: et his quidem

paucissimis ex nostris suadentibus, ut maiorũ institutiones atq; leges iã diu integræ seruatæ, mutarentur. Quamobrẽ Benedictus Hugonẽ Gallũ præfectũ ord. ad se acciuit, iubens, ut decreto patrũ, ordinis nostri Institutiones seu leges hactenus seruatæ, rescinderentur, ueluti nimis graues grauiaq; iubentes, ut pote a præcepto incipiẽtes; daretq; illi facultas alias leges ferre minime præceptis obnoxias. Id quod neq; per Hugonẽ, neq; per patres in synodis generalibus conuẽtos cõcessum fuit. Quinimmo imperatæ sunt supplicationes ꝑ totũ ordinẽ ad Deũ opt. max. parentẽq; eius Mariã cœli reginam, et ad Diuũ Dominicũ et missi uiri eruditissimi in Curiã pro conseruandis legibus patriis. Tãdẽ Hugone uita functo, patres illos Benedictus euocauit, iussitq; ut sibi morem gererent, alioquin interdicebat illis totiq; ordini ne synodũ generalẽ ederẽt, neue deligerẽt præsidẽtẽ, sicq; sub interrege multo tempore forent, cũ ordinis iactura, dispendio, et ignominia. Verum ut animaduertit patres in eadẽ sententia perstare, ita ea ipsa die excanduit, et ira sic efferbuit, ut febribus correptus mox decubuerit, et ex his uita excesserit. Quapropter unũ nec silere uolo, nec possum, ut posthac cæteri aliorum malo edocti, contra deum, sanctosq; ac homines ipsis addictos pugnare nõ audeant. Nunq̃ Benedictus cũ patribus de legibus patriis abrogandis disceptauit, quin febribus correptus discesserit. Igitur Clemente sexto subrogato Benedicto, et Gerardo Hugone in præfecturã ordinis nostri: ut diximus: impetrauit libellos aduersus nostrũ ord. perlatos, per Clementem rescindi, pelliq; ex ordine nostro perditissimos illos uiros, quorũ opera, et suasu, Benedictus adnixus fuerat nostras leges abrogare. Porro Clemens, accito Gerardo et patribus illis præclarissimis, quos supra ĩ curiã missos fuisse scripsimus, ut tuerent̃ leges, ac patrũ sanctiones priscas, postq̃ plurimũ collaudauit eos, inquit. Iam ad ædes uestras properate. Nõ enim disceptare uobiscũ mihi est in animo, eo ꝙ hac in re ꝓbatissimi estis, et ex eo ꝙ prædecessorẽ meũ uestris congressionibus interemistis. Continuoq; pont. multiiugis dipplomatibus, interpellãte Geraldo præfecto, ordinem nostrũ donauit. Verũ cũ Gerardus accingeret se ad instaurãdũ in plerisq; locis ordinẽ collabentẽ, eodẽ anno, quo præfecturã acceperat, ab auunculo Clemẽte inter ecclesiæ Cardines adscriptus est. Vir utiq; insignis, et pro tãto honore dignus. Quid postea egerit, cum de eius Cardinalatu scribemus narrabimus.

Att.
Maximã calamitatẽ
Att.
Bened. xii interitus.
Att.
Cardi. Gerardus factus.

PETRVS DE PALMA GALLVS GENERALIS MAG. XVIII.

PETRVS de Palma præfectus prouinciæ Galliæ, et interrex, in synodo generali centesima decima septima Parrhysii acta anno

domini.M.ccc.lxiii.patrũ suffragiis in præfectũ totius ordinis p̃dicatorũ delectus est.sed uenerãdus pater onus immensũ sub hoc honore, ueluti uenenũ sub melle latere animaduertẽs, primo, iterũ, et tertio hanc præfecturã renuit, Tandẽ patrũ suasu, et precibus, fere coactus accepit.Rexit ord.annis fere duobus.Obiit anno domini.M.ccc.xliiii. Quo loco nõ inueni.

GARINVS GALLVS GENERALIS MAGISTER.XIX.

g ARINVS Gallus prefecturã agens Galliæ, Briuiæ prouinciæ Tolosanæ ĩ synodo Generali Centesima decimanona habita anno domini.M.ccc.xlvi.post Petrũ de palma a patribus præfectus totius ordinis prædic.creatus est.Præfuit autẽ ordini annis tribus, Demum absoluto Conuentu Generali Centesimo uigesimo primo Lugduni, in Cœnobio Gracinopolitano pestilentia ictus, Augusto mense interiit anno Domini.M.ccc.xlv iii.

IOAÑ.DE MOLENDINIS LEMONICEN.GEN.MAG.XX.

i OANNES de Molendinis Lemonicensis.Prouinciæ Tolosanæ sacris litteris eruditus, ex Magistro sacri pallatii, in Conuentu Generali Centesimo uigesimo secũdo Barchinonæ celebrato, cõmuni patrũ suffragio, anno domini.M.ccc.xlv iiii. Garino in præsidentẽ ord.prædic.suffectus est.Et ordinẽ rexit anno uno et mensibus septẽ, deinde a Clemente sexto pont.max.inter Ecclesiæ Ro.Cardines repositus est, circa festum.S.Luciæ.M.CCC.L. Cardi. factus.

SIMON LINGONIENSIS GALLVS GEN.MAGISTER XXI.

s IMON Lingoniensis præfectus Galliæ prouinciæ, subrogatus ẽ a patribus in synodo Generali centesima uigesima quarta habita in Cœnobio Castrensi prouinciæ Tolosanæ anno domini.M.CCC.LII.Ioanni de Molẽdinis.ac præfecturã prælibatã totius ordinis annis quatuordecim peregit.Deinde Vbanus quintus pont.max.eũ Nanetẽse antistitẽ declarauit.Quare præfecturæ ordinis cedẽs, paruit uotis pont. Antistes naneten.

HELYAS TOLOSANVS GALLVS GEN.MAG.XXII.

h ELYAS Tolosanus ex Gallia Narbonẽsi, uir uenerabilis et litteratus simoni patrũ iussu in præfecturã ord.in synodo General

Auenioni acta anno domini.M.ccc.lxvii.successit. Præfuit aũt ordini annis fere duodecim. Quo loco, quo tẽpore, et quo morbi genere obierit, nõ inueni. seu scriptorũ penuria, seu ignauia, et huius clarissimi uiri et plurium sequẽtiũ præfectorũ ord. nostri, gesta multa deperdita sunt. Vnde nec deinceps cõuẽtuũ generaliũ citabimus numerũ, nec plura dicemus, eo ꝙ non habebimus. Cõstat enim Helyã fuisse uirũ præstãtissimũ, ex eo ꝙ eius opera et industria erigi Bononiæ diuo Dominico parẽti nostro pulcrũ sacellũ cœptũ est, ut ex inscriptione cuiusdã tabellæ lapideæ in columna sub prima testudine positæ dignosci potest. Et Diui Thomæ Aqnatis sacrũ corpus eius labore ordini restitutũ, Tolosæq; relatũ ingẽti cũ applausu ciuitatis.

Sacellũ diuo Dominico

RAIMVNDVS CAPVANVS ITALVS GEN. MAG. XXIII.

r AIMVNDVS Capuanus cõmuni patrum uoto Bononiæ in Generali synodo celebrata ãno domini.M.ccc.lxxx. ordini prædicatorio ꝑficit̃ uir sciẽtia, et religione clarus. Animaduertẽs pater egregius ordinẽ iam fere in oĩbus prouinciis collapsum, erigi curauit. Et statuit, ac lege sanciuit, ut pro qualibet prouincia, saltẽ Cœnobiũ statueretur, quo adamussim Priscorũ statuta, et institutiões cũ Augustini canone, sub quo uitã agere uoto fratres se astrinxerãt, statueret. Propter curiosos, quare sic patrũ sanctiones, iussiones, Cerimoniæq; tã nostratũ ꝗ aliarum religionũ ea tẽpestate ruerint, laconice recẽsebo. Præcipuũ enim fuit ꝙ narro. Peste dira crassante ꝑ uniuersam Europã ãno domini. Mccccxlix tot et tãti hoĩes interiere, (porro uix ex hoĩbus decimus remãserat, secundũ uaticiniũ Roberti Auenionẽsis ordinis nostri uiri sanctissimi. Is enim ante annos triginta hãc pestilẽtiã prædixerat cõcionãdo) ut urbes, oppida, uici, pagi, tẽpla, agri, prouinciæ, et regna protinus uacua relicta sint, aliquãto tẽpore. Hinc urbes, et loca olim culta, sic fuerãt dessolata, ut nec arari, nec seri possent. Quare fere ubiq; fructicibus excrescẽtibꝰ, passim in siluas, et lucos succreuerãt. Ruerãt domus, oppida brutis oppleta, tẽpla diruta, ac euersa, ob ingruẽtes pluuias, eo ꝙ nõ eẽt, qui aquas arceret, et inhiberet ymbres. Sicq; tot tantisq; exhaustæ uiris religiones, cœperũt ruere domus. Qđ animaduertẽtes patres, qui tãtæ cladi superfuerãt, in breui protinus defecturos ordines suos, deficiẽtibꝰ adolescẽtibꝰ, ĩpuberes alliciebãt, ĩbecilliq; illorũ ætati cõsulẽtes, carnibus uesci, lineis ad carnes uti, nõ tã frequẽter ĩ ecclesia præcipue uero in nocte officiũ in simul exsoluere, atq; alia plura, quæ instituta ordinũ uel prohibent, uel iubent, permittebãt, hac mẽte et animo, ut postmodũ, cũ attingerẽt adulescẽtiã, deducerẽt ad priscorũ normã uiuẽdi. Sed illos eorũ fefellit opinio. Porro hos adolescentes factos, isti uero ætate gra

Pestis ingens.

Atẽ.

Quare cerimoniæ religionum ruerint.

ues, ab incepto nequaq̄ auertere potuerūt, licet eos orauerint maximis precibus, normāq;, qua uiuere deberēt, ostēderint. Sicq; patribus illis uita functis, oīum religionū instituta, in manibus istorū, nō obseruātiū permāsere. Hinc etiā Episcopatuū, et monasteriorū prouētus, in comēdā (ut uulgo dicitur) ob pestilētiā, quā diximus, deuenerūt. Itaq; is pater insignis Raimūdus (ut iam præmisimus) uolēs ordinē nostrū, hac præcipue de causa fere totū collapsum instaurare, nulli labori parcēs, huc illuq; discurrens, satagebat circa patrū institutionū restitutionē. Hūc adhortabatur, illū leniter urgebat, ut initiū tam salubri operi daret. Tādē fundamētum iecit supra quo subsequētes ædificarunt, Et præcipue in Germania. porro Cōradus Theutonicus sancto afflatus spiritu, et ipse animaduertens patrū instituta susq; deq; fieri, adiuuāte patre Raimundo anno domini. M. ccc lxxxix, cœpit sedulo studio adhortari cōmilitones ad patrū obseruātiā iussionū. Quo paruo initio, magnū incremētū subsequutū est. sicq; in Italia, initiū sumpsit Obseruantiæ (ut uulgus loquitur: Ob seruantiales dicti posthac patres, ex eo q̄ obseruare uideantur patrū suorū instituta et leges) primo Venetiis in Cœnobio sancti Dominici de Castello Brixiæ in sancto floriano, et fesulis et fabriani, Quo factū est : ut iā diximus : ex debili principio, iā fere totus ordo noster, hac nostra ætate, ad uerū obseruandi modū nostrarū Institutionū, præfectis pluribus ord. curantibus, deo opt. max. opitulante, deductus est. Sicut in germania Conradus pater uenerabilis hanc sibi desumpsit prouinciā ordinē collapsū instaurandi, sic in Italia insignis ille uir et omni honore nominandus Ioānes Dominici Florētinus, postmodū Cardinalis (ut suo loco dicemus) Raimūdo utrisq; suffragente, Tandē Raimundus uir præstantissimus, et nostræ religionis maximus instaurator, postq; ordinem rexit per annos uiginti, Nurembergæ Germaniæ anno domini. M. CCCXCIX. uita functus est.

Att. Diligentiā Raim. p̄ instaurā. ord

Conradus

Initiū obseruantiæ.

Obseruantiales unde

Att. primos instauratores ord. nostri

THOMAS FIRMANVS PICENVS ITALVS GE. MA. XXIIII

THOMAS Firmanus uir, doctrina, sciētia, et prudētia clarissimus a patribus in synodo generali Vtini habita āno domini. Mcccci. delectus est in præsidētē totius ordinis p̄dicatorū. Lustrauit multas prouīcias, ut ordinē ad priorē statū reduceret. sub eo nāq; pluribus dipplomatibus ordo noster a pont. max. donatus est, et præcipue uiri et mulieres de pœnitētia diui Dominici, seu de tertio habitu, curāte Thoma senēse uiro diligentissimo. porro is Thomas libellū ediderat cū Bartholamæo senēse uiro intrepido, de origine ipsorū hominū, Quo initiū, et pont. max. approbationes, dipplomataq; cōtinentur. Cœnobiū firmanū uenerandus

pater Thomas codicibus pluribus donauit. Tādē anno quartodecimo ꝑfecturæ suæ, diē suū Genuæ, (ut inueni) obiit, anno domini. M. cccc. xiiii.

LEONARDVS STATIVS FLORENTINVS HETRVSCVS ITALVS GEN. MAG. XXV.

l EONARDVS Statius sacri uerbi orator insignis, sacrarūq; litterarū præclarus interpres, Thomæ firmano, subrogatus est in præfecturā totius ord. prædic. cōi patrū suffragio, in conuentu Generali Florentiæ habito anno domini. M. CCCC. XV. Ob eius ingentē doctrinā, et in agēdis solertiā, patrū cōmuni uoto in synodo celeberrima Constātiensi edita pro extirpādo sismate triū se gerētiū pro Christi uicariis, uidelicet Gregorii duodecimi, Benedicti. xiii. et Ioannis. xxiii unus delectus ē cū pluribus aliis, primo abrogatis his tribus, pro nouo pōtifice, cū Cardinalibus eligendo. Hac in synodo, seu Concilio, (ut horū utar uocabulo) ob eminentē doctrinā suā et prudētiā, ingentes laudes promeruit. præfuit ordini nostro annis decē et mēsibus septē, Florētiæ uita excessit. XVII. klendas Aprilis anno domini. M. CCCC. XXV. sepultusq; est medio Chori insignis Templi sanctæ Mariæ nouellæ.

BARTHOLOMAEVS TEXERIVS DRAGHIGNANVS GALLVS GEN. MAG. XXVI.

b ARTHOLOMAEVS Texerius ex Gallia Narbonēsi, uir moribus, sanctimonia, sciētia, et religione ornatus, Bononiæ i synodo Generali acta anno domini. M. cccc. xxvi. præsidens prouinciæ Galliæ Narbonensis (quā prouinciā prouintiæ adpellant) patrū cōi uoto absens, mortuo Leonardo Statio, præfectus est toti ordini, Et narrant hoc modo fuisse præfectū, forte patres in duos cōuenerāt, cūq; i his ꝑsisterēt dedisse utrisq; facultatē deligēdi, quē malluissent, Hos igit̄ accepta potestate, elegisse Bartholomæū uirū sanctissimū, Hūc modū eligēdi, per Cōpromissum dicūt. Oblata est illi præfectura asellū equitāti per uicos et uillas prouiciæ. Porro uti decet uiros proximi salutē cupiētes, huc illuc, uir uenerādus discurrēs. uerbū dei esurietibus abūde ministrabat, sed corporis imbecillitate coactus, aselli utebat̄ opera. Apprime paupertatē, humilitatē et cordis lenitatē amplexus est. Ipso præsidēte, uita regularis maximū incremētū accepit. Quippe quo ad uixit infracto animo prouincias circuiuit, ꝓ uiribus laborās ad ea, quæ erāt cōducibilia, pro ordinis instauratione collapsi. Fuerat uitiorū seuera lima, Virtutūq; maximus assertor. Ordinē rexit

Equitanti assel. ꝑfec. delata.

annis tribus et uiginti, cū pace maxima, et religione. Ad dominū migrauit in Cœnobio Lugdunēsi anno domini. M. cccc. xlix. Claruit miraculis ad huc uiuēs et post mortē. Patres cœnobii Bononiēsis, is beatus pater ad meliorē uiuēdi modulū reduxit, ciuitate nostra id petēte. Porro (ut diximus) ordo noster ubiq; deformatus fuerat, ob pestē immoderatā, Q uare ad pristinū statū passim deductus ē. Asserūt patres aliquādo psalētibus fratribus pro more ante sanctissimū parētis Dominici Corpus illud eulogiū post uesperas, O spē mirā, quā dedisti, mortis hora te flētibus, dū post mortē promisisti te profuturū fratribus, Imple pater, quod dixisti, nos tuis iuuās precibus, respōsū fuisse corā populo, Nec uos filii, nec ego pater. Quare Ciuitas mox curauit ī melius reformari fratrū uiuēdi modus. Id quod apprime placuit Ven. uiro Bartholomæo, Quāobrē nō negligēs sibi ciuitatiq; sat fecit.

Claruit miraculis.

Cœnobiū Bononiē. reformatū

PETRVS ROCHINVS GALLVS GEN. MAG. XXVII.

PETRVS Rochinus ex Gallia Narbonēsi, uita fūcto Thoma in Cōuētu Generali Lugduni celebrato anno domini. Mccccl. approbātibus patribus, totius ord. prædi. præfecturā accepit. polluit ingenio, litteris, et quadā naturali prudentia in rebus agēdis. Spiritum efflauit die uigesima quarta præfecturæ suæ.

GVIDO FLANOCHETVS GALLVS GEN. MAG. XXVIII.

GVIDO Flanochetus ortus ex Narbonēsi Gallia, Petro Rochino ī synodo Generali Romæ anno domini, M. ccccli. edita a patribus ī præsidētiā ord. suffectus est. Hic per plures gradus ad tātā præsidētiā deuectus est. Quippe ex socio Generalis Magistri. ad agēndas causas in Curia Romana pro uniuersa familia prædicatoria (quem procuratorē ord. adpellāt) delectus est, ob eius animi præstātiā, atq; ingenii dexteritatē. Tādē (ut præmisimus) præfectus toti ordini nostro, obiit eodē anno, quo præfectus fuerat.

MARTIALIS AVRIBELLVS AVENIONENSIS GALLVS. GENERALIS MAGISTER. XXIX.

MARTIALIS Auribellus Auenionensis, post mortē Guidonis patrū suffragiis, anno domini. M. cccc. liii. præficitur toti ord. prædic. Fuit uir litteris apprime eruditus, prudens, solers, cōstās et ad quæq; pro ordine peragēda, intrepidus. Circa nonū annū præfecturæ

Martialis abrogatus

ſuæ, a Pio ſecũdo pont. max. abrogatur, Cui ſubrogatus eſt cõradus Aſtenſis uir optimus (pro ut mox narrabimus) ſed Pio uita fũcto, abrogato cõrado per Paulũ. II. pont. poſt tertio anno abrogationis ſuæ Nouariæ Galliæ Ciſalpinæ ĩ ſynodo Generali ãno domini. M. cccc l xv celebrata per patres præfecturæ ordinis reſtituit. Aſſerũt ipſũ ſic memoria uiguiſſe, ut minima etiã, quæ temporis diuturnitate elabi ſolẽt, ſic retinuerit, ac ſi ea pſentia habuiſſet. Vita fũctus ẽ Auinioni natali ſolo. M. cccclxiii. ix Cal. Octobris.

CONRADVS ASTENSIS ITALVS GEN. MAG. XXX.

C ONRADVS Aſtẽſis Martiale per Piũ ſecũdũ pont. max. abrogato, in cõuẽtu Senẽſi Generali acto anno domini. M. cccclxii. patrũ cõi uoto, agẽs in curia cauſas p toto ordine Martiali ſufficit. Fuit is Ven. pater litteris præditus, moribus ornatus, religione fulgẽtiſſimus. Cunctis quidẽ ſe parẽ præbebat, ſeruans tamen grauitatẽ cũ quadã facilitate, ita ut unicuiq; liceret quoquomodo ei uerba facere, et quantũ uis patientiſſime oẽs audiẽs, uotiſq; eorũ ſat faciẽs, p ut iuſtitia exigebat. Nulli peroſus nec moleſtus fuit. Præfectura ordinis accepta mox manũ ad ordinẽ inſtaurãdũ appoſuit. Vnde zelo dei ductus, Curiã Ro. miſſam faciẽs, Prouincias procurrere cepit, et Cœnobia, hũc adhortans ad ea, quæ obſeruãtiæ Inſtitutionũ patrũ erãt, illũq; corrigens, magna tamen in omnibus moderatione utens, mundã a muneribus, quæ placant homineſq; Deoſq;, manũ ſuã ſeruãs. Pio pont. mortuo, Paulus ſecũdus tantũ patrẽ abrogauit. Nec ob hoc animo motus, ſed, ut erat naturæ lenis et mitis, aſpernatus hominũ dignitates, ac mũdi, ueluti ſomnia, quæ bene ſomnia ſunt, ad cœnobiũ Aſtenſe reuerſus, ſe totũ litteris dedidit. Plura opera exprompſit a ſuo nobili prõptuario ĩgenii, quibus dicti Cœnobii Bibliotheca exornata cernit. Inter alia pclarũ ac laborioſũ opus edidit, quo dicta Diui Aquinatis Thomæ per materias ordinauit. Tandẽ utiliter uitam agẽs, podagra correptus, ibidem ſpiritum deo reddidit anno domini. M. CCCC. LXX.

opera p cõrad. edita.

LEONARDVS MANSVETVS PERVSINVS HETRVSCVS ITALVS GEN. MAG. XXXI.

L EONARDVS Manſuetus, Martiali ſecundũ pſidenti uita functo, in ſynodo generali Romæ habita ãno domini. Mccccl xxiiii. a patribus ſubrogatur. Polluit is uenerãdus pater doctrina, moribus, lenitate, atq; quadã ſibi a natura comitate ſubminiſtrata, et manſuetudine, uti uere Manſuetus diceret et eſſet. Aliquãto remiſſior fuit in cenſura

Mores leonardi.

ppera͂ agētiū, ab ip̄o exorabili īgenio fere coactus. Ante totius ordinis p̄fecturā, Prouinciā Romanā laudabiliter rexit, et diu Cardinalē sanctæ crucis, Aretinū cognomēto, sacris litteris docuit. Demū sacri pallatii Magister factus, ut p̄diximus, præficit toti ordini. Fere quotidie sacra faciebat (quā missam uocāt). postq̄ ordinis præfecturā circiter annos sex gesserat, Romæ in Cœnobio sanctæ Mariæ super Mineruā anno domini. M. cccc. lxxx. yii. Calēdas Augusti diem suum obiit, atq; sepelitur in medio Chori in sepulcro pro tanto uiro digno.

SALVVS CASSETTA PANORMITANVS SICVLVS ITALVS GEN. MAG. XXXII.

SALVVS Cassetta ex Magistro sacri pallatii, mortuo Leonardo Mansueto, Romæ in Cōuentu Generali edito anno domini. M. ccccl xxxi. iiii Idus Iunii Sixto quarto pont. max. p̄curante, cuius doctrina et ingenii acrimonia plurimū delectabatur, patrū cōmuni uoto ī præsidentē totius ord. prædic. deligitur. Vir fuit acris ingenii, et eruditione præditus, atq; in disceptationibus litterariis infractus. Igitur præfectura ordinis accepta. mox mittitur a sixto pont. max. in germaniā Legatus ad Federicū tertiū Imperatorē, ad sedādos tumultus aduersum se exortos. Quippe uerebatur ne Germaniæ principes aduersum se molirentur. Saluus itaq; iam ætate grauis in Germaniā cōcessit, atq; secundū uota pontificis, soler ter et prudenter omnia sedans, Romā reuersus est, functus legatione, Vita excessit anno domini. Mccccl xxxiii. xyii. Cal. Octobris et in Choro Templi Mineruæ iuxta Leonardū egregio sepulcro tumulatus. Iussu suo dū esset Coloniæ Agrippinæ Magni Alberti sepulcrū reseratū est, Ex cuius uenerādo corpore lacertū secū Romā detulit. Quē post lacertū cum manus articulis, Bartholomæus Comacius Bononiēsis (de quo post modū uerba facturi sumus) Bononiēsi Templo elargitus est. Saluus itaq; pauco admodū tempore ordinē rexit, Proposuerat enim multa opera egregia peragere quæ emolumēto et honori toti ordini futura erant, sed extincta fax lucem edere non potest. Vitam diui Vincentii Confessoris edidit.

Vita Vincentii, confess. per ipsum edita

BARTHOLOMAEVS COMATIVS BONONIENSIS FLAMINIVS ITALVS GEN. MAG. XXXIII.

BARTHOLOMAEVS Bononiēsis honesta Comatiorū familia ortus, sextodecimo ætatis suæ anno togā p̄dicatoriā sumpsit. Porro sumpta toga, animū appulit ad ea, quæ religionis, et doctrinæ erant, ita ut breui admodū tempore, ut erat ingenii docilis, et bonæ mentis, in uirum insignē in utroq; euaderet. Quo factū est, ut doctoratus

insignibus, circa ante quadragesimũ ætatis suæ annũ in Gymnasio Bononiensi patrũ iussu præter Cõgregationis nostræ Lombardiæ consuetudinẽ ob eius eminentẽ doctrinã, ac morũ honestatẽ, ornaretur. Cõgregatio Lõbardiæ Patres illi appellantur, qui collapsum ordinẽ, initio in Italia instaurare cæperũt, et deinde instauratũ cõseruarunt, conseruantq;. Fuit Bartholomæus forma egregia, statura mediocri, facie uenusta, et secundũ reliquũ corporis proportionẽ, magna et delectabili. Eloquens, et indicẽdo uehemẽs, in corrigendo seuerus et parcus, tenacis memoriæ, acris ingenii, Cerimoniarũ cũ quadã grauitate præcipuus asseruator. Cernentes patres nostri uiri modestiã et grauitatẽ (uulgo dicti obseruantiales) post præfecturã Cœnobii Bononiensis, ipsum cõmuni uoto in præsidentẽ dictæ Congregationis uniuersalẽ delegerũt i synodo Veronæ acta. Porro hos p̃sidentes uocamus Vicarios generales Magistri Generalis ord.) Nec sua patres fefellit opinio. Quippe sic functus est per bienniũ eo officio, (non enim præterire licet) ut fere omnes assererẽt Bartholomæũ p̃fectura totius ordinis fore dignũ. Cẽsuram aliquãdo egit seuere contra perditissimos homines hæreseos labe inquinatos in urbe nostra Bononiensi, et præfuit Gymnasio omniũ cũ ingenti laude. Igitur mortuo saluo Cassetta, Oliuerius Carapha Neapolitanus Cardinalis, ordinis nostri patronus, quẽ dicunt Protecorẽ) uir insignis animaduertẽs ordinem collapsum in pluribus prouinciis (Nõ enim adhuc instaurari poterat ad plenum paucitate fratrum obseruantialiũ, et ex incuria aliquorũ præfectorũ) animũ adiecit, ut quispiã toti ordini præficeretur, cuius morum honestate, ingenio, et autoritate, Ordo totus ad pristinũ uiuendi modum reduci posset. Quare accito presidente Congregationis Lõbardiæ, petiit sibi dari uirum probũ tanto dignũ officio. Igitur præsidens, communi aliquorũ patrũ nostræ Cõgregationis uoto, hunc Bartholomæum ueluti uirũ ad quæq; grauia peragenda aptum, obtulit. Quẽ pontificis maximi autoritate fretus Oliuerius Cardinalis mox Interregem creauit. Demum in synodo Generali in Cœnobio Mineruæ Romæ anno domini. M. cccc. lxxxiiii. in festo Diui Dionisii celebrata, a patribus Bartholomæus totius ordinis prædic. præfecturã accepit. Porro acẽpta præfectura Perusiũ accessit uisendarũ ædiũ gratia, ubi uita excessit, anno domini. M. cccclxxxv. IIII Nonas Augusti hora noctis secũda, ætatis suæ anno quadragesimo sexto nũdũ complecto, et ibidẽ sepultus, Rexit aũt ordinẽ circa mẽses nouẽ postq̃ p̃fectus fuerat. Vnde mirũ ẽ, si diligẽter obseruaueris, q̃ nullus p̃fectorũ extra Penthecosten electorũ superuixerit annũ. Eius gratia Lacerto cũ articulis manus Magni Alberti Cœnobiũ nostrũ plurimũ gaudet.

Marginal notes: forma bartholomæi — Oliuerius Carapha Cardinalis — Art.

BARNABAS SAXONVS NEAPO. ITALVS GE. MA. XXXIIII.

b ARnabas Neapolitanus, post Bartholomæi Bonon. obitū, cū causas ordinis ageret ī Ro. Curia (qui ꝓcurator uulgo dicit) in synodo generali Venetiis acta ī Cœnobio sanctorū Io. et Pauli āno dn̄i Mccccľxxxvi. iiii. Cal. Iulii. patrū suffragiis, in ꝑsidētē ord. electus est. Fuit uir bonus, moribus et litteris ornatus, educatus ī uita regulari Neapolitanæ Cōgregationis. superuixit ordinis præfectus per mensem, sepultusq; est in Templo sancti Ioannis et Pauli. MCCCCLXXXVI. tertio Cal. Augu.

IOACHINVS TVRRIANVS VENETVS ITALVS GENERALIS MAGISTER. XXXV.

i OACHINVS Turrianus post ꝑfecturā prouinciæ sancti Dominici, quā pluribus annis egerat, āno domini. Mccccľxxxvii. Venetiis ī cœnobio. s. Io. et pauli ī cōuētu generali habito, cōi patrū uoto, post mortē Barnabæ, toti ordini prædic. præfectus ē. iiii. Nonas Iunii Fuit uir apꝑme græcis et latīs litteris pollēs. Parcus ī cibo, ita ut ī die semel dūtaxat cibū sumeret, et tēperate, In cultu corporis, et societate modestiam seruās. Postq̄ ordinē annis fere tredecim rexerat, Romæ Cal. Augusti mortem obiit anno domini. M. D. Regēte ord. Ven. patre isto, ipse togā religionis sumpsi ætatis meæ anno quartodecimo. vii. Cal. Decēbris hora fere uigesima prima, anno domini. Mccccxciii. præsidēte secūdū cōgregationi Lōbardiæ illo uiro īsigni Vincētio Bādello, de quo mox uerba faciemus. Sepultus ē Ioachinus ī tēpli Mineruæ choro ad dexterā leonardi perusini

VINCENTIVS BANDELLVS NOVOCASTRENSIS INSVBER ITALVS GENERALIS MAG. XXXVI.

u INCEntius Bādellus oppido Nouocastro, uulgo Castronouo dicto, diocesis Terdonēsis Galliæ cisalpinæ, parētibus honestis satus e. Initio q̄dē adulescētiæ suæ ī ordine ꝑdicatorū sacris initiatus, litteris impigre p oēm ætatē, ac sacris cerimoniis operā dedit. Quo factū ē, ut inter sacrarū litterarū interpretū, ꝓcedēte ætate, egregie ab Innocētio. viii. pont. Max. ob palmā de aduersariis reportatā in disceptationibus litterariis factis, oīum cū īgēti applausu, numerū repositus fuerit. Sua. n. tēpestate fuit optimus disceptator, ita ut illi par haud inueniret. Erat mediocri statura, facie magna et uenusta, capite magno, et procedente ætate caluo capillisq; canis conspersos. In omnibus gestis compositus, ut ex suo composito et iucundo aspectu, omnium animos in sui reuerentiam flecteret. Vestiebatur munde, et secūdum patrū instituta, quarū maximus extitit assertor, Vocem habens grauem et lenem, Mitis, lenis, et grauis in cunctis

Vincentii forma

Mores Vincētii.

actibus suis. Potius. n. lenitate adnitebat nocētes corrigere, q̄ seueritate. Id, q̄d plurimū approbo. Duas inter cæteras disceptatiōes (quas disputationes uocant) egregias egit, quibus maxima interfuit litteratissimorum copia uirorum, alterā corā Hercule Estense Ferrariæ principe de conceptu deiparæ uirginis Mariæ, alterā corā Ludouico Sfortia postea Mediolani duce, aduersus iudæos, ex quibus, omniū cum applausu hominū et admiratione uictorias reportauit. Prætereo cæteras per eum actas Romæ, Vigleuani Insubriæ, Forocornelii, et in plerisq; aliis locis, et præcipue in synodis prouincialibus, (quæ capitula congregationis Lombardiæ adpellant) Mirabile dictu, q̄ toties congressus in huiusmodi litterario bello, nunq̄ inferior discesserit. Igitur animaduertētes patres uiri prudentiā, et doctrinam, quibus plurimū pollebat, præfecerūt gymnasio Bononiēsi et Cœnobio, censoréq; approbāte pont. max. aduersus homines hæresi infectos creārūt. Demū totius congregationis nostræ prouinciā illi tāq̄ uiro probo, et pro tāto officio digno demandarūt. Bis enim Bononiēsi Cœnobio, et cōgregationi Lombardiæ præfuit omni cū laude. Postremo præsidens Cœnobio sanctæ Mariæ Gratiarū Mediolani, uita functo Ioachino Turriano, et Francisco Florentino interrege (porro is causas in Romana Curia ordinis prædic. agens interrex iussu Alexandri. vi. pont. max. creatus fuerat, sed dūtaxat mensibus tribus superuixerat, et sepultus in templo sanctæ Sabinæ Romæ) Oliuerius Carapha Cardinalis Neapolitanus uir egregius (quem antea citauimus) cognita Vincentii prudētia, solertia, Litteratura, et sanctimonia (quippe et rumore, et fama id cognouerat) exaudierat enim eum fuisse Charissimū Ludouico Sfortiæ principi Insubriū uiro excellentissimo, ut ausim (pace aliorū dixerim) affirmare totius orbis terrarū nostra tempestate, Sed obsecro quis a futuris potest se tueri?) interregem approbāte Alexādro pont. totius ordinis prædic. eum declarauit. Meditatus est uir prudētissimus ordinē iam ad institutiones maiorū coalescentē per eū facilius posse iuuari. Nec eum fefellit opinio, nec alios. Per litteras enim apostolicas ex Mediolano (forte præsidebat cœnobio Gratiarū, post captiuitatē Ludouici Sfortiæ, et æque carus erat Gallis heroibus, et præcipue Cardinali Rothomagēsi uiro insigni, cuius familiaritate, uisa uiri doctrina, et sanctimonia, ac maiestate, plurimum delectabatur) Romā accersiuit. Vnū dixerim, quod ex eius ore excidit, perlectis pōtificis litteris obstupescēs. Nunq̄ enim hoc putarā, facilius, inquit crediderim inter Cardines Ro. ecclesiæ me aliquādo cōnumerari potuisse, q̄ toti ordini prædic. præfici. Porro Ludouico Sfortia moderāte rebus Italiæ, facile id munus a pont. cōsequutus fuisset, dūmō isedisset faio, Hoc uerō, nō nisi patrū suffragio agi pōt. Iter arripiēs, Bononiā ante natalē dñi ingredit, Et sacris p̄ eū egregie peractis (quā dicūt missam) cū ad sumēdū cibū discubuisset, in frequēti fratrū cōsortio (quod refectoriū appellitatur)

Attende.

Franciscus Florētinus Interrex.

Att.

Laudes Ludouici Sfor

Dionysius Bononiensis pro suggesto stans, sic uerba fecit. QVI res præ/ claras, et memoratu dignas, olim gesserant, Vincenti Inclyte patresq; uene/ randi hos honoribus, pconiisq; maximis, maiores nostri optimo iure pro/ sequebant. Honores enim, ac laudes (ut Aristoteli optimo philosopho pla cet) præmia sunt uirtutis, Qua, qui decorati sunt, nō parū fœlicitatis adepti uident. Itaq; illorum, alios Ciuica, alios Obsidionali, ac Murali, nōnullos Triūphali, naualiq; Corona donatos in ueterū inuenimus historiis. Quid enim memorē Luciū Siciniū dentatū? aut Manliū Capitolinū? strenuos, ac fortissimos uiros? Quid innumeros tā Græcos, q̄ Ro. Imperatores? qui/ bus ab. S. P. q; triumphi, et alii honores pulcherrime decreti sunt? Fuit iste, antiquorū mos, institutūq;, ut nihil q; fortissime, aut magna cum uirtute actum, gestūue esset, uel inhonoratū, uel emolumēto uacuū relinquereret. Quo fiebat, ut ad uirtutes accensi animi, nihil durū, nihil arduū pertime/ scerent. Verū longe maiori admiratione, ac laude, ii mihi digni uident, qui, nō armatos, et efferatos in bello hostes, sed diabolū, sed mūdū, sed sensualē, affectū suū, et se ipsos fugarūt, uicerūt, et subegere. Nulla. n. (ut Cicero no ster Senecaq; existimāt) maior est uictoria, nullū facinus maius, q̄ se ipsum supare. Quare cum id Christianæ fidei plurimi cognouissent, abiectis, spre tisq; mūdi uoluptatibus; sacræ religioni se se addixere. Hinc beatissimi Be/ nedicti, hinc diui parētis Dominici, hinc Seraphini religio Francisci, Hinc aliæ religiones initia sumpsere. Cū aūt egregie Vincenti, hanc præclarā tui ipsius uictoriam, imo potius, æternā fœlicitatē assequi te arriperet diuina cle mentia, ad hunc toto in orbe celeberrimū, et bonarū artium disciplinis ac sanctimonia radiantē prædicatorū ordinem, atq; id quidem in adulescētia tua, et inspirauit cœlitus, et uocauit. Cui tu minime reluctatus (quippe, qui nō ignorabas eam esse dei uolūtatē) præsto es obsequutus. Id uero quantū tibi, et ordini utilitatis fuerit et gloriæ, si te præsente, paucis perstrinxero ro/ go ne adulandi gratia, id a me fieri arbitreris QVAMq̄ aūt magis hone/ stissimis semper factis, q̄ ullis laudationū auris delectaris, aureā tamē gloriā aspernari nō debes, præsertim, quam tibi cōmunē cū toto ordine esse intelli gis. Ingressus tu pulchra indole adulescentulus Diui Dominici ordinem in hoc egregio et amplissimo Cœnobio, primum omnium, ea iecisti fun/ menta sanctitatis, quæ nemo, nisi inuidus admiretur, non extollat. Nulla enim humilitatis, nulla obedientiæ, ac cæterarum uirtutum officia præter/ mittens, exemplum bene sancteq; uiuendi cæteris, qui tecum erant, tyrun/ culis, ostendisti. Deinde cum patrum iussu dialecticam, et alias disci/ plinas (more religionis nostræ) audire occœpisses, adeo proficiebas, ut stu/ porē cūctis iniiceres. Es enim pater optime acri ingenio (et quod paucis do natū ē) memoria admodū tenaci. Quāq̄ uero die noctuq; litterarū studiis

Dionysii bon. orō.

Att. Vitā totā Vincētii.

Iacobꝰ bononiensis. operã dares, nihil tamẽ ꝙ religiõis, et deuotiõis erat omittebas. Testes sunt mihi harũ rerũ plurimi patres, quos inter Ven. senior Iacobus Bononien. noster, quem a teneribus annis, bonorũ morũ, et religiosæ uitæ ducẽ, ac magistrũ habuisti. Is quotiẽscũq; interloquẽdum de te sermo incidit, miris te effert præconiis, et ut mihi uidet̃, non parũ gloriæ se lucratũ existimat, ꝙ te in numero suorũ discipulorũ habere cõtigerit. In his itaq; deuotionis et uirtutũ actibus edoctus, exercitatusq;, cũ iam adulescẽtiã esses supgressus, sacerdotio initiatus, totius philosophiæ peritissimus, et aliquãdiu nostræ theologiæ incubuisses, maiorũ tuorũ decreto, inter studẽtes adscriptus es, solemni disputatione, more huius excellẽtiss. gymnasii prius habita. In qua cũ argumentiũ rationes pulcherrime, ingeniosissimeq; diluisses, ꝙ modo factum cernimus, qui examini præerãt, te in summũ Theologũ euasurũ uaticinati sunt. Et quoniã in hac litteraria palestra, breui atq; optime profecisti, non multo post patribus placuit, ut ipse alios edoceres. Quod tu nõ recusans, complures, qui adhuc extãt, in dialectica, in naturali, ac diuina philosophia theologiaq; plenissime erudisti. Quãtũ aũt in omnibus priuatis, publicisq; disputationibus, honoris et gloriæ cõsequutus fueris, nemo est, qui nesciat. Quid enim loquar de illa memorãda disputatione, quã Forocornelii Flaminiæ urbe de Cõceptione beatissimæ uirginis? Quid de illa, quã Ferrariæ corã Hercule Estense fortissimo principe, et tota ciuitate, cõtra tot in omni sciẽtia doctores, solus habuisti? Quis ignorat illis oĩbus te fuisse superiorẽ? Probat equidẽ hoc opusculũ, quod a te compositũ, postea multis procurãtibus, caracteribus impressum, In quo luce clarius, licet inspicere, queadmodum omnes eorũ argumẽtationes, et sophisticas rationes dissoluis, cõfutas, refellis, friuolas, et quasi nullius nerui ostendis. Probauit hoc Inclytus ipse

Hercules Estensis princeps Hercules, atq; alii complures, Qui post tantam disceptationẽ in Conuẽtu omniũ, nõ ulnis minus, q̃ animo, amoreq; complexi sunt. Prætereo ꝙ in hoc Cœnobio studẽtiũ Magister, Bacchalarius, ꝙ hæreticæ prauitatis superiori tempore fueris Inquisitor. Nõ sum in eo occupatus, ut oẽs laudes tuas (quæ certe multæ maximæq; sunt) impræsentiarũ ꝓsequi uelim. Venio ad Magisteriũ tuũ, in quo ipso (mea sentẽtia) plurimos antecellis. Veneratione plane digna est hæc dignitas. Verum multũ refert a quo eam

Innocentius VIII. assequare. Sed a quo eã doctiss. pater recepisti? Ab illo certe, qui et ipse doctus erat, Innocẽtio. viii. pont. max. Quæ res tibi ĩ ultimis ornamẽtorũ tuorũ, nõ fuerit. qñ tuæ doctrinæ tãti uiri testimoniũ, nullis p̃cibus, nullis pecuniis, es promeritus, Neq; uero sanctimonia tãtũ et doctrina, sed ẽt prudẽtia, rerũ gerẽdarũ peritia, mãsuetudine, clemẽtia, et animi magnitudine splenduisti. Quod cum patres nostri animaduertissent, te in præsidẽtẽ huius nostri Cœnobii Felsinei primũ, deinde Mediolanẽsi cõmuni sñia delegerunt.

Quod multos annos ad hoc usq; tẽpus, a te prudẽtissime rectũ, guberna/tũq;, fatent oẽs. Electus præterea bis in Vicariũ nostræ cõgregationis Lombardiæ Generalẽ, adeo strenue et religiose te gessisti, ut magis antea nemo. Quibus rebus tuæ reuerẽtiæ candida fama per oẽm Italiæ oram aliasq; christianitatis prouincias aduolauit. Quã cũ insignis Oliuerius Cardinalis ro. ecclesiæ protector ordinis nostri sæpius accepisset, te in demortui Generalis ord. nostri Magistri locũ ultro suffecit, Atq; ita suffecit, ut omniũ opinio/ne etiã magistrũ totius nostræ religionis, patrũ suffragiis, sit creaturus. Idq; ego summi et clemẽtis dei prouidẽtia, et beatissimi patris nostri Dominici precibus, crediderim euenisse, ut hanc splẽdidissimã religionẽ, plerisq; in lo/cis fere labentẽ, in pristinã sacrarũ constitutionũ, et regulæ nostræ restituas obseruationẽ. Postq̃ Dionysius orãdi finẽ fecit, a Vincẽtio patre ueneran/do amplissimis uerbis mox reprehensus est, eo q͛ non fuerit ueritus corã tã ample se ueluti eblãdiẽs, aut ei adulans, laudare, et res retroactas per se recen/sere, Id quod et molestũ, et pergratum fuit pluribus. Molestum inq̃, q͛ ea, quæ in ore oĩum erant, coram narrari impune poterãt, nec uidebant adula/tionis, aut assentationis aliquo modo præseferre speciẽ, Pergratũ uero aliis uiri grauitatem, et prudẽtiam intuentes, qui Salomonis cõsilio utẽs, in uita sua neminem laudãdũ censebat. Peractis diebus natalitiis, iter cũ Domini/co Mortario uiro insigni (quo, aliorũ pace dixerim, mea adhuc ætas nemi/nem moribus cõpositorẽ, honestiorẽq; uidit) Romã iter direxit. Et edicto cõuentu generali anno domini. MDI. tertio Cal. Iunii. cui Oliuerius car/dinalis interesse uoluit, in sabbato Penthecostes patrũ oĩum suffragio, præ/fectus est toti ordini prædicatorũ, omniũ cũ ingenti applausu. Demũ accẽ/pta præfectura, Curiã missam faciẽs, animũ adiecit ad ordinẽ erigẽdum, Et cœpit per prouincias discurrere, grauia ferẽs edicta contra insolẽtes, sed ui/ta functo Dominico Mortanen. in Cœnobio Bononiẽsi, et ascito Eusta/chio Platesio Bononiẽse uiro et litterato et modesto, Qui nũc causas agit in Curia Ro. pro toto ordine prædic. (quẽ appellant ordinis procuratorẽ) Gallias ingressus est. Deinde Hispanias, Burgũdiã, partẽ Germaniæ, breui/admodũ tempore ꝑcucurrit, ut ordinẽ ĩ plerisq; locis collapsum in melius reformaret. Quippe uiri maiestatem oẽs admirabant, et præcipue Ludoui/cus Gallorum rex cum omnibus Galliarũ heroibus. Sicq; Margarita uirã/go Hispaniæ Regina eum admirata est, ut pluribus uasis argenteis pro sa/cris faciundis: quã missam uocant: cũ cruce argentea, et uestimẽtis precio/sissimis eũ donauerit. Quarum postea partem diui parentis Dominici se/pulchro dono obtulit, et partem alteram Cœnobio Vicqueriensi Galliæ togatæ. Instante tempore Generalis Conuentus in urbe Mediolanensi ad sanctum Eustorgium habendi, reuersus est in Italiam, demum peracto

Att.

Laus Dominici mõtarii.

Vincẽtius prædic. or. præficit.

eustachius Bononiẽ.

Ludouic. rex.

Margarita regina.

dicto Conuentu, Romam contendit, deinde in Calabriam. Porro resta/bat duntaxat ex omni Italia ea extrema ora uisenda. Quo factum est ut in Cœnobio Montisalti, in uigilia diui Augustini, postq̃ paucis diebus ægrotauit. anno domini. M. D. VI. uita functus sit septuagenarius, et suo iussu, (sic enim iusserat anteq̃ spiritũ efflaret) delatũ eius corpus Neapolim p̱ Eustachiũ Bononiẽsem et Matthæũ Bãdellũ eius nepotẽ, quos socios laborũ suorũ delegerat) in tẽplo diui Dominici sepelliendũ. Edidit nõnulla opera et præcipue duo uolumina de Cõceptu beatiss. uirginis, opusculũ de pote/state Papæ, et multiiugas in Theologia questiones, itẽ declarationes Insti/tutionũ nostrarũ. Fuit uir nostra tempestate omni laude dignus.

obitus uincentii.

Opera per ip̄m edita.

IOANNES CLEREVS GALLVS GEN. MAG. XXXVII.

i OANNES Clereus mortuo Vincẽtio Bãdello, Oliuerio Cardinale procurãte apud Iuliũ secũdũ pont. max. Interrex mox crea/tus ẽ. Fuit is Ioãnes rigidus, seuerus, et quæ religiõis erãt, optimus asseruator. Maximo in precio, ob eius doctrinã atq; sanctimoniam, fuerat apud Ludouicũ Gallorũ regẽ, et Annã reginã eius cõsortẽ. Interrege crea/to, cũ Ludouico rege Italiã ingreditur moturo in Ligures, porro ab eo de/fecerãt, nobilibus a plebe exclusis. Potitus uictoria rex, Ioãnẽ Papiã præmisit, ut Cõuẽtui Generali indicto interesset pro nouo deligẽdo p̃fecto præ/dicatorum ordinis. Itaq; datis secundo suffragiis, patrum communi uoto Ioannes præfectus est anno Domini. M. D. VII. post festum Trinita/tis. Is uero absoluto cõuẽtu, quẽ egerat in cœnobio diui Thomæ: Romam uisendi Iuliũ pont. max. gratia adiit. A quo multis dipplomatibus dona/tus, reuersus in Aemiliã, Parmẽse Cœnobium reformauit. Et exinde abiens ægrotans Papiam circa medium mensis Augusti in ædibus sancti Apollinaris extra urbẽ, deuotissime deo spiritũ reddidit, eodẽ anno, ibiq; sepultus in sacello primo ad leuã aræ. Dũtaxat mẽsibus duobus uel circa, postq̃ præfectus fuerat ordini prædic. superuixit. Plura facere proposuerat circa ordinis instaurationẽ, sed heu morte præuẽtus, uir de deo deq; religione bene/meritus nimis intempeste decidit. Vix attigerat: ut aiũt: annum quadrage/simũ septimũ. Fuit uir intrepidus ad quæq; agẽda p̱ sanctissima religione.

Mores Io.

obitus Io.

THOMAS DE VIO CAIETANVS ITALVS GENERALIS MAGISTER. XXXVIII.

t HOMAS ex honesta uiorũ familia Caietæ duxit originẽ. Adu/lescens uero prædicatorũ togã sumpsit, Qua plurimũ profecit, cũ

moribus tum doctrina, ut omnibus loco miraculo sit. Missus Bononiam ut scientiam ab ipso gymnasio excellentissimo hauriret adhuc adolescens, deinde Patauium mittitur, quo factū est, ut breui admodū tempore, ob eius ingentē doctrinā meruerit inter sacrarū litterarū interpraetes omniū cū applausu adscribi. Procedente uero aetate, publico stipēdio, iubente Ludo uico Sfortia Insubriū prīcipe grauissimo, Papiae excellētissime docuit. Tā dē Vincentio Bandello creato praefecto totius ordinis nostri (ut diximus) uitaq; functo Frācisco Florentino agente causas ord. ꝓcuratore uulgo dicto, Romā accitus, ꝓcurator factus est, deinde mortuo Ioāne Clareo, Interrex p Iuliū secūdū pont. max. procurāte Oliuerio Carapha cardinale Neapolitano patrono ord. praedic. dictus. Tādē in synodo Generali Romae ad Mineruā acta patrū cōi uoto toti ord. praedic. praeficitur anno domini. M. D. VIII. in uigilia pēthecostes, anno uero aetatis suae trigesimo nono. Et nūc ī humanis agit. Vir est parui corporis, pusillaeq; staturae, sed ingētis animi ingentisq; litteraturae, Neminē ueretur, ubi Iustitia exigit. Nūq̄ pōt ab ea deflecti, neq; pretio, neq; precibꝫ aut pollicitationibus. Munera q̄ primū dictus fuit ordinis praefectus detestatus ē, et sic detestatus, ut cōtinuo legē ꝓtulerit aduersus praesidentes ord. ac ꝓuinciarū munera accipientes ac imposterū acceptaturos. Plura in eius laudationē possē proferre, eo q fere p annū sotiū me illi praebuerim, in his, quae pro ord. agēda erāt, sed obtēperare uerbis sapiētis uolens dicentis Neminē laudaueris ī uita sua, et Senecae, Lauda parce, in aliud tēpus differā. Et cū sit uir doctissimus multa opera hactenus edidit qbus uiri doctrina, litteratura, et ingenii acrimonia facile cognosci potest.

Tho. praedic. or. praefic.

Att. Thomae laudes

Opera per ipsum edita, hic notantur. et in primis. Commentaria in primā partē, et primam secundae, et secundam secundae diui Thomae Aquinatis.
De Potestate summi pontificis
Apologia de Potestate Papae et Concilii
Opusculum de Cambiis
Questio de Voto
Questio de Maleficiis
Questio de Vsura
Questio de Lucro
Questio de Festo
Questio de Nouitiis
Questio de Castitate
Questio de Pontificatu
Questio de simonia


Opera p eū Tho. edita

Questio de Confessione
Questio de nouitio contrahente matrimonium
Questio de potestate papæ
Questio de matrimonio
Questio de usu spiritualium rerum
Questio de spasmo. B. Virginis
Questio utrũ uotum existat de meliori bono etc.
Questio de pollutione
Questio utrum usura soluta ab accipiẽte sine neccessitate pecunias mutuo sit restituẽda illi q soluit etc.
Questio de Collatione sacri ordinis
Questio de ritu celebrationis
Questio de celebratione
Tractatus de Elemosinæ præcepto
Tractatus de nominum analogia
Responsio de conceptu entis
Questio de subiecto naturalis philosophiæ
Questio de Infinitate primi motoris
Questio de potentia neutra
Questio de potẽtia receptiua actuũ supnaturalium.
Oratio corã Alex. vi. pont. max. de ui diuini cultus.
Oratio corã Alex. vi. de unione uerbi cũ natura humana.
Oratio coram Alexandro vi. de Causa mali etc.
Oratio corã Iulio. ii. pont. max. de Immortalitate aĩarũ.
Oratio corã Iulio. ii. quomodo spiritus paciantur ab igne corporali.
Oratio coram Iulio secundo in secunda Lateranensi sessione de synodorum differentia.
Expositio sup tres libros de Aĩa, super de cœlo et mundo super libros phisicorũ, super Methaphisicã, sup prædicamẽta, sup libros posteriorũ, sup prædicabilia porphirii, scriptũ super secũdũ librũ peryermenias, quẽ sanctus doctor, morte præuentus non compleuerat.
Expositio super de Ente et essentia diui Thomæ Questio an in Christo sit unũ esse. et nonulla alia opuscula ab ipso sunt edita, quæ scribere Longum esset.

De Viris Illustribus ord, prædic. Liber Primus absolutus per Ioannẽ Garzonẽ oratorem clarissimum et Leandrum Albertum Bononien.








LEANDRI ALBERTI BONON. IN SECVNDVM DE VIRIS Illustribus or. Prædi. Librũ Procemiũ incipit Ad. R. P. Eustachiũ Platesiũ bononiẽ. Theologũ pſtãtiſs. et ĩ Curia Ro. ꝓ toto or. p̃dic. ꝓcuratorẽ digniſs.

P OST primũ ord. nri de uiris illustrib9 librũ absolutũ, quo octo et triginta dictatores, seu generales magistri (ut aiũt) uiri insignes, oĩqꝫ honore nominãdi cõtinent̃, ad secũdũ accedo, librũ certe nobilẽ, et egregiũ, licet breuẽ, tamẽ oĩbus miraculo futurũ. In eo siqdẽ Imperatores iuictissimi reipublicæ Xp̃ianæ plures cõtinent̃, cũ priscis illis, quorũ plurima qdẽ ab historicis mẽtio fit, cõparãdi. Ii. n. Cẽsores hæreticorũ, pleriqꝫ fuere, qui ꝓpriã uitã nihilipẽdẽtes, ꝓ xp̃o optimo max. mortẽ subire nõ exhorruerũt. Memini me iã diu ĩ historiis tã Græcorũ, q̃ nostrorũ, et præter Græcos, exterarũ quoqꝫ gentiũ, ut Assyriorũ ac Parthorũ, quãtũ studio assequi potui legisse huiusmodi uirorũ fortiũ quosdã pro patria mortem oppetiisse, quosdam pro Ciue conseruando, alios pro Charitate parentum uel sui, C mnes tamen pro fugaci ac caduca mundi gloria, Qui uita defuncti in præceps reuerunt, ac in infernũ demersi sunt. At q ii uiri triumphales nostri, de quibus nũc agimus, uexillo explicato, cursu effuso, pro xp̃i nomine, proqꝫ eius republica, aduersus hostes intrepidi processere, Et sic quidẽ processere, ut eos cõtinuo expugnauerint, subegerint, atqꝫ ex ipsis uictoriã reportauerint, Q uẽ ex ueteribus illis tam Romanis q̃ exteris, Petro Veronẽsi, Pagano Bergomẽsi, Põtio, et cæteris, q ꝓ xp̃i fide mortẽ subiere, cõparabimus? Cõstat Decios, et alios quosdã pro Libertate patriæ cõseruãda, proqꝫ inani gloria cõsequẽda, se deuouisse, uitãqꝫ ꝓpriã ꝓfundere nõ timuisse uerũ dũ patriæ salutẽ et libertatẽ, suiqꝫ nominis celebritatẽ quærũt, sibi mortẽ ac seruiturẽ iuenere, et apud deũ suarũ rerũ gestarũ perpetuã obliuionẽ. At nõ sic nostri, q cũ libertate reipublicæ xp̃ianæ, suã cõseruarũt, imo adepti sunt. Animaduertere igitur licet quãtũ inter illos priscos duces pugnacissimosqꝫ uiros ab historicis adeo celebratos, et nostræ reipub. xp̃ianæ egregios Imperatores istos intersit. Hi nostri duces uictores illorũ superarũt, uidelicet mũdi gloriã, Carnis illecebras, et machinamẽta diaboli. Q uo factũ ẽ ut illã diuinã ac cœlestẽ domũ cõsequuti fuerint, fructũ referẽtes ꝓ laboribus hostiũ tropæũ pro parta uictoria, et pro sanguine fuso, coronã de lapide precioso. Ad te igitur Pater præstãtissime Eustachi uenio, Q ui huiusceuiros imitatus, homines hæreseos labe inquinatos, improbos, scelestos, prophanos, assidue urges, oppugnas, et prosternis, in cõi patria, ex quo cẽsor dictus fueris, Placuit mihi hac de cã hoc te secũdo libro donare, tãq̃ Cẽsorũ actibus, et gestis, Cẽsorẽ, Q ui sit qdẽ mei ĩ te amoris, ac obseruãtiæ tanq̃ pignus, ac testis uberrimus. Neqꝫ hoc solũ præsentis æui homines, sed etiam posteri nouerint, atqꝫ testentur

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATORVM LIBER SECVNDVS INCIPIT.

IOANNIS GARZONIS BONONIENSIS ORATORIS CLARISS. IN VITAM DIVI PETRI MARTYRIS PROOEMIVM AD VENERANDVM. P. F. IO. TORPHANINVM BONON. OR. PRAEDIC. INCIPIT.

q VI PRO PATRIA MORTEM OCCVbuissent Ioãnes pater optime, his apud Romanos multũ laudis tribuebatur. Nihil enim ab illis præstantius fieri posse existimabatur, q̃ mors, quæ naturæ debetur, pro patria potissimum redderetur. Hinc historiarum scriptores. M. Curtiũ, ꝙ armatus equo insidens se se pro salute patriæ in uoraginem immiserit summis laudibus extulerunt. Hinc Decios, ꝙ alter bello latino se diis manibus deuouerit et sanguinis sui semita, nouũ ad uictoriã (ut Flori uerbis utar) iter aperuerit, alter bello Gallico in confertissimam hostium aciem instratum equum concitarit, fueritq; infestis telis occisus eximiis laudibus ornandos duxerunt. Nimirum falsa Romani opinione ducebant. Qui pro terrena, fragiliq; patria, nullũ nec cruciatus, nec mortis genus recusabant. Petro Veronensi, mea sententia, magis egregius est titulus, Qui contempta hac terrena patria, ad illam cœlestem, ac diuinã adipiscendam, omnem uim suam expressit. Quotiens crudelissimum hostem uicit? Quotiens in fugam uertit? Eam consecutus est gloriã, quæ in omnium gentium mentibus herebit, Cum igitur religiosissime Ioãnes, in ociũ uenissem, libuit mihi huius gloriosissimi Martyris uitam litteris mãdare, Cui uero libellũ ipsum dicarem, te unũ delegi. Quippe ingenio, prudẽtia, fide, religione polles, Nec te ullũ simulationis genus delectat.



DIVI PETRI VERONENSIS VITA PER IOANNEM GARZONEM.

q VIBVS Petrus ortus sit parentibus, nulli scriptores memoriæ prodiderunt, Verum ipsum Veronensem, tantaq; fuisse cōstantia, ut nunquā ab his, quibus maximis et propinquitatis et affinitatis uinculis coniungebatur, ad hæreticam prauitatem traduci potuerit. Erant illi quidem ea labe inquinati neq; eorum intellectus ad fidem captiuabatur. Vix septimum agebat annum cum a litteratorio ludo redeunti patruus, quem uehemens hæresis occupabat, obuius ꝓdiit. Huic, quid ex præceptore assecutus eē, interroganti respondisse fertur se christianæ ueritatis fundamenta percæpisse. Tum patruus, errasi nquit Petre, et uehementer erras, cum quæ oculis intuemur non a deo, sed ab aduersario nostro constructa, et ædificata fateri sit necesse. Petrus patrui admiratus inscitiam uel potius dementissimam temeritatem decede, inquit, tua de sententia, Nunq̄ eiusmodi garrulitatem in animum tuum induxeris, Cuncta a Deo creata Diuinæ testantur litteræ, a quibus, si dissentis, inexpiabili laberis imprudentia, quin magistratui tradendus es, Quo ad mihi uita suppetet in sententia perseuerabo, nec me unq̄ cōsilii mei pœnitebit. Non tantum, qui christi religionem suscipiunt, sed ipse quoq; Plato hanc tanti operis fabricam a deo constructam affirmat. Aristoteles præterea ut fama, atq; auditione accœpi, in eo libro, quem de Deorum natura conscripsit, mundum a Deo fabrefactum firmissimis rationibus ostendit. Quare tantæ temeritati modum statue. A tāto errore te alienum præsta, Vereor, ne ille colluctator aduersariusq; noster, cum astutus sit et idem ipse uiolentus, tibi collum in laqueum inserat. Resipisce aliquando. Adest christi optimi maximi simulachrum ad eius genua procide, Vt apud ipsum tibi sit locus pro te deprecandi postulato. Postulato, ut te tanto errore liberet. Patruus ira percitus, ꝙ eas sententias, quibus Petrus nequaq̄ assentiri uidebatur, protulerat parenti, ut res gesta erat, exposuit, monuitq;, ut a ludo litterario puerum abduceret, se non mediocri admiratione percelli, quin ille liberalium disciplinarum studiis expolitus ad Romanam ecclesiam omnia consilia, omnes cogitationes suas referret. In hunc modum, quā profiteretur, religio penitus perueteretur. Haud falsus uates fuit, Verū quoniā hæc Dei nutu gerebanť, nequaq̄ pater fratris uerbis fidem habendam putauit. Ei præterea spes iniciebatur nonnunq̄ fieri posse, ut ab aliquo hæresiarcha ex pueri animo tanta opinio, et pœnitus insita euelleretur. Quare ipsum præceptori eruditissimo tradendum

Hæresis.

Art. Petri respō sionem.

Aristot. opinio de mundi initio.

curauit. Non multo post tempore Petrus iussu patris ad urbem Bononiensem, quo doctrina, et optimarum artium studiis erudiretur, iter contulit. Id temporis Dominicus hispanus Vir summo ingenio, summa doctrina, summaq; sanctitate præditus Bononiæ uitam agebat. Casu accidit, ut is concionaretur, populumq; a turpitudine uitæ reuocaret, adniteretur q; ad rectam uiuendi formam traducere, Cum igitur tam egregiam, ac tam singularem nauaret operam, non aberat Petrus. Adeo Dominici sermone commotus est, ut repente omni harum rerum mundialium cura post habita, se se religioni dicandum statuerit. Vt Dominicus sanctissimis castigationibus finem imposuit, Petrus domum regressus est, seq; in cubiculum contulit. cum ostium pessulo obdidisset, cœpit, quæ a Dominico audierat, consilio menteq; agitare. Quas ille protulisset sententias a nulla ueritate abesse. Nullam in his mundi uoluptatibus, quod fugaces, fragiles, et caducæ sunt, spem esse collocandam. Neminem fuisse cuius optatis semper fortuna respondisset. Nequaq̃ eos sibi recte consulere, qui in bonis fortunæ summam fœlicitatem locassent. Alii sibi haberent honores, sibi imperia, sibi pecunias, sibi aurum atq; argentum, et alia laudis insignia, se instituisse, qui in ocio futurus esset, et animo tranquillo frueretur. Vnam ac solam esse religionem, cui si se addixisset, et quietam et tranquillam uitam uiueret. Se illi principi dominoq; mundi Deo, a quo amplissima, et immortalia sibi præmia tribuerentur, perpetuam seruiturũ seruitutem. Tam singulare, ac præcipuum uitæ genus multos delegisse, qui morte obita, in sanctorum numerum relati sunt. Plura in hanc sententiam dixit, quæ a me consulto prætermittuntur. Igitur Dominicum conuenit. Quid sui sit consilii exponit. Sibi in animo esse contemptis huius mundi illecebris ad signum crucis aduolare. Tum Dominicus, cui incredibilem quandam tribuerat natura grauitatem, iocundissimus inquit est mihi aduentus tuus. Voti compos fies, In primis unum illud te admoneo, Religionem, uirtutis officia, et caste, ac sancte uiuendi disciplinã continere, quam qui profitentur, grauissimam sustinere debent personam. Quod omnes mundi uoluptates cõtemnas, reiicias, repudies, non laudare non possum. Christus optimus maximus menti tuæ clarissimum lumen prætulit. Eius instinctu atq; afflatu post hac in tantis tenebris erroris et inscitiæ minime uersabere. Die crastina accedam desyderio tuo. Tu non inimico feres animo, si fratres meos, qui hac de re consilio conferant, accersiri iussero. Non est apud me dubium, quin ad unum omnes tuis sint studiis obsecuturi. Vt dies illuxit affuit petrus. Tum ab omnibus, ut in sanctam religionem reciperetur in unam eandemq; sentẽtiam itum est. Hoc maxime modo in sanctam prædicatorum societatem admissus est. Tria sunt, quæ, ut ego accepi, qui se

Diuus dominicus.

Attẽde ac obserua diligenter.

Fortuna.

Verba dominici ad Petrum.

Petrus toga relig. p Domi. bononiæ induitur.

Tria seruā | religioni dicare instituunt, se seruaturos pollicentur, ut maioribus suis sint
da i relig. | audientes. A temperantia nequaq̄ se alienos præstent. Paupertatem amēt
Nā q maioribus suis minime obtēperāt, hi insolētes, atq; arrogātes sint, ne-
Quāta ma | cesse ē. Nec fieri pōt, ut deo satisfaciāt, cū insolētia, teste Apostolo, radix sit
la oriātur | oīum malorū. Cōplures urbes eo uitio corruerūt. Id qđ Thebæ, Athenæ,
a superbia | Corynthus, Carthago imperii Romani æmula testatur. Qui insolescūt ci-
ues, mutuis se odiis prosecuntur, nec alius alium sibi anteferri sinit. Hinc
coniurationes, hinc parricidia, Hinc templorum spoliationes, Hnc uenena
quibus infinita prope hominum multitudo necata est. Igitur cum Petro
qui, ne tanto sceleri affinis esset, et antistiti, et eius munus sustinenti semper
paruit, sanctissime actum est. Sed sunt non nullæ philosophorum discipli-
næ, quæ temperantiam in frugalitatem, sobrietatem, Pudiciciam, castita-
temq; partiuntur. Ab his Petrus minime dissentiens, tantum cibi potio-
nisq; adhibebat, ut reficerentur uires non opprimerentur. Quotiens uino
abstinuit? Nunq̄ ante solis occasum ieiuniū soluit, Somni parcissimus fuit
Att. | Cum orandum, psallendum, officium Domino reddendum erat, nunq̄
Petri Lau | aberat. Huius mundi uoluptates semper contempsit, illam esse uitam ue-
des. | ram existimans, quæ præsentis uitæ emeretur in commodo. Quāti castita-
Castitas. | tem fecerit, uel hoc maximo est argumento, quod nihil mulieris unq̄ fuit
ab eo cognitum. Ego hanc uirtutem tanti existimo, ut paucas quidem pu-
tem cum ea posse conferri, cum ipsam non modo christiani, sed ipsi quoq;
Lucrecia. | gentiles in summa ueneratione habeant. Lucretia Romana ut castitatem
sibi ereptam animaduertit, superuiuere noluit, quin tantum dedecus sui
Phedonis | corporis morte deleuit. Nobilissimæ Phedonis filiæ (si Ciceronis ac Hiero-
Filiæ. | nymi uerbis fides habenda est) ne a triginta Tyrannis castitate spoliaren-
tur, inuicem se complexæ in puteos abiecerunt. Sic morte uoluntaria turpi-
Dido | tudinem depulerunt. Dido cum Sichęum, cui matrimonio coniungeba-
tur amisisset, in Aphricam traiecit, ubi cum urbem condidisset in memo-
riam illius, mortem uita potiorem habuit. Maluit enim pyra ardere, q̄ alte-
rum uirum matrimonio sibi adiungere. Complures christianas mulieres
cum corpora sua nunq̄ tanta labe inquinassent, in cœlum admissas diui-
næ litteræ testantur. Et id quidem iure optimo. Quid enim ab illis præ-
stantius fieri potuit, q̄ ut Religioni Christianæ, quam profitebantur, pudi-
citiam adiicerent. Multas mea et uidit, et uidet ætas, quæ Christo dicatæ et
Qui bone | castam et sanctam agunt uitam, nec ulla mihi, quin cœlestium numerum
ste uiuunt | sint aucturæ, iniicitur dubitatio. Est enim mors (ut est in prouerbiū cele-
bene mo- | bratū) uitæ cōsentanea honestissimæ sanctissimæq; actæ, Mirari igitur desi-
riuntur. | namus, si Petrus in seruādā castitatē tam propenso fuit animo. M. Seneca

Zenonis æmulus unam esse libidinē affirmat, quæ hominē belluarū simi/lem reddit. Cum enim quis(honore dicto)cum muliere suam expleuit uo luptatem confestim odorē insuauem ingratūq; exhibet. Id quod homini cum belluis commune est. Comum nobilissima est Ligurū ciuitas. Ab ea non longē abest monasteriū Ioanni Baptistæ sacrū. In eo habitās Petrus domino reddebat officiū, cum in eius cubiculo inspectæ sunt uirgines tres, quæ de cœlo delapsæ illo iter susceperant, Agnes, Caterina, Cecilia. Id ego nō humano sed diuino cōsilio factū reor. Erat ad ipsius cubile christi effi/gies cruci affixa et ad parietē deposita. Hæc adeo p̄stāti erat forma, ut in se oīum oculos cōuerteret. Dixisses ipsam politissima Apellis arte pfectā. Igi tur Petrus nullis lachrymis temperās, et ad illius pedes puolutus erratorū suorū ueniā petebat. Cōfestim ad antistitem res delata est, qui uehementer cōmotus patres accersit, et rē oēm exponit. Ex quo iussus est Petrus nulla īteriecta mora ad urbē Esim pficisci. Nō dfuit Petrus illorū uolūtati plu/res dies Esi cōmoratus erat, cū ad xp̄i simulacrū, qd pictor nescio qs in æde pinxerat, procidit. Atq; in hāc sentētiā locutus fert. Qd nā scelus xp̄e opt. max. cōcepi? Quo me errore inquinaui? Quo tā tetro lapsus sum facino/re? ut mihi in hāc terrā pficiscēdū fuerit? Nihil scelerate ī religionē admisi? Cū hāc orationē loqueret, stillabāt ei p ora lachrymæ. Igit cū in hæc de/flēda plaberet, sanctissimū illud, cuius mētionē habui, simulacrū hāc uocē emisit. Vt salui et incolumes essetis, docerēq; iustitiā, in terrā descēdi. Quæ in me adhibita sit crudelitas, qui cruciatus, quā mortē obierim, tu optimus es testis. Sūt hæc litteris pdita. Qd in me scelus hærebat: in quē errorē inci derā? Quo lapsus erā cōsilio? Hæc cū dixisset ne ullū qdē amplius uerbum emisit. Ex quo Petrus querelæ modū statuit. Paucis post diebus Antistiti dormiēti hæc p somniū se obtulerūt. Eo factū est ut Petrū ad ciuitatē Co mensem reuocādū duxerit. Forte nōnullis hoc admirationē mouebit. Nec id fieri potuisse autumabūt. Cur igit scriptoribus gētilibus fidē habēdā pu tant. Arionē ī mare deiectū, et a delphino incolumē ī terrā deportatū scri/bunt. Octauiū Cæsarē, obstrepēntibus ranis, ut silentiū teneret, imperasse nec eas amplius coaxasse. Eodē in littore ambulante, piscē e mari exiluisse et ad pedes eius iacuisse, Coriolano cū Romanis bellū gerēte fortunæ simu lacrum locutū, bouē mugitū in humanū sermonē cōuertisse. Sūt hæc uer/ba atq; ineptiæ. Non enim illorum intellectus captiuabatur ad fidem chri sti. Multa ab illis scribun tur, in quibus nullus est locus ueritati. Plinius Se cūdus. L. Cassitiū Ciuem Gaditanū se uidisse scribit, cū antea esset fœmi na, mutatū marē nuptiarū die. Age quāta laus est cōtēpsisse diuitias, cum

Libido.
Comum.
Christus Petrū allo quitur.
Arion.
Octauius Cæsar
coriolānus
L. cassitiūs
Reuertitur autor ad Petrum.

earum amatores se se in omne scelus ingurgitent, atq; omnia diuitia et humana peruertant? Primus in historia Romana Crispus Salustius pecuniarum cupidinem esse scribit, quæ omnium malorum sit materies. Si quidem auaritia (ut eius uerbis utar) fidem probitatem, cæterasq; bonas artes subuertit. Pro his superbiam crudelitatē deos negligere, et omnia uenalia habere, edocuit. In eādē sententiā cōsensisse apostolū haud negauerim q Timotheū, ne diuitiarū desiderio duceretur, monitū uoluit. Temerariū ē nō esse cōtētum uictu et uestitu. Vidimus multos, qui, ut amplissimas fortunas possiderent omni religionis cura posthabita, in rē publicam, in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruerunt. Sed illæ breui perierūt. Amplæ enim opes, si turpi sunt quæstu partæ, breui tempore dissipantur. Refert Apostolus quosdam tanta pecuniæ coaceruandæ cupiditate ductos, ut Christi fidē deposuerint, Ex quo ab aduersario ad inferos præcipites acti sunt. Summa igitur laus Petro tribuenda est, qui ea fuit constantia, ut his duntaxat, quæ religionis usus postulat, contentus fuerit, nec unq̄ ad congerendam pecuniam adiecerit animum. Iam Petrus omni liberali doctrina, ac theologia omnium scientiarum magistra politissimus euaserat, cum in animarum salutem omni cœpit esse cura intentus. Pauci admodum dies circūagebantur cum suggestū conscendens, quæ animarū saluti cōducebāt, exponebat, atq; illius æternæ ac beatæ uitæ domicilii nāciscendi uiam præmonstrabat, Pauli epistolas, Christi euangelia prophetarū sensa, plana faciebat, atq; ut quiuis honestissimo ac religiosissimo sacerdoti omnes suas et actiones et cogitationes exponeret, hortabatur. Mundi uoluptatibus aliquando parcerent, seq; ad deum tota mente conuerterent. Ea tempestate hæresis magnam uim hominum inuaserat, qua a recta et uera, idest christiana religione deducebatur. Igitur ad eam euertendam delendamq;, omne ingenium, omnem operam, omnem laborem suum cōtulit. Tanta erat in christū beniuolentia ut eum nō semel, sed sæpius, quo summam eius religionem, quam multi dementissimi homines euertere nitebantur, tueri posset, precibus fatigaret. Se instituisse, qui pro illa augenda et cōseruanda nullum genus aut cruciatus, aut mortis recusaturus esset. Nō defuit christus illius uoluntati. Nondum uita excesserat, cum quanta esset sanctitate præditus, re ipsa intellectum est. Ex multis eius signis duo referemus, quæ sunt a scriptoribus memoriæ prodita. Asserbus quidam, qui in uirilē adoleuerat ætatem, annos quinq; omnibus membris captus fuerat. Is cū ad Petrū delatus esset, Fac inquit, quæso, uir xp̄o dicate, ut incolumis reddar. Mihi in orationibus tuis spes oīs cōstituta est. Tāta ui morbi medici non modo me liberare, sed ne leuare quidē potuerunt. Tibi integrū est, Cōmouearis pater optime in egenum et ægrotū misericordia, Christi

Salustius.

Att.

Att.

diligenter.

Apostolus

Asserbus.

religionem profiteor, nulla me occupat hæresis. Stillabant misero per ora lachrymæ, cum Petrum tantæ calamitatis cœpit miseratio. Ex quo crucem in iuuenis membris signans, surge inquit fili, pedibusq; tuis domum redi, Tum ille surrexit, Petroq; amplissimis uerbis gratias egit. Nobili nescio cui filius erat illustri ingenio, industria, gratia; Hic in grauissimum incidit morbum, quem medici Squinanten uocant. Res eo deducta erat, ut medici desperata eius salute, a uita discessurum denunciarent, Nequeo uerbis exprimere, q̃ anxio, q̃q; solicito esset pater animo. Igitur Petrum, ut ægrotum uisat, quibus potest obsecrat precibus. Accessit Petrus illius uoluntati, qui ut in ægrotum oculos coniecit, te inquit, o fili bono iubeo esse animo. Christus optimus maximus, cui cuncta factu sunt facillima, te prosperæ ualitudini restituet, Tu in eo spem positã habeto. Sub hæc uerba salutare crucis signũ Petrus adhibuit, et qua indutus erat, uestẽ illi superiecit, et nullo inqt in posterũ laboraris morbo. In hũc modũ uis morbi depulsa ẽ. Hæc dũ a Petro gerebant, multæ Galliæ cisalpinæ urbes hæresi laborabãt. Ex quo Innocentius quartus Pont. Max. ad illas tanto errore liberandas omni prouidit consilio. Igitur ex clarissimis uiris, qui Dominici Religioni addicti erant plures delegit, atq; ut inquisitionis onus, curamq; susciperet, admonuit. Inter cæteros Petro (nam quanto esset ingenio, quanta doctrina, quanta morum elegantia, quanta sanctitate præditus, ex multorum litteris cognouerat) eandem prouinciam imposuit. Ad unum omnes pontificis mandata executi sunt. Nihil laboris, ut ex hæreticorum animis opinionem tam iniquam, tam penitus insitam, tam uetustam euellerent, defugiebant. Vt fidei Christianæ habebatur mentio, nunq̃ aberat Petrus. Pauli recitabat epistolas, Christi euangelia, Prophetarũ sensa. Omnes deniq; sanctas litteras adeo in memoria habebat exculptas, ut illis admirationem moueret. Nunq̃ ex prælio discessit inferior. Cogebantur miseri terga dare, nec tamen suis sententiis dimouebãtur. Ex his unus, quem nullus pudor a turpitudine, nullus metus a periculo, nulla ratio a furore reuocabat (erat autẽ summis opibus, summaq; potẽtia præditus) nemo, inquit, unq̃ me de sententia deducet. Cõstabo in ea, quo ad mihi uita suppetet. Tũ Petrus in cœlum suspiciẽs, ac se paululũ colligens, quid est inquit, causæ, uir bone, q te in sentẽtia permãsurũ affirmas? Tibi cõducibilius esset si te eum præstares, qualẽ xpi religio postulat. Misellę a recta uia deflexisti, ni tui te pœnituerit cõsilii, æternũ ignis cruciatũ subibis. Nõ lõge abest christi effigies, Ad eius genua, pcide, ut tua tibi crimina cõdonet, postula, Tibi ueniã tribuet. Hac oratione adeo commotus est, ut ne ullum quidem uerbum emittere potuerit. Quæ subsecuta sunt non facile dixerim. Qui ea litteris mandauerint,

Miraculũ.

Miraculũ.

Innocentius. iiii.

Petrus hæreticorum censor factus.

nulli sunt auctores. Multos resipisce haud negauerim. Sed non defuerũt, qui de morte Petro afferenda consilio agitarent, ꝙ multos relictis erroribus ad sententiam suam traducere uidebatur, ipsisq; ludibrio haberentur. Cum igitur Como proficiscens iter Mediolanum uersus conferret, quo hæresim funditus deleret qui tanto errore impediebantur, complures in siluis delitescentes, ut aduẽtare ex nunciis cognouerũt, egrediunt, atq; eductis gladiis ei obuiam prodeunt. Repente in ipsum impetum faciunt, Et si aliquot uulnera accepisset, nulla tamen Christianæ Religionis fundamenta deposuit. Quin ea diligenter expressit, ac Deum, ne se desereret, precibus obsecrauit, Nec qui se ei comitem præbuerat, uulneris expers fuit. Nẽ dum Petrus mortem oppetierat, cum latrones eius latus lancea transfigunt, Eo uulnere animam exalauit. Non longe aberat templum Simpliciano sacrũ. Eo corpus delatum est. Tantus fuit ad id uisendum hominum concursus ui qui ipsius custodiam habebant, totam noctem insomnem egerint. In sequenti die Mediolanum detulerũt. Multa eius fuerunt signa, quæ quoniam luce clariora existunt, de industria prætereo. Verum his, de quo paulo ante memini, Innocẽtius pontifex cõmotus in sanctos christi martyres rettulit. Annos decem et uiginti in religionem incubuit, Pauci uel potius nulli, quin ab eo Christi celebrationes fierent, intercedebant dies, Nullius unꝗ fuit laudis appetens. Est illud profecto tanti uiri loco miraculi habẽdum, qui sic ætatem egerit, ut nunꝗ ab eius ore uerbum, quod iure reprehendi posset exciderit. Omnes cogitationes suas ad conseruãdam Christi Religionem rettulit. Nullus aut discriminis, aut mortis metus, quin demãdatum sibi ab Innocẽtio munus exequeretur, ipsum terruit. Nõ fuit mihi cõsiliũ cũctas illius actiones litteris ꝓdere, quod scribẽdi modũ excessissem. Verum, quæ memoratu digniora cẽsui, ea memoriæ mandaui. Quod si qs tam officiosam prouinciã sibi depoposcerit, hunc non mediocri uerborũ honore prosequar.

Mors Petri martyris.

CONRADVS THEVTONICVS PER LEANDrum ALBer.

CONRADVS Theutonicus primus in Germania Hæreticorũ Cẽsor (quẽ Inquisitorẽ dicũt) Per Gregoriũ.ix.pont.max.institutus anno domini. Mccxxviii. ab hæreticis, quibus maximum bellũ indixerat, in foro intrepide aduersus illos in frequenti populo cõcionans, corona martyrii ab ipsis coronatus est. Claruit multis ac ingentibus miraculis. Acta sunt plurima, ut inter diuos referretur, sed post modũ quorũdã ignauia, res ultra nõ est processa. Primus is fuit ex ordine prædicatorum, qui martyrii palmam reportaret.

Primus martyr ex ord. præd.

GVILIELMVS ARNALDVS, BERNARDVS, GARSIAS CVM SOCIIS MARTYRIO CORONATI.

q VVM a parente Dominico prædicatorum ordo fuerit contra perditissimos homines hæreseos labe inquinatos institutus, ideo nemo admiretur, si adnitatur illos urgere, oppugnare, subruere, penitusque delere. Gregorius nonus pont. max. cernens patrũ nostrorum audaciã, fortitudinẽ, et constãtiã in rebus agendis pro Christi fide tuẽda, quosdam ex eis hæreticorũ censores cõstituit, ut illos ex omni loco expellerent, et penitus exterminarent. Quod ut cognouere hæretici, cõtinuo tam acre patribus nostris indixere bellũ, ut semota omni modestia, omniq; humanitate, multis damnis, multisq; eos afficerẽt iniuriis, et præcipue in partibus Tolosanis. Porro publico edito Raimũdus Tolosæ toparchus uir scelestissimus omnibus, patrũ nostrorũ cõmertio interdixit. Nec his contẽtus, positis custodibus ad Cœnobii Ianuam uetuit, ne quis cibũ illis deferret, uolens eos inedia deficere. Verum ut cognouit uir improbus patres in fide Christi, ac Ro. ecclesiæ deuotione intrepide psistere, nec ab ea, precibus, aut minis posse deduci, iussit publico edito ex inde abire. Quod ut acceperũt patres gaudẽtes ibant a conspectu Cõcilii, quoniam digni habiti sunt pro Christi fide et obediẽtia Ro. ecclesiæ cõtumeliã pati. Igit instructi bini et bini exeũtes, per mediã ciuitatẽ, ingenti uoce psalebãt Credo in unũ deũ, cũ antiphona illa præclarissima Salue regina. Hac de causa, Narbonense Cœnobium solo æquatũ, et codices sanctissimi illic inuẽti lacerati, et in frustra cõcisi, ab impiis, et in plærisq; locis capti fratres, et maximis iniuriis, atq; incõmodis affecti. Quãobrẽ nõ audebãt Cẽsores hæreticorũ, nisi multitudine armatorũ stipati iter facere. Porro nõ solũ uerbis, sed et armis sæpe sæpiusq; pro Christi fide certandũ erat. Tandẽ anno domini. Mcc.xlii. quarto Cal. Iunii in nocte uidelicet Ascẽsionis domini nostri Iesu Christi apud urbẽ Auinionensem Galliæ, in diocesi Tolosana, in ædibus et cubiculo Raimũdi supra nominati in oppido Ammoneti, Guilielmus Arnaldus, ex monte Pessulano, uir iure pontificio clarus, discretus, deuotus, et sanctimonia præditus, cẽsor hæreticorũ per pont. max. dictus, et Benardus de rupeforti, Garsias de Aura, ex diocesi Conuenarũ, Duo patres Minoritæ, uidelicet Stephanus, et Raimundus Carbonerii, et Prior Ammoneti, Monachus de clusa, Raimundus canonicus, et scriptor sedis Tolosonæ Archidiaconus Lesacensis in eadem ecclesia Tolosana, Petrus Arnaldus alibellis Censoris prælibati, Bernardus clericus Archidyaconi memorati, Duoq; uiatores clerici uidelicet Fortanerius et Ademarus pro christi fide, et obediẽtia sanctissimæ ecclesiæ Romanæ, a satelitibus hæreticorũ interempti sunt. Verũ inter cæteros

Ad qd institutus ordo prædic.

Raimũdus princeps tolosanus.

Quãta passi pro fide patres nostri.

occisio pluriũ pro ro. ecclesia.

primo Guilielmo censori, ueluti strenuo duci moliti fuerãt, et interminati mortem. Qui omnes intrepide, imo gaudibũdi, alta uoce psallẽtes Te deũ laudamus, mortem subiere. Quos statim Deus opt. max. pluribus miraculis magnificauit. Nocte uero, qua passi sunt, quædã mulier eius dyocesis, sed in alio castro, in partu laborãs exclamauit. Ecce uideo cœlũ apertũ, et scalas inde ad terrã demitti, et multũ sanguinem in terra ista effundi. Cũq; cõtẽplaretur scalarũ claritatẽ, et per eas ascendẽtiũ ruborẽ admiraretur, partum edidit, doloris oblita. Eãdẽ cœli aperturã uiderunt pastores in eadẽ regione uigilantes. Item Iacobus Aragonũ rex cũ eadem nocte excubaret in fronte aduersus saracenos, intuitus est lucẽ immensam e cœlo demitti, et cõmilitonibus ait. Scitote q̄ hac nocte Deus magnum aliquid operat̃. Et in Cœnobio prædicatorũ Barchinonensi, multi fratres, ea ipsa nocte, cœlũ aperiri, et ex inde lucem descendere totum aerem perlustrãtem, uiderũt. Gallus quidam, Carcasonã incolens, fratrum interitu audito, eis se deuouit, et mox a graui morbo, quo per bieñiũ captus fuerat, plene cõualuit. Filia Marschalchi de Miropissa, antedictis martyribus se deuouens, illicoq; sospes reddita est, porro maxima ægritudine distinebatur. Guilielmus de Musello febribus captus, ad martyrũ sepulcrum ueniens, protinus sanatus est. Armãdus Ruffus ab hæreticis fascinatus, audito interitu Caroli archidiaconi, a quo sæpe cã fidei uexatus fuerat, eadem die pluribus audiẽtibus dixit. Ammonetũ uadam, et uidebo, si hic scriptor loquax, et ineptissimus uir potuerit mori. Qui ueniens, et uidens sanctum Archidyaconũ in suo sanguine uolutatũ pede percussit eũ dicẽs. Iace rustice loquax. Nunc loquere si potes. Moxq; ulcere insanabili ĩ eadẽ tibia est percussus. Paululum ante passionem eorũ cuidam fratri in Cœnobio Burdegallensi uisum est, quod sub pedibus christi cruci affixi, tres fratres a multis armatis occisi uidebant̃ picti. Cũq; hoc nimium miraretur, patri cuidam, uisionem narrauit. In monasterio Pluriani contigit sororem quãdã noĩe Blanchiam in maxilla grauiter infirmari in tantum, ut nec cibum sumere, nec loqui ualeret, tactu uestimẽtorũ Guilielmi mox pristinæ sospitati restituta est. Raimũdus Carbonerius (de quo supra mẽtionem fecimus) uidit in somnis coronam auream gemmis ornatam micantẽ super domũ, in qua passi sunt, de cœlo demitti cum immẽso lumine, ante aliquot dies passionis ipsorum. Qui admirãs dicebat. Heu q̃ miseri sunt homines isti terreni, qui uidentes nos pro fide, qua astamus sic coronari, non conuertunt̃ ad catholicam fidẽ. Quod cũ euigilasset, Priori Pruliani et aliis sociis pluribus, seriem uisionis narrauit. Quod cũ Guillielmus supranominatus audisset, ait. Scitote nos in breui pro fide Christi morituros. Cuidam fratri Burdegallensi oranti uisus est Christus in cruce pendens, sanguinẽ copiose ex latere emittẽs, et a beata uirgine aureo calice

Atť. uisionem.

Iacobus Aragonũ rex lucem uidit.

Atť. Miracula.

recipi

recipi, demum fratres tres, ex eo conspergi a prælibata uirgine. Non longe autem post, eosdem fratres, quos imaginaria uisione sanguine respersos uiderat pro fide Christi, audiuit ab hæreticis interfectos. Pridie q̃ fratres ab impiis necarentur, Columbum patrem ueneran. mulier quædam deuota adiit, dicens. Hoc mane cum fratres sacra facerent, paululum in Templo obdormiẽs uisum est mihi, ꝙ Crucifixus, qui est in medio Templi deponebat brachium dextrum, et sanguinem stillabat, ꝙ cum ego stupẽs respicerem, Christus uocans me ait. Vade dic præsidenti Cœnobii, ꝙ reliquias in tali loco ponat. In crastinum igitur cum fratrum corpora afferrẽtur, placuit urbis Antistiti, præsidentiq; fratrũ et cæteris, ꝙ in loco a muliere ostenso, qui etiam erat dignior, qui locus est in Templo fratrum, et ad Crucifixi dexteram, sepellirentur.

PONTIVS HISPANVS.

p ONTIVS Hispanus a Gregorio nono pont. max. censor factus contra hæreticos, apud Vrgellum Cathaloniæ Vrbem, ueneno ab hæreticis propinato interiit, anno domini. MCCLXII. atq; in Templo maiori Vrbis honorifice tumulatus est, multis clarens miraculis usq; ad hunc diem.

QVIDAM. F. MARTYR.

q VIDAM Princeps in Hungaria potentissimus, cuius nomen non produnt scriptores, (porro diligenter euolui plures codices nec inuenire unq̃ potui) relicto principatu, relicta mundi gloria, relictis filiis diuitiis, et hominum similium curis, sancto afflatus numine, uale dicens mundo ac illecebris, sanctæ Conuersationis togam a patribus prædicatorum ordinis accepit, qua plurimum profecit, tam in doctrina, q̃ in morum honestate, quo factum est, ut breui admodum tempore, in optimum sacri uerbi, et uehementem cõcionatorem euaderet. Irruentibus Tartaris, (Panoniæ enim Finitimi sunt) et inuadentibus conterminas Vrbes, Pagos, oppida, et omnia Christianorum loca, anno domini. M. CCLXII diripientibus, et populantibus omnia, trucidantibusq;, quos offenderent, præsidente Cœnobii cũ cæteris fratribus in fuga solum spe ponente, is sanctus senior, quem diximus principatum reliquisse, supplex præsidentem rogauit, ut se dimitteret in solatium seniorum, debilium, et ægrotantium in Vrbe remanentium, nec ualentium fugam arripere, se dicebat esse senio cõ- Tattari.

fectum, et iam diu uiuere, etiam si a Tartaris nõ occideretur, non posse, nec maximam iacturam passurum ordinem prædicatorum ob suum interitum suasus præsidens eius precibus, ipsum uoti compotem fecit. Is bonus pater per Vrbem discurrens, inualidos, et ad fugam inhabiles, dulcissimis uerbis recreabat, eos adhortans ad mortem potius æquanimiter suscipiendam, q̃ Christi fidem abnegarent, Nec mortem corporis timerent, quando unicuiq; mori necessarium foret, sed bene uita defungi paucis concessum, qua bene se noscerent defunctutos, quando pro Christi nomine, illa defungerentur. Tandem adsunt Tartari, Vrbem, a nullo custoditam ingrediuntur Et sicut belluæ, et bruta in homines ipsos debiles, et senio graues, ferina rabie irruũt, mactant, laniant, et trucidant omni prorsus semota pietate. Ast uenerandus senior præsentiens iã Vrbẽ tartaros, cepisse et oĩa ferro, igneq; demoliri, ante aram in medio Templi super terram procumbens panssis in modum crucis brachiis, cum lachrymis ad Dominum orabat, ut se et cæteros in fide constantes faceret. Nec mora Tartari Templum ingredientes Venerandum senem eo in loco perdiderũt. Peste igitur Tartarica recedente, patres ad Cœnobium reuersi cũ populo, in medio Templi egregium patrem hastis terebratis manibus, et pedibus confosis spiculis, cum cæteris membris et cerebro ex capite excusso, ante maiorem aram inuenerunt. Ex qua indignitate, animi omnium ita commoti sunt, ut continuo in lachrymas resoluerentur. Verum inter collachrymantes quidã ad deũ conuersus inquit. Ah domine deus, Quid obsecro egerit hic Venerãdus et bonus senex? unde tale mortis genus promeruerit? Quomodo permisisti eum sic crudeliter primi? Sicq; in lachrymis resolutus tres dies, et totidem noctes querens de dei Iusticia insomnes duxit. Non enim poterat a dolore capto mitigari. Tertia Igitur die extra se positus sanctum seniorem itercemptum sibi dicentem uidit, Occine, Nũ oportuit Christũ pati, et ita intrare in gloriam suam? Non sunt condigne passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. His uero dictis euestigio euanuit, Et fratri querenti, diuina Iudicia, quæ sunt inscrutabilia, uerborum breuitate, et autoritate conclusit.

Interitus sancti uiri. Att. Visionem

CHRISTIANVS ANTISTES CVM QVATTVOR FRATRIBVS OCCISVS

CHRISTIANVS Antistes cũ quattuor fratribus coronam martyrii promeruit. Cum enim anno domini. M.CCLXX. Vrbs Antiochena capta esse a soldano Babiloniæ, Christianus Anti

stes (fuerat enim ordinis prædicatorum toga ab ineunte ætate indutus sed postmodum a pontifice maximo præsulatus infula ornatus) in Cœnobio prædicatorum existens, ex insperato audito flebili casu Vrbis, Templum ingressus iussit infulam afferri, Qua allata, capiti imposuit. Demum cum quattuor fratribus ante aram procumbens, cum lachrymis Deo suum, et Ciuium finem, quorum ploratus, horrẽdos ululatus, lamenta, uocesq́ue in gentes merentium exaudiebat, ob direptiones, uulnera, stupra et occisiones per Barbaros factas, commendabat. Quum sic oraret, ecce nefandissimi homines, Templum ingrediuntur, ipsumq́ue cum dictis fratribus, ante sacram aram procumbentem, crudeliter peremere.

GVIDO LONGIMELLVS.

GVIDO Longimellus circa annũ domini. M. cclxx. uir bonus, iustus, et sanctitate præditus, cum socio, Christi fidem prædicans in partibus transmarinis, gladiis Saracenorum occisus, martyrii palmam adeptus est.

PAGANVS BERGOMENSIS.

PAGANVS ex oppido Leuco territorii Bergomensis, declaratus a pont. max. hæreticorum Censor, Censuram intrepide, ac seuere agere cœpit, Erat uir doctrina, ac morum honestate præclarus. Porro animaduertens Cõradus de uenusta, nobili familia procreatus, diuitiis pollens, Paganum sectam suam acriter urgere, suasu, et pollicitationibus quosdam ad eum perdendum induxit. Qui propere iussa perficientes, in festo diui Prothomartyris Stephani, sanctum uirum, manus in crucis formam super pectus tenentem, multis uulneribus confoderunt. Et ne quid crudelitatis deesset, postremo lancea latus eius transfixere. In die uero sancti Siluestri, cum eius cadauer in Templum Comense ordinis prædicatorum relatum esset, apparuerunt uulnera recentia, et mox coram Vrbis Antistite, et toto clero, ac uniuersa Ciuitate riuus cruoris ex lateris uulnere exiit ceu cruoris agni recenter occisi. Nec hoc prætermittendum puto, q́ septem diebus, quibus inhumatum iacuerat, nunq̃ uulnera horrorem alicui incussere, nec computruere, nec emisere fetorem, sed semper et recentia permanserunt, et rubicunda, Christophorus uero eius comes grauiter saucius, non periit. Cum Pagano occisi sunt duo Layci a libellis Censuræ officii, uulgo notarii dicti anno domini. M. CCLXXVII.

Att.

xp̃ophor.

duo Layci Occisi.

DOMINICVS.

d OMINICVS sotius Diui Petri Veronensis letaliter cũ eo uulneratus, quinta die, post interitum Petri cœlum petiuit sanguine laureatus.

FRATRES PER TARTAROS MARTYRIO CORONATI.

p AVLVS Hungarus uir pontificio iure clarus, toga prædicatoria sumpta, a parente Dominico cum quattuor sociis in Hungariam ad uerbum dei seminandum missus est. Igitur prouinciam ingressi, nulli labori parcentes, in breui magnum domino populum acquisiere. Porro fratrum ibidem aucto numero, Paulus ex eis aliquot selegit, et præmisit in quẽdam locum uulgo Structium dictum, quem incolebant hæretici, atq; sismatici, ut uerbis suis ad sanam mentem eos redire cogerent. Vnde post ingentes angustias, post plurimos labores, tandem constantia sua, id, quod uolebant effecere. Ordinata igitur prouincia, et iam

Cumani. ad ueri dei cultum reducta, ad Cumanos (ii enim Hũgariæ finitimi sunt) penitus dei ueri legis expertes, decreuerunt transire. Nec segnes exitui præstare q̈ deliberauerant, nec tardi, illuc mox iter direxere. Ingressi itaque Cumanorum terminos, illico cœperũt fidem Christi optimi maximi prædicare, Sed ab ipsis expulsi, in Hungariam remeare coacti sunt, amissis duo

Duo Fratres iterẽpti bus sociis. Qui aliis constantiores, dum in confessione Christi perseuerarent, martyrii coronam sunt adepti. Iterum, reassumptis uiribus, redeunt,

Bruchus. et intrepide sanctam fidem prædicant, quo fit, ut Bruchum quendam Toparchum uirum et opibus, et potentia fretum, ad fidem sanctissimam deducunt, ut .S. sancti uerbum impleretur, quod dicit, Non reuertetur uerbum ad me uacuum. Qui accepto sancto Baptisimi lauacro, tandem in

Bribrechis sanctissima fide defunctus est. Vltra procedentes fratres, Bribrechim ui-

Andreas rex Hũgariæ rum potentissimum cum mille de domo sua, (quem Andreas Hungariæ Rex ex sacro postea fonte leuauit) in fidem sanctissimæ Trinitatis uenire compulere, qua postea decessit, omnibus sacramentis receptis deuotissime Qui morti apropinquans in fratrum manibus positus, dicebat. Discedãt

Att. a me omnes Cumani a fide Christi alieni, quia circa eos uideo horrendos spiritus, Hic duntaxat sint fratres et Cumani sancta baptismatis aqua delibuti, quia ecce circa me stant fratres, quos supra martyrio coronatos memorauimus, et me expectant, ut secum ducant ad gaudia, quæ totiẽs præ-

dicauere. Et his dictis, ingēti cū gaudio spiritū efflauit, sepeliturq; in sacello Beatæ deiparæ uirginis. In ea siquidē prouincia patres illi, Cœnobiū posue/re haud cōtemnēdū. Verū cum hæc maximo successu fierēt, succresceretq; passim in Ethnicorū salutē fratrū feruor, occulto dei iudicio, Tartaris ī in/colas prouinciæ huius immaniter irruētibus, factū ē ut ex fratribus, ad cœle/stē atq; perennē illā gloriā per martyrii palmā circiter nonaginta trāsmissi fuerīt. Porro ex his in fide Christi ꝑsistētibus, alii gladio trūcati, alii telis et spiculis obruti, et qdā igne cōsumpti sūt circa ānū salutis. Mccxxii. Deinde peste Tartarica expulsa, missi fuerunt et alii patres, quorū opa, dū intrepide uerbū dei dissemināt, inumera multitudo hoīum colū sub xp̄i iugo posuit. Nonaginta fratres ꝑ fide Christi occisi.

Fratres per Hæreticos in Bosina et Dalmatia interfecti.

q

VVM Bosina et Dalmacia maximis agitaret erroribꝰ, populos hæreticis seducētibꝰ, a pont max. Colocēsis Antistes illuc legatus missus est, ut seu suasionibus, seu Crucesignatorū armis, ad sanā mentē redire compelleret. Sed cū nec uerbis, nec armis ab erroribus suis euel li possent, rē prorsus desperatā iussu pont. prædicatoriæ familiæ cōmisit Antistes. Qui pont. iussa diligenter et intrepide perficientes, cœperunt disceptationibus literariis, et cōctionibus hæresēos labe inquinatos tam acriter urge/re Colomano Rege assistente, ut plures coegerint e tenebris ad uerū fidei lumen redire. Verū initio ex fratribus plures dū cōstātissime fidē Christi tue/rentur, martyrio coronati sunt. Tādē pede firmato multos erroribus implicitos et in sua perfidia obstinatos, igni tradiderūt. Deinde fratrū opera, templa destructa, spinis, fructicibus, ac uirgultis oppleta, sunt instaurata, anno Christi. Mccxxii. In eadē prouincia fratres DVO ET TRIGINTA in flumine quodā a Turcis submersi martyrii triumphū reportarūt ante deū. Porro ad eorū gloriā ostēdā oīpotēs deus, quolibet anno eo die, quo aquis obruti fuerāt, super eūdē locū e cœlo faces accēsæ immēso lumine coruscā/tes duo et triginta demitti plurimo tempore uisæ sunt. Tholosæ sex FRA/TRES ab hæreticis capite plexi sunt. Qui protinus capita in manibus reci/pientes ex sese in Cœnobiū retulere. ADRIANVS præfectus cuiusdā cœ/nobii cū uiginti sex fratribus a Turcis pallo suffixus est. BERNARDVS Sera in duas partes sectus est, et igni traditus ꝑ Christi fide. FRANCIscus Tholosanus ab hæreticis spinis coronatus, et spiculis ac telis cōfossus, marty rii, palmā adeptus est. NICOLAVS Hūgarus Episcopus, et hæreticorū cēsor, decoriatus fuit. BERENGARIVS Cracouiæ urbis Archiflamē, in la/tere dextero transfixus pro Christo, occubuit. IOANNES Hūgarus Epi/scopus et Cēsor errorū, lapidibus obrutus, et gladio cōfossus, ad Christum

Plures fratres martyrio coronati.

Triginta occisi a Turcis.

Sex interfecti.

Adrianus cum .xxvi. sociis interemptus.

Franciscus Tholosanus.

Berēgariuſ

Sadoch. Boninsigna Florētinus.

euolauit. SADOCH cū fratribus quadraginta octo iugulatus palmā martyrii reportauit. BONINSIGNA Florētinus, ferra a uertice capitis ad aures usq; ab impiis sectus gloriose occubuit. BARTHOLOMAEVS cū ANTONIO Pauono de Sauiliano Censores ab hæreticis dū uiriliter tuētur fidem Christi obtruncatur.

ANTONII DE RIPOLIS EX PEDEMONTIVM VITA. per Franciscum Castilionensem Præsbyterum Edita.

Cosmas Medices.

Antonius de Ripolis

Carthago quæ et Tunex dicitur

O TEMpore, quo sanctissimus uir Antonius, qui postea fuit archiepiscopus Florētinus, de quo plura narrauimus, erat adhuc in religione fratrū prædicatorū cū esset Florētiæ Prior Couētus sancti Marci, quē locū Cosmas de Medicis, uir ea tempestate, opibus, auctoritate, et prudētia admodū præstans a fundamētis erexerat, recepit ad religionem atq; induit ipsemet habitu sancti Dominici adolescentē quēdā Antonium noīe, ab ultima Pedemontis Italiæ parte oriūdū. Qui cū post ea tempora forte ab insula Siciliæ Neapolim nauigaret, a piratis infidelibus captus ad urbē Carthaginē, quæ nūc Tunex uulgo appellat, deductus ē. Cūq; obprobriis, ac cōtumeliis affectus tādē i carcerē cū aliis Christianis cōpluribus detrusus esset, nō modice, ac sapiēter, ut decet uirū Christianū, eam calamitatem tollerabat. Tandē beneficio cuiusdā Clemētis, qui tunc in ea ciuitate Ianuēsis Cōsulis officio fungebat, e carcere ductus, in eadē urbe circiter mēses quinq; una cū reliquis fidelibus morā traxit, incōmoda tamē, et cōditionem uitæ, in qua erat, satis iniquo animo ferre uidebat. Tandē siue calamitate defessus uictusq; cederet, siue diabolico suasu adductus, aut certe utroq; compulsus esset (id enim cōpertū nō habemus) frequēti populo, et præsente Barbarico Rege gloriosum Christi nomē, sanctāq; eius fidē abnegauit. Hoc fuit. viii. Idus Martii prima sexta feria post pascha domini. Mccccliх. Sicq; fuit in ea perfidia quattuor menses, Execrabilē Machometi fidē secutus, nōnullaq; ex Alcorano illius religionis libro, auxilio interpretis, in nostram linguā tansferre conatus est. Qua ex re cœpit paulatim resipiscere, cū in eo nil sanū, nil cohærens, nil rationi consentaneum, et non nisi fabulas et ineptias reperisset, Sed cū nōnulli ex Italia mercatores eo applicuissent, fertur, ab eis quid nā noui afferrēt, quesisse. Cui cū inter alia narrarēt sanctissimum Archiepiscopū Antoniū uita defunctū esse, ex eoq; manifesta signa sanctitatis et miracula fieri, illico perculsus aīo, immutatus est, pœnitentiaq; ductus, cœpit primum uxorē, quā lege Barbarica duxerat a se reiicere, officiūq; ordinis sui singulis dieb9 dicere, et ea q̄ secreto poterat pœnitētiæ officia prosequi satagebat. Decreuerat enim palā, expectato Rege, qui tum aberat, quod olim dixerat reuocare et ad manifestam mortem, Martyriumq;

festinare. Qui cum aduentasset, ille ut strenuus miles Christi Iesu, armatus omnibus ecclesiæ sacramētis, assumptoq; habitu sui ordinis, et abraso capite cum corona intrepidus, hilari uultu, in cœtū frequētissimū, ubi Rex aderat, subito prodiit. Ait se esse uerū Christi cultorē, pro cuius fide mori paratus sit, suāq; priorem perfidiā, errorēq; palam omnibus profitetur. Quem Rex admiratus, eo q constantissime loqueretur, primo ut in fide Machometi permaneret, multis uerbis additis, etiam magnis pollicitationibus, hortatus est. Deinde cum uidit a sententia dimoueri non posse, minis terroribusq; agere cœpit. Ille contra grauissimis sententiis, magnaq; attestatione dicebat Regi oportere illum potius ad Dominum ac redemptorem suum redire, cœlestesq; ac immortales diuitias quærere, simulq; ut secum eam turbam, quæ illum sequebatur in hanc uiam uitæ trahere suadebat. Minas uero eius, ac mortem, qualiscūq; fuerit, forti, et iam ad eam præparato animo se contemnere attestabatur. Cūq; multa in hanc sententiam ultro citroq; uerba prolata essent, Rex tandem iussit illum ut rectius sibi consuleret ad carcerem duci, causamq; ad præfectum, qui eius sectæ tutandæ, primum locum tenet reiecit. Ille uero cum traheretur, misereq; ab impiis pugnis, alapis, grauissimisq; uulneribus cederetur, semper in confessione, et laude nominis Christi, omnia constanti, et patienti animo tollerabat. Postridie uero eius diei ad præsidem ductus, cum itidem interambulandum simili modo grauissime cedĕretur, isq; ea uulnera hilare, et patienter cū laude sui redemptoris admitteret, cœpit præses cum illo magnis pollicitationibus, suasionibusq; agere, ut in secta eorū, quam olim elegerat, permaneret, addebat illum regi gratissimum, sic hoc faceret, perpetuoq; ditem ac fœlicē fore, Sed cum intelligeret, iam post minas etiam acerrimas, hominē a proposito mutari non posse, dato triduo, quo transacto illi moriendum esset, iussit illum denuo ad carcerem duci, ut interim, quid sibi, suæq; uitæ consulēdum esset intelligeret. Interim Christiani agebant litteris (nō enim fortasse adire illū licebat) hortabanturq; id, quod non oportebat, ut a fide perfecta non diuelleretur. Ex iis erat quidam frater Constantius ab insula Cypro oriūdus qui his omnibus, quæ narrantur affuit. Omniaq; postea longiori epistola in testimonium ueritatis conscripsit. Quam nos pro arbitrio nostro, amicorumq; iussu, in Cōmentarii formam redegimus. Aderat iam dies dictus quo illi nisi mutasset sententiam, moriendū erat. Is erat dies Iouis, quo dominus noster cœnam cum discipulis fecerat, quarto Idus Aprilis, Ducitur ad præsidem, quærit ab eo præses, quid sententiæ habeat. Vbi intelligit eum nullo pacto immutatum, addicit morti, lapidibusq; obrui iubet. Magno ergo tumultu raptus ad locū martyrii, assidue magnificabat nomen domini. Cūq; intelligeret se iam morti pximū, exuēs se habitū ordinis sui, illum lictoribus obtulit dicēs. Seruate hūc ne sanguine inficiat. Nā si illū illæsum

Publice et rauit publice se corrigit.

Att. patiētiam Antonii.

Cōstātius Cyprius.

Christianis dederitis, magnam pro eo mercedem recipietis. Non deerant interim uiri maligni, qui cum Italicam linguam non ignorarent, eum a sancto proposito auertere cōnarent. Ille aūt firmus, stabilisq; in fide pfecta mutari nō poterat. At ubi iam mortē imminere cōspexit, cōcedite inquit, et date mihi paululū spacii, ut orem. Moxq; positis genibus, eleuatisq; ad cœlum manibus, ad oriētem uersus, cœpit magno spiritus feruore orare. Cūq; orationi intentus, et quasi ad cœlū raptus immobilis permaneret, cœperunt execrabiles, impii regis ministri, magno ī eū impetu facto, partim lapidibus partim gladiis districtis, eū confodere. Incredibile narratu est, quæ fuerit in martyre Christi cōstātia. Nemo fuit, qui eius uocē, aut quærelā ab eius ore prolatā audierit, Nemo, qui illū unq̄, in aliquā partē flecti, aut magnorum ictus lapidū uitare conspexerit. Cūq; nullis omnino uinculis teneret, æque, ac si clauis cōfixus esset tantisper rectus, stabilisq; perdurauit, donec magnis uulneribus, grauibusq; in primis lapidum ictibus oppressus occubuit. Sicq; gloriosum pro Christo martyriū cōsumauit. Impii uero ac detestabiles ministri iniquitatis, magna ui lignorū cōgesta, sacrū martyris corpus immisso igne cremare conabant. Sed plus potest uerbū domini, Vox domini in uirtute, uox domini in magnificētia. Fuit id sacratissimū corpus diū in igne, fuit et magnis flāmarū globis undiq; obsitū, nō tamē postq̄ inde eductum est, in eius capillis capitis, aut barbæ uis ignis apparuit, ut impleret in eo uerbū domini, quod dixit ī Euāgelio. Capillus de capite uestro nō peribit. Nō cōtēti aūt tam magno supplicio, nec cōtumelia exsaturati scelestissimi ministri, maiori sacrū corpus ignominia dehonestare cōcertarūt. Nā id sic laceratum fœdatūq;, ac deforme, per quēlibet locū in urbe celebrem, undiq; distractum, in teterrimā tandē cloacā proiiciunt. A quo loco imūdissimo, postea opa Christianorū, nō parua soluta pecunia, extractū est. Cūq; sordes illius sacri corporis, aqua solū abstersæ essent, tantus fuit ī eo odor suauissimus, ut stupor nō paruus oēs capet. Vnde is odor tā suauis abstersis nup ab eo sordibꝰ oriret? Tādē a fidelibꝰ curatū omni diligētia, pieq; atq; honestissime ī arcula conditū in ecclesia postremo Ianuēsium, quæ in eadem urbe Carthaginēsi sita est, sub pedibus Ccrucifixi, sepultum est. Is enim adhuc uiuens, eum sibi sepulturæ locū delegerat. Nec multo post cæpit dominus per martyrem suum Antonium, nō pauca signa, et miracula in testimonium tantæ uirtutis ostendere, Habeturq; adhuc a fidelibus, qui illic habitant, in honore, et ueneratione non parua. Quin et q ipse a Borzanno Iamfigliatio Ciue nostro uiro sane nobili genere, opibusq;, et maritimis laudibus glorioso, accepi, non est prætermittendum. Ipse enim et alias sæpius antea mercaturæ gratia, et non multo post obitum huius Beati Martyris eo se contulerat. Dumq; ibi aliquot dies moram traheret accidit ut nonnulli

Antonius lapidibus obruitur.

Ant. Antonii cōstātiā.

Miraculū.

Odor nimius ex eius corpore.

Sepultura Antonii.

ex illis infidelibus e portu in altum, magna cum cœli et maris tranquillitate soluerent, nec multo post in eundem portum acti grauissima tempestate redirent. Quam rem admiratus hic noster Ciuis, quæsiuit a quodam sibi familiari, qui unus erat ex his, qui in ea naui fuerant, quid causæ esset, ob quam tam cito remeassent, et quæ fuisset illa maris uexatio, cum nusq̃ nisi trãquillitas undiq; cœlo mariq; eo die apparuisset. Cui ille respondit nescire se prorsus unde id factum esset. Verum nusq̃ hoc proferret admonuit. Hanc fuisse eorum, qui in naui fuerant opinionem, eam tempestatem, marisq; motum, ea de causa illis exortum esse, cũ q̃ harenam, saxaq; in nauim inferrent, ut facilioris nauigationis causa fieri consueuit, aliquot ex illis lapidibus, qbꝰ uir sanctus, pcusus fuerat, se importasse arbitrabant̃. Cũq; aspera, grauisq; procella subito exorta premerent̃, pœnitẽtia ducti, cæperũt iter se, scelus, qđ ppetrauerant, et agnoscere et ꝯfiteri. Sicq; ueriti ne i interitũ abirẽt nõ ꝓgredi, quo instituerãt, sed in portũ decreuere. Eaq; de causa in eorũ etiam seuis animis, aliorumq;, qui id acceperant ortus est timor non paruus, et beati martyris reuerentia. Hoc ergo sane martyrium non impar, nec minori laude dignum censendum esse arbitror, q̃ martyres, multa eorum, qui ab ecclesia celebres habentur, magnaq; ueneratione coluntur. Nam hic primo sui criminis conscientia ductus, quod impie perpetrauerat, pœnitentia correxit. Deinde magna constãtia, et erecto animo, se aut in certo martyrio, aut manifestæ morti obiecit, diuq; in ea electione consilii, et expectatione perdurauit. Nullis deniq; suasionum blãditiis, pollicitationibusue, nullo præsentis mortis timore perterritus, ab incœpto abduci potuit. Genus autem mortis accerbũ sane, et simile aliquid, quod de Beato Stephano Prothomartyre legitur, et tam fortiter generoseq; ab eo susceptum, ut stabili, perpetuaq; memoria, merito celebrari, et a fidelibus pie coli, oportere iudicemus. Nam quem Deus iustificauit, idq; non leuibus signis attestatus est, quo nam pacto poterit quis dicere eum sanctorum martyrum collegio non adscriben dum? Quin ea de causa, id ego martyrium gloriosum, et sane maiori quadam laude dignum esse arbitror, quo ea contigit tempestate, qua raro admodum tale aliquid fieri consueuit, qua etiam pleriq; omnes magis quietam cum uoluptate uitam, q̃ martyrium appetere uidentur. Fœlicior sane superior ætas, fœlicior inq̃ fœlicitate uera, ac cœlesti, in qua frequẽti uictoria sancti martyres coronabãtur. Erat enim tãta fides, tantumq; in passione meritum, ut pro multis populis, magnis ciuitatibus, delictorum et calamitatum imminentium deprecationem, et ueniam mererentur, ut pacem, salutemq; urbibus, qđ de beata uirgine Lucia, atq; Agatha legitur, impetrarent. Quando igi

Att. Miraculũ.

Att. Auctoris uerba.

tur aliquid tale, nostris temporibus fieri cōtigerit, quale fuit, id qđ in beato martyre Antonio, nuper narrauimus, id magna in primis ueneratione, sū/moq; honore, omni certe amoris, ac caritatis affectu, amplectendum est, omnium bonorum ac sapientium iudicio dicēdum erit. Hæc igitur gesta Antonii idem Franciscus Castilio affirmat se a quodam Heremita cum adhuc eēt iuuenis ī sancto Marco audiuisse circa annū domini. Mccccxi. Qui fuerat præsens quādo lapidibus obrutus fuit, et eius confessionē audiuit, ac ultimo cum cæteris Christianis, eum tradidit sepulturæ.

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICA/TORVM LIBER SECVNDVS ABSOLVTVS PER IOANNEM GARZONEM LEAN/DRVM ALBERTVM BONONIEN. ET FRANCISCVM CASTILIO/NENSEM PRAESBYTERVM ET CANONICVM. S. LAV/RENTII VRBIS FLO/RENTINAE.


B·BENEDIC
· XI





LEANDRI ALBERTI BON. IN TERTIVM LIBRVM DE Viris Illustr. Ord. prædic. Procemiũ incipit ad .R.P. et. D. Laurẽtiũ Fliscũ Genuensem Lauaniæ Comitem, et Antistitem Montis Regalis, ac Ciuitatis Bononiæ Gubernatorem optimum. etc.

q VANTIS laudibus, quãtis pconiis, quãtisq; honoribꝰ ii, qui Pontificali munere donati fuerit, digni existãt, Amplissime Antistes, haud posse me referre arbitror cũ pcipue a Deo opt. max. fuerint instituti, id qđ et magnũ et egregiũ cẽseri debet. Nõ solũ. n. apud Iudæos, penes quos, ueri, ac optimi dei cultus erat, maximo honore digni illi sunt habiti, qui nouerãt ab illo ad seruiẽdũ sibi nouo quodã ritu inter tot hoĩum millia selectos, sed et apud exteras gẽtes ueri dei cultus expertes. A quibus, ut legimus, Pontifices, amplissimis honoribus, amplissimisq; muneribus honestati fuere. Aegyptii, Persæ, Indi, Caldæi, cæteræq; nationes exteræ (si fides historiis adhibẽda ẽ) põtifices maxima ueneratiõe, et cultu ,psecuti sũt. Quid loquar de Romanis? Nõ enim se rerũ potiri, siue domi quid agerent, siue foris bella gererẽt, posse arbitrabant̃, nisi prius ex ritu pontificũ sacris operati fuissent. Est igitur uidere quãta fuerit huiusce muneris obseruãtia. Sed tãdẽ oẽs morte obita, Deũ Tẽplis, aris, uanis imaginibus (ac ut uerius dicã) diabolis, his insignibus, uidelicet infula, amiculo, thure, uictimis ac sacrificiis, cæterisq; supstitionibꝰ seruisse, ac deniq; se actũ egisse, cognouere. Verũ q tyara deinceps põtificali deo opti. max. administrauere administrãtq;, lõge diuersam ab illis mercedẽ, et eã quidẽ uerã et optimã recepere, recipientq;, Ideo a nobis, et coli, et obseruari debẽt. Quũ igit̃ Secũdo de Viris illustribus libro religionis meæ extrema manus imposita fuerit, ad Tertiũ librũ accedimus, quo Pontificum maximorũ, Ecclesiæ Romanæ Cardinũ, Antistitũ, ac Flaminũ urbiũ, ingẽtes cateruæ (pro ut uideri poterit) cõtinent̃. Quorũ sanctimonia, doctrina, morũq; honestate, plurimũ ordo pdicatorũ, immo tota ecclesia illustrata fuit. Licet enim inter Diuos nõ fuerint plæriq; relati, qui maximis pfulsere miraculis, attamen, si diligẽter in æquilibrio, uitas, et eorũ gesta libraueris, cognosces cũ Deo summo (quãtũ cõiectura asseq potuerimus) æterno illo frui æuo Cogimur itaq; eos amplissimis honoribꝰ, sũmisq; laudibus ,pseq, tũ ob ipsas tãtas, quas adepti sũt, dignitates, tũ ob eruditionẽ eorũ eminẽtissimã, deniq; ob sanctimoniã, quã præ se tulere. Quẽ uero hoc Tertio libro excellẽtissimo quidem, et uere regio munere donarẽ, te unũ ex multis delegi, q ob eã, qua honestatus es, dignitatẽ, ob litteraturã, morũ pstãtiã, iustitiã, tẽperãtiã, et cæteras eminẽtes uirtutes, quibus apprime polles, ut merito ĩ nostra Bon. urbe (oĩ prorsus adulatione semota) te oẽs ueluti aliquẽ de cœlo delapsum colant, amẽt, obseruẽt, ac uenerent̃, eo mihi dignus maxime uisus es. Quem libẽter accipias rogo, quãdoqdẽ lecturus es tot ac tãtorũ uirorũ uaria gesta, et per q̃ egregia facinora, q̃ tuo (ni fallimur) delicato sũt factura sat aio, et maximam uoluptatem allatura.

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATORVM LIBER TERTIVS.

BENEDICTVS XI. PONTIFEX MAX. LEANDRI ALBERTI AD LAVRENTIVM FLISCVM ANTIST.ET GVB.BO.

b ENEDICTVS VNDECIMVS PONT. max. Italus patria Taruisinus, Nicolaus antea uocatus, (ut in primo libro ostendimus) parētibus obscurissimus, uidelicet patre opilione, i principio adolescētiæ suæ sumpsit ordinis prædicatorū togā, qua plurimū proficiēs tā moribus q̄ litteris et sanctitate, ut per omnes gradus nostræ religionis ad Cardinalatū ascitus, tandē ad supremū Christianæ religionis apicē, uidelicet ad Pontificatū maximū deuenerit. Fuerat statura mediocri, et procedēte ætate caluus, facundus, affabilis, ac omnibus amabilis. Bonifacio igitur octauo uita functo, a quo inter Cardines Ro. Ecclesiæ repositus fuerat, cōmuni patrū suffragio, ex Hostien. Cardinale, Romæ xi. Calendas Nouembris anno domini. M. ccc. iii. pont. max. creatus est. Porro pontificia dignitate accepta mox ad italiā pacandā, ac Christianā rempublicā, quā intestinis odiis maxime agitatā cognouerat, animū adiecit, Vt pacatis rebus Christianorū, Tartaros iuuaret syriā ac Palestinā ingressos, a quibus litteris, et nunciis ad tantā rem conficiēdā, continuo inuitabatur, quo fieret ut sancto Dominico sepulcro iterum nostri potiri possent. Narrant historici unū, quod minime prætereundū duxi, quod eius ingentē humilitatē declarat. Ferunt enim cū primo pontifex max. creatus fuerat, matrē iam ætate maturā Perusium (eō enim cū Curia profectus fuerat) accessisse uisendi filium gratia ad tantā dignitatē prouectū, Eam a senatu populoq; Perusino receptā (ut par erat) cū ingēti honore et applausu, atq; uestibus ornatā pro tāti pōtificis matre dignis, demū filiū salutaturā adiisse, a Benedicto ignominiose pulsā ceu matrē ignorante, et respōdisse asseuerātibus illi matrē eius esse, Matrē se bene



cognoscere, eamq; esse pauperrimã, et uestiméto pauperrimo indui, Matrẽ uero rubore profusam ĩde exiisse, prioribus ĩduisse uestiméntis, et his q̃dẽ ru dioribus et abiectissimis, ut cõsueuerat) demum accessisse, a quo fuisse alacri uultu exceptã, et dixisse. Hanc matronã agnosco, Porro mater est. Nimirũ res obseruatione digna. Obtulit Tẽplo Diui Eustorgii urbis Mediolanẽsis poculũ argẽteũ ĩgentis põderis, (quẽ calicẽ uocãt) turribulũ cum accera, idest arcula thuris, Candelabra argẽtea, et Cortinam sericeam magnã pretii aureorum centum, et trecentas libras, quæ ad ærarium pertinebãt pont. pro altera cortina faciunda, circa sepulcrũ Diui Petri martyris. Oĩa data fuere octo milliũ librarũ mediolanẽsiũ precii. Inito aũt pontificatu. Nogaretiũ, et Sarrã, oẽsq; Anagninos cũ his ĩ capiẽdo Bonifacio sentiẽtes, et citatos antea ad iudiciũ, nec apparẽtes, grauiori anathemate notat. Cognita, qua regis Philippi causa hominẽ Bonifacii cẽsuris irretitũ absoluit. In gratiã p̃terea recipit Ioãnẽ et Iacobũ Cardinales Colũnenses, quos ĩgẽti odio Bonifacius factionis Guelphæ studiosus, plusq̃ põtificẽ decebat, p̃secutus fuerat. His quoq; bona restituit. A galero tamẽ rubeo, quo a Bonifacio priuati fuerãt, ad breue tẽpus abstinere sunt iussi. Cõpositis aũt hoc modo in

Nicolaus. Vrbe rebus, creatisq; Cardinalibus quibusdã, quorũ de numero Nicolaus pratẽsis or. prædi. est habitus uir magni cõsilii, magnæq; prudẽtiæ, ut suo loco dicemus, animũ statim (ut præmisimus) ad cõponẽdã rẽpublicã Christianã appulit, et præcipue Italiã, Cuius ob gratiã Perusiũ profectus erat, Sed

obitus benedicti põtificis. dũ ad tãtũ opus se accingeret, perusii põtificatus sui mẽse. viii. die decimo septimo, ad Dominũ migrauit, anno domini. M. ccc. iiii. sepelitur autẽ magna pompa (ut par fuit) ĩ Ecclesia fratrũ prædic. Nonas. Iulii circa horã nonã. die martis in terra ante arã maiorẽ, pro ut ipse uiuẽs iusserat, Sed tãdẽ p̃cedẽte tempore sepulcrũ ĩ altum positũ ei fuit, in ecclesia antiquiori quod ipse uidi. Miracula per eum facta post mortem, declarant illũ uirum optimum et sanctissimum fuisse, præcipue in pulsandis e cordibus obsessorum diabolis. Ita enim uixit (ut Platinæ uiri præstantissimi uerbis utar) ut post

Cõcursus populi ad funus Benedic. mortem inter Beatos merito censeatur. Ipsa die, qua ad cœlũ migrauit uir sanctus, tantus fuit populi concursus ad eum uidendum, ut agminatim ciues et inurbana plebs, totas uias complerent, ut uix e palatio, in Templũ prædicatorũ deferri posset, potueritq; postero die sepeliri. Porro adnitebantur omnes sancti uiri pedes exosculari, rati se osculo ueniam eius meritis a domino facilius criminũ suorũ posse obtinere. Et cum scriptũ didicerimus, q̃ se humiliat exaltabit, sic huic sanctissimo uiro cõtigit. Quippe pas-

Miracula p̃ Benedic sim hinc ĩde miracula exire uidebant. Extẽplo mulier quædã p̃ annos q̃nde cĩ capitis dolorẽ passa, se sãcto uiro uouẽs, recessit exĩde sospes. Cuidã filius

paruulus, mox uoto ad beatū pōtificē et precibus emiſſis, qui cibo, potuq; tribus continuis diebus abſtinuerat, et de uita deſperatus, ſoſpes reſtituit; ut continuo pedibus ipſe ſuis domum reuerteret, qui paulo ante ad tumulum uiri dei ueluti mortuus allatus fuerat. Mulier altero brachio capta, inuocato Benedicti nomine, mox ſanū recepit. Mulier cū uno puero, uiſu, quē amiſerāt, donant. Mancipiū uicecācellarii, alterū brachiū debilitate oppreſſum habēs, exaudiēs, quæ fiebāt meritis uiri dei, ī Templo prædicatorū ad eius tumulū, miracula, fiducia plenū, extēplo brachii libertatē precibus obtinuit. A fluxu ſanguinis, mulierē, q̄ p annū paſſa fuerat, curauit. Puero ad ambulandū impotēti, pedibus et tibiis capto, ī frequēti populo, greſſus elargit. Mulier a diabolo obſeſſa ad tumulū uiri ſancti perducta ē paulo poſt eius deceſſū, ut liberaretur eius precibus, quo plurimū agitabat, et ſic agitabat, ut interdū ingentes ac horridas uoces emittere cōpelleret, quo fiebat, ut aſpiciētes ī ſui miſerationē deduceret. Ore ipſius miſellæ iniquus ſpiritus latine tam elegāter loquebat, ut admirarent omnes. Igitur ad tumulum uiri dei Benedicti mulier poſita, unus ex prædicatorū ordine pater Ven. in frequēti clericorū et laycorū cœtu, et duobus patribus Minoritis, agere diabolum ſanctiſſimis uerbis cœpit (quos exorciſmos uocāt, ideſt adiurationes) dicens. Dei ex parte et ſerui ſui Benedicti papæ, te adiuro, ut hinc exeas, mulierēq; iſtam dei facturam relinquas. Tūc ſermone litterali hoſtis antiquus reſpondit. Occine, Benedictū autumas me ne hinc poſſe pellere, quē non ualuit Frāciſcus? (Porro antea mulier Aſiſſiū ad diui Frāciſci tumulū deducta fuerat.) At Ven. pater, Scio inquit a deo optimo maximo tanta poteſtate utrūq; donatū, ut te hinc expellere poſſint. Sed pōt hāc Deus ſancto uiro Benedicto reſeruare, p nūc facultatē, quā diuo Frāciſco nō fecit. Aſt malignus ſpiritus impatiens dixit. Te rogo, atq; obteſtor, ne me amplius uexes, aut inferas bellū, eo q hac ī muliere annis ſexdecim permanſi. Verum pater ille non eius dicto audiens, iterū nomine Benedicti acriter eum urgere cœpit, et tandem cum diceret Et uerbū caro factum eſt, (forte Euangeliū illud legerat) mox diabolus euanuit, ueluti mortuam mulierem dimittens. Sic enim eius corporis uires attriuerat, ut diu non ſolum loqui, ſed uix hiſcere potuerit. Tandem uiribus reaſſumptis, gratias deo ingentes, et uiro ſancto Benedicto egit. Nec ulterius litterali uſa ſermone, quem nunq̄ didicerat, Quin maxima poſthac admiratione capiebatur, cum intellexerat, ſe aliquando eo locutam fuiſſe. Ioanna Petri de Frācia, precibus ſancti uiri, a fluxu ſanguinis, quem menſibus ſex paſſa fuerat, oratione ad eius tumulum porrecta, protinus obtinuit ſoſpitatem. Et Viuiano Bon Ioānis de ponte mōtis caſtelli, tacto uiri dei tumulo, præmiſſo uoto lumen oculorū reſtituitur, quo pro maiori parte ante caruerat

Mulier a diabolo obſeſſa.

Miracula.

Naldus ex oppido Montepoliciano morbum comitialem passus annis septem ante eius sepulcrũ sospitate donatur. Gerũdisia capta manibus et lacertis cum matre ad Benedicti tumulũ accedẽs eius meritis recessit incolumis. Brunora paralysi liberat. Garnerius telo uulneratus uoto ad eũ emisso sanus factus est. Martinus altero captus testiculo ad eius tumulũ a patre ductus sanus inde exiit. Bonazagus huiusmodi ægritudine laborans promeruit ad eius sepulcrum sospitatem Intestinis Ioannellum laborantem et ad eius tumulũ sanitatẽ efflagitãtẽ uoti compotẽ sanctus uir reddidit. Bruna de Casentino annis quattuordecim a diabolo uexata meritis uiri dei ab eius tumulo libera recessit. Cæteri qui a diabolo obsessi Angelucia Rosa ꝑ annos uigintiquinq; Guilielma Cæsenas annis septẽ Vaniola asissiata diebꝫ duodecim Quidã iuuenis de Cortonio tribus annis. Ii oẽs a diabolo obsessi meritis et precibus uiri dei Benedicti plene liberati sunt. Hæc sunt quæ impræsentiarũ de tãto uiro scribẽda occurrere. Si quis uoluerit intelligere quæ egerit cũ in ordine prædicatorio esset et eius præclarissimos mores legat primum librum et cognoscet.

Obsessi a diabolo liberati.

INNOCENTIVS QVINTUS PONT. MAX.

INNOCENTIVS Quintus Pont. Max. Petrus Tarantasiẽsis antea uocatus natione Burgundus ad tantũ dignitatis fastigiũ ob uitæ integritatẽ scientiæq; præstãtiã meruit promoueri. Natus est Tarantasiæ nobili oppido nobilibusq; parentibus Togam prædicatoriã adulescẽs sumpsit Quã sacris initiatus per annos triginta usq; ad pontificiam dignitatẽ constãtissime gestauit. Post præfecturã prouinciæ galliæ (prouinciales Priores ĩ ordine nostro huiuscemodi ꝑfecti uocant) cognita uiri doctrina solertia et morum honestate Gregorius. x. Pont. Max. ex Archiepo Lugdunẽsi inter cardines ecclesiæ Ro. ipsum adscripsit Epm Hostiẽsem et sũmũ pœnitẽtiariũ creãs. Tãdẽ uita functo Gregorio pont. anno. Mcclxxv. Aretii Hetruriæ urbe in festo beatissimæ Agnetis cõmuni patrũ suffragio in põtificẽ maximũ electus ẽ unde romã paulopost abiẽs in tẽplo diui Petri coronatus statim aĩum ad pacãdas res Italiæ adiecit. Quare legatos magnæ autoritatis uiros misit q et Hetruscos in ꝑniciẽ Pisanorũ conspirantes et Genuẽses et Venetos de uita ac sanguine inter se certantes ab armis discedere sub anathematis pœna cogerent. Aderãt et oratores Caroli regis cuius etiã autoritate rẽ magis ex sentẽtia cõfici posse sperabat Fecere mãdata Hetrusci maxime uero Florẽtini quos ob hãc rẽ põtifex ab ĩterdicto Gregorii absoluit. Genuẽses ãt et Veneti quorũ odia magis inoleuerãt in armis cõtinuo erãt se se ĩuicẽ mutuis cladibꝫ cõficiẽtes

Quos tamẽ Innocẽtius ĩ sentẽtiã suã traxisset, si ei diutius uiuere licuisset, adeo ad eam rem animatus erat. Moritur aũt pontificatus sui mense sexto die secũdo uidelicet Nono Calẽdas Iulii. Mcclxxv. sepeliturq́ in Lateranẽ si Basilica, Quominus aũt mors eius molesta præsbyteris secularibus uideretur (hæc Platina) effecit eius iudicium paulo ante latum. Nam cum Viterbii inter sacerdotes cathedralis ecclesiæ et fratres prædicatores de corpore Clementis quarti orta contentio esset, (uterq́ enim omnino sanctissimum corpus apud se uolebat) adiudicauit id fratribus committi debere, q̃ diceret sanctissimũ pontificem id ita dũ uiueret, instituisse. Hanc itaq́ ob rem, leuem offensiũculã Innocentius cõtraxit, alioquin uir optimus, et de quo bona omnia sperari poterant. Docuerat diu Parrhysii litteras sacras Cõmẽtaria scripsit super Genesim, Exodũ, Leuiticũ, Numerũ. Super Pauli Apostoli Epistolas, et super Lucã glossemata præclarissima edidit, Reliquit etiã scripta ualde acurrata super libros quattuor sententiarũ. Item tractatum de unitate formarũ, de materia cœli, de æternitate mundi, de intellectu et uoluntate composuit. Strictimq́ diui Thomæ Aquinatis doctrinam cõplexus est. Quare epitomate uno fere omnia eius scripta comprehendit. Maximus enim fuerat propugnator, et affectator ipsius doctrinæ, qua apprime delectabatur, Eius etiã cõsuetudine dũ in humanis esset plurimũ usus est. sed heu nimis immature e uita subatus est.

Obitus Innoc. pont

Opa p Innocẽtium edita

CARDINALES ROMANAE ECCLESIAE EX ORDINE PRAEDIC. PER LEANDRVM ALBERTVM.

HVGO BVRGVNDVS PRIMVS CARDINALIS EX ORDINE PRAEDICATORVM.

h VGO de sancto Theodorico Burgundus, uir ingenio, moribus, et doctrina præstans, Bacchalarius Parrhysii existẽs, sacrasq́ litteras docens, sancto afflatus numine, in festo Cathedræ diui Petri apostoli, prædicatorũ togã, calcato mundo, et eius illecebris, ab Iordane uiro optimo, (de quo in primo libro uerba fecimus) petiit, et indui obtinuit, Sacris igit̃ initiatus, patrũ cõsensu, inter doctores sacros cõtinuo adscriptus est. Demũ et Antistes, a pont. max. Innocẽtio quarto Lugdunẽsis, uisa uiri eruditione eminẽti, morũ grauitate, et sanctimonia creatur, quẽ paulopost inter Cardines ecclesiæ Ro. sub Titulo sanctæ Sabinæ reposuit. Primus enim is extitit ex ordine prædicatorũ hac dignitate ornatus. Porro diu anceps fuit, an pontificis uolũtati pareret, et tale munus acceptaret. Tãdẽ ægro animo, obtemperãdũ duxit. Accepta tãta dignitate nusq̃ a priore

primus ex or. prædic. Cardinalis

uita discessit. Animaduertẽs uero pontifex uiri grauitatẽ, solertiã, et ĩ rebus agẽdis prudentiã eũ in Germaniã legatũ misit. Qui idẽ munus iustissime ac intrepide egit. Non multũ uixit in hac dignitate lætus. Animaduerterat

Atr. enim onera innumerabilia, sub tanto latitare honore, quæ hominẽ nõ cautũ, facile in perniciẽ deducere soleãt. Ferũt autẽ in morte dixisse. Malluissẽ potius morbo elephãtino in ordine meo prædicatorio captũ egisse uitam, q̃ mihi galero isto caput ornari. Porro aliquando ingens auri pondus, uidelicet mille turronẽsiũ libræ, ut dũtaxat reticerẽ uerbũ, mihi oblatæ fuere, Vita functus est Vrbeueteri circa annũ domini. M. cclxii xiiii. Cal. Aprilis Et deportatus fuit Lugdunũ et in templo p̃dicatorũ sepultus, Cuius in sepulcro hoc epitaphiũ legit̃. In hoc sepulcro iacet Vir Laudabilis Hugo de, Sancto Theodorico, deo et hominibus gratiosus tituli sanctæ Sabinæ quõdã præsbyter Cardinalis. Cætera quæ sequũt̃ p̃termisi breuitati studẽs. Dimisit post se monumẽta laborũ suorũ, uidelicet Glossemata et scholias in

Opera p ip̃m edita utrũq; testamẽtũ tã egregias, ut hactenus a nullo superatus fuerit, et ĩdices per nomina et materias sup̱ dicta instrumẽta fecit, quas Cõcordãtias uocãt. Sentẽtiarũ etiam libros diligẽtissime obseruans, enodauit, et dilucidauit Librũ præterea (cui speculo ecclesiæ nomẽ est) et alia egregia opera edidit. Canonẽ, Innocentii. iiii. iussu, Carmelitis cũ Guielmo Episcopo Antacanẽsi ordinis nostri tradidit. pro ut in Guilielmo prælibato dicemus, circa annũ domini. M. CCXXVI.

HANNIBALDVS ROMANVS CARDINALIS.

h ANNIBALDVS ex nobili prosapia proconsulũ Vrbis Romæ sacrarũ litterarũ doctor. et sacri Pallacii Magister, p̱ Vrbanũ. iiii pont. max. inter cardines ecclesiæ Ro. circa annum domini millesimũ ducẽtesimũ sexagesimũ secũdũ adscriptus est, secũdus ex or. prædic. Et presbyter Cardinalis sub Titulo basilicæ duodecim Apostolorũ fuit. Polluit is uir uenerãdus litteris, ĩgenio prudẽtia, atq; sanctimonia. Cõmẽtaria edidit sub quodã epitomate, sup̱ libros q̃ttuor sentẽtiales, et strictim ad-

Opa p ipsum edita nixus ẽ Petri Tarãtasiẽsis, et diui Thomæ Aquinatis dicta cõplecti. Quorũ plurimũ familiaritate usus fuerat. Vita excessit Vrbeueteri anno fere decimo, quo assumptus fuerat ad tãtã dignitatẽ, ãno uero domini. Mcclxxii. sepelit̃ ĩ Tẽplo p̃dicatorũ sat humili sepulcro plenus bonis operibus.

LATINVS ROMANVS CARDINALIS.

l ATINVS Frãgiapanis Romanus, nobili genere, sed uirtute moribus, et doctrina nobilior, iurecõsultus togã p̃dicatoriã, anima-

duertens mūdi pericula, casses, et decipulas, quibus cōtinue hoies innodari uidenť, assumpsit. Qua tātū deinde profecit, ut inter præclaros sua tempestate uiros, cū sciētia, tū morū honestate, atq; sanctitate, facile reponi possit Qua pp a patrib9 inter litterarū sacrarū doctores adscriptus ē, et inter optimos sacri uerbi concionatores. Igitur eius modestissimā conuersationē, et ingētē litteraturā cōsiderās Nicolaus tertius pont. max. eius patruus, Cardinalē Hostiēsem ueluti habiturus potiorē ad remp. Christianā amplificandam adiutorē creauit. Quo creato Cardinale, extemplo eū Florētiā ad cōponendas res Hetruscas misit, quæ maximis factionibus atq; simultatibus et intestinis odiis agitabanť. Compositis secūdū uota pont. (pro ut in annalibus Florētinorū habeť) rebus Hetruscis, exinde abiit, Ferūt ipsum prosam (quā sequētiā dicunt). Dies ire dies illa etc. et etiā de beata uirgine edidisse. Ex hac luce subtractus est anno Domini. M.CC.LXXXXIIII. mense Nouembri, ex quo Cardinalis factus anno decimo septimo. Romæ et sepultus in Templo Sanctæ Sabinæ Mariæ super mineruam, pro ut inueni. Ferunt ipsum claruisse miraculis. Fuit uir insignis, et omni laude dignus. Qui eius prudentiam, et solertiam melius dignoscere cupit, Florentinorum historias diligenter euoluat, et cognoscet.

Opera per ipm edita.

GVILIELMVS ANGLICVS.

g VILIELMVM Anglicū uirū insignē, sacræ theologiæ doctorē, Benedictus. xi. pont. max. adscripsit inter cardines Ro. ecclesiæ, quē uiuū putabat, sed obierat antea p mēses quattuor, a synodo generali Bisuntii acta āno domini. Mccciii. rediēs, qua pfuerat noīe, prouinciæ Anglicanæ, uulgo deffinitor dictus, cū cæteris patribus. Huic sicut pie credendū est, Christus assistens pontifex futurorum bonorum, prouidit de cardinalatus uitæ titulo meliori.

ROBERTVS ANGLICVS CARDINALIS.

r OBERTVS Anglicus Theologiæ ac philosophiæ doctor optimus, post præfecturā prouinciæ Angliæ, quā egit in ordine prudenter, post Archiepiscopatus Cantuariēsis laudabilē administrationē, et Angliæ primatū, Quib9 præfuit, a Nicolao tertio pont. max. ex gente Vrsina, uiro optimo, anno domini. Mcclxxvii. Cardinalis Portuensis declaratus est. Cognouerat egregius pontifex uiri modestiā, litteraturam, ac morū probitatē. Quaobrem adnixus est hos deligere Cardines quibus bene, firmiterq; Ecclesiæ fores regi, ac gubernari possent. Non nisi uiros probos (ut platina scribit) ad tantū dignitatis apicem, euexit. Scripsit Robertus optima Cōmentaria super Theologiā, et Philosophiā, Et no/

Opera per ipm edita.

nulla alia præclara opuscula edidit, quæ uiri eruditionē præseferunt. uidelicet super Porphiriū, prædicamēta, peryermenias, sex principia diuisionum prio. et posteriorū, topicorū, elēchorū libros, sup̱ Boetiū, super Priscianū minorē. de natura relationis, Sophristiā grāmaticalē, Sophistriā logicalē, Librū de ortu scientiarū, de rebus prædicabilibus, de unitate formarū, sup̱ libros phisicorū, de cœlo et mūdo, de generatione et corruptione, super libros Metheorū, de anima, super Methaphysicā, et omnes paruos naturales, super quattuor sententiarum libros. Quo anno uita functus fuerit nō inueni. Viterbii in Templo prædicatorum iacet.

HVGO BILOMIVS GALLVS CARDINALIS.

h VGO Bilomius Aluernensis Claremontensis diocesis, Archiepiscopus Lugdunensis, uir litteris, et moribus clarus, per Nicolaum quartum pont. max. anno domini. Mcclxxxix. inter præsbyteros Cardinales, sub Titulo sanctæ Sabinæ, adscriptus est, Et p̱ Cœlestinū quintū postmodū Episcopus Hostiēsis declaratus, Vita functus ē Romæ anno domini. Mccxcvii. Et sepultus in Templo sanctæ Sabinæ. Super quattuor sentētiarū libros scripsit. Dimisit etiā posteris librū unū de unitate formarum, De uisione immediata diuinæ essentiæ. Item librum contra corruptoriū beati Thomæ. Vixit Cardinalis annis octo.

Opa p̱ ip̄m edita.

NICOLAVS PRATENSIS HETRVSCVS CARDINALIS.

n ICOLAVS Pratensis Hetruscus, adolescēs, toga prædicatoria assumpta, animū ad ea, quæ religionis, quæ litteraturæ erāt appulit, ut breui admodū tempore, ut erat ingenii acris, adeo in iis profecerit, ut ad alios docendos a patribus præficeretur. Studuerat aliquando Parrhysii sub optimis doctoribus. Deinde Romæ egregie docuit. Postmodū a patribus, Cōcionator (quē Generalē p̄dicatorē dicūt). Ii enim in Cōuētibus Generalibus, patrū suffragiis instituunt, Quorū interest ubiq̧ pro libito concionari) dictus. Visa præterea in agendis solertia, et prudentia eius, præfectus primo est prouinciæ Romanæ, postremo ad res agēdas, pro toto prædicatorū ordine in Curiā Ro. (quē Procuratorē ordinis nominant) missus. Ferunt ipsum ita elegantissimæ formæ fuisse, ut omnium oculos i se cōuerteret. His omnibus bene gestis, Bonifacius octauus pont. max. ipsum Antistitē Spoletinū fecit, demū misit in Angliā Legatū. Mortuo Bonifacio, et Benedicto undecimo creato, Nicolaus Cardinalis Hostiensis declaratur, anno Domini. Mccciii. Porro eius cōsuetudine pluri

Att.

mum Benedictus delectabatur. Cardinalis igitur factus mox a Benedicto Florentiã Legatus mittitur, ad sedãdos tumultus Hetruscos, et Lombardiæ simultates tolẽdas exortas. Vita functo Benedicto, ut erat in rebus agẽdis solers, et prudens, sic egit, ut tandẽ delectus fuerit Bertrãdus Gottho ĩ pontificẽ max. Cui Clemẽti quinto postea nomen fuit, cum diu, uidelicet a nonis Iunii usq; ad Nonas Iulii insequẽtis anni pontifice ob patrum contentiones ecclesia caruisset. Missus est deinde a Clemẽte pontifice Romam (porro in Galliis pont. max. cum Curia Auinioni morabatur) ut Henricũ Germaniæ Regẽ imperii Ro. diademate honestaret. Q đ et fecit ĩ Templo Lateranẽsi. Clemẽtẽ prælibatũ, et Ioãnẽ xxii. pont. max: ut Hostiensis Cardinalis cõsecrauit. Iussuq; pontificis Robertũ Caroli filiũ, cũ Cõsorte ĩ Reges siciliæ coronauit. Fuit enim is Nicolaus uir insignis, honestæ cõuersationis, uitæ sanctissimæ, et eximiæ castitatis, Comis, lenis, et in moribus cũctis mitis, Compositus, affabilis, et oĩbus gratus. In cõsilio prouidus supra q̃ dici potest. In largiẽdo bona sua egenis profusus. Quippe anteq̃ uita defungeretur, cuncta egenis distribuit. Poculũ argẽteũ cuilibet pratẽsi tẽplo, ꝓ sacris faciũdis, dono dederat. Auinionẽse Cœnobiũ et Pratẽse or. prædic. cũ Monasterio sancti Nicolai, (quod pro sanctimonialibus fecerat) erexit propriis sumptibus. Multa præterea Tẽpla fere collapsa, et in proximo ruinã minantia instaurauit. Tãdẽ anno domini. Mcccxxii. postq̃ in Cardinalatu uixerat ãnis decẽ et nouẽ Auinioni Galliæ. cũ ingẽti deuotiõe et cordis humilitate spiritũ efflauit, atq; in Templo prædicatorũ sepultus. Cuius in Tumulo graphice hoc Epitaphium inscriptum est. (Mores Nicolai.)

Eloquium, bona uita uirens, discretio fulta,
Consilium, doctrina uigens, prudentia multa.
Ista silent hic, illa docent, sunt cuncta sepulta,
Virginis a partu, in numeratis mille trecentis
Annis bis denis uno quartisq; Calendis,
Quem genuit Pratum, Spoletum Pontificatum,
Hostia quemq; dedit Romano Cardine gratum

GVALTERVS ANGLICVS CARDINALIS

g VALTERVS Anglicus, uir moribus, litteratura, et sanctitate ornatus, a benedicto. xi. pont. max. ĩ ieiuniis q̃ttuor tẽporũ post Cineres, præsbyter Cardinalis factus est. Aliquãdiu oblatã dignitatẽ acceptare distulit, tãdẽ suasu amicorũ, uotis pont. paruit. Fuit eni uir ualde uenerãdus, et obseruandus. Ob eius uitæ præstantiã, et modestiã, fuerat ab Eduardo Anglorũ Rege delectus in patrẽ, quẽ Cõfessorẽ uocãt. Igi-

tur inter ro. ecclesiæ Cardines adscripto, post paucos mẽses Benedictus uir sanctissimus diẽ suũ fœliciter obiit, pro ut diximus. Eo ipso mortuo exaudiens Gualterus in Anglia cõstitutus patres in aliquẽ unum conuenire nõ posse, cui tota Christianæ religionis moles cõmitti posset, post menses nouẽ, ex quo Cardinalis dictus fuerat, et quinq; a fœlici obitu uiri dei Benedicti, ex Anglia quarto Calendas decembris, sabbato ante primam dominicã Aduentus, Perusium accessit, quo patres inclusi tenebantur secundum cõsuetudinem, pro nouo pontifice deligẽdo. Cui processit obuiam Populus Perusinus, et eum cum ingenti honore excepit. Vrbem ingressus mox ad Cardinales inclusos diuertit, a quibus perbenigne, ac alachriter, lætoq; uultu receptus, et posterio die ad electionem pont, ceu Cardinalis admissus, licet adhuc nec galero, nec anulo fuisset ornatus. Nũq̃ cardinales a nonis Iunii M.CCCIIII. usq; ad nonas Iulii anni sequentis, (ut scripsimus) in aliquẽ unum conuenire potuerũt, sed tandem ingenio et prudentia Nicolai Pratensis, cuius supra mentionem feci, Clemens electus est. Igitur Clemente electo, transiens per Genuam in Gallias ad eundem Pont. Max. nuper electum iturus cum Nicolao pratense, uenerandus pater Calen. septembris uita excessit. Mcccv. Sepultusq; est per Nicolaum prælibatum ad tempus in Templo prædicatorum. Iusserat enim corpus suum deferri Londonas in Anglia, et in Basilica prædicatoria, unde assumptus fuerat sepeliri.

Obitus gualterii

NICOLAVS FARINVLA CARDINALIS.

n ICOLAVS Farinula Rothomagẽsis Philippi Gallorũ Regis Cõfessor (ut uulgo dicit) inter præsbyteros Cardinales sub titulo sancti Eusebii per Clemẽtẽ quintũ pont. max. Lugduni, ubi præsens erat, Feria quarta in ieiuniis quattuor temporũ Aduentus domini repositus est, anno domini. Mcccv. obiit Lugduni, et ibidẽ humatus.

THOMAS ANGLICVS CARDINALIS.

t OMAS Anglicus uir insignis, et uirtutibus, et litteris clarus sacrarũ litterarũ doctor egregius, postq̃ annis septẽ prouinciã Angliæ in ordine prædicatorũ prudẽter rexerat, sub Titulo Sanctæ Sabinæ a Clemẽte. v pont. Max. Lugduni, ubi aderat, præsbyter Cardinalis, eo anno, eoq; die uidelicet. xviii. Cal. Ianuarii, quo et Nicolaus Farinula, factus est. Germanos sex ex eodem utero eductos comprædicatorios habuit, uiros religione, modestia, et uirtute præclaros. Super sentẽtias egregia edidit commentaria.

Opa p ipm edita.

GVILIELMVS BAIONENSIS CARDINALIS.

g VILIELMVS Petri Baionẽsis, ex magistro sacri pallatii, postq̃ præfuerat Prouinciæ Tolosanæ, et illud munus egregie obierat, Per Clementem.v.ob eius doctrinam, et gratiam apud omnes, Cardinalis præsbyter Tituli sanctæ Cæciliæ anno domini.Mcccxiii.declaratus est, deinde sabinensis Episcopus per Ioannem.xxii.Mcccxvii. Ex hac luce subtractus est plenus bonis operibus anno domini.M.ccc.xxxvi.et sepultus in Templo prædic.apud Montem Pessulanum.

MATTHAEVS ROMANVS CARDINALIS.

m ATTHAEVS ex Vrsinorũ nobili prosapia ortus, ex Archiepiscopo Sipontino, a Ioanne.xxii. pont.max.relatus est inter præsbyteros Cardinales anno domini.M.cccxxviii.sub Titulo S.Ioannis et Pauli. Fuerat uir litteris haud mediocriter eruditus, religione conspicuus, solers in rebus agendis et prudens.Multo tempore, eo q̃ inter doctores fuerat adscriptus, sacras litteras docuerat.Sub istitutis p̃dicatoriis militans, patrũ decreto, Romanã prouinciam rexit.Emit Cardinalis factus in territorio Bononiensi agros plurimos, et hac conditione credidit Cœnobió nostro, ut annuatim quãdam pecuniæ summam, ex fructibus annualibus extractã, mitterent patres nostri ad quodlibet Cœnobium tunc cõstructum Ro.prouinciæ ordinis prædic.tam uirorum q̃ mulierum, et ad synodum Generalem habẽdam eo anno nummos aureos decem, omni tempore, Quod hactenus obseruatum est.Auinioni diem suum obiit, Inueni ipsum deinde fuisse sepultum Romæ in Templo.S.Mariæ ad Mineruam.

GERARDVS DOMARVS LEMONICENSIS CARDINALIS

g ERArdus Lemonicẽsis p̃fectus totius ord.prædic.decimusseptimus(ut in primo libro scripsimus)uir optimis litteris, et moribus præditus, a clemente.VI.auũculo adscriptus est inter præsbyteros Cardinales sub Titulo Sanctæ Sabinæ, anno Domini.M.ccc.xxxxii. Quippe post tantam dignitatem adeptam, ultra biennium non superuixit.Requiescit in Templo prædicatorum Tholosæ.

IOANNES DE MOLENDINIS CARDINALIS

i OANNES de Molendinis Tholosanus post præfecturam totius ordinis prædicatorum acceptam, per Clementem.vi.pont.

M

max.ãno domini.MCCCL.præſbyter Cardinalis.S.Romanæ eccleſiæ Tituli.S.Sabinæ factus eſt.Iacet in Templo Tholoſano prædicatorum.

NICOLAVS ARAGONENSIS CARDINALIS.

n ICOLAVS Aragonenſis ſacrarum litterarum interpres, regens prouinciã Aragoniæ numero præſbyterorũ Cardinaliũ ſub Titulo ſancti Sixti per Innocentium ſextum Pont.Max.addictus eſt.Mortem obiit Maioricis, et in Templo prædicatorum ſepultus.

GVILIELMVS TOLOSANVS CARDINALIS.

g VILIELMVS TOloſanus poſt adminiſtrationem prouinciæ Toloſanæ, poſt Magiſterium Sacri pallatii, poſt Epiſcopatus Maſſilienſis præſidentiam euectus eſt per Vrbanum quintũ pont.max.ad Cardinalatus apicem.Epiſcopus enim Hoſtienſis is fuit.

NICOLAVS NEAPOLITANVS CARDINALIS.

n ICOLAVS Muſchinus Neapolitanus ſacrarum litterarum interpres, et Cenſor Hæreticorum Regni declaratus eſt Cardinalis Præſbyter ſub Titulo Sancti Ciriaci ꝑ Vrbanum.VI.

NICOLAVS DE SATVRNINO CARDINALIS

n ICOLAVS De Saturnino Cardinalis Sancti Ciriaci dictus de Aluernia.

PHILIPPVS ROMANVS CARDINALIS

p HILIPPVS Romanus pœnitentiarius in Vrbe Roma Tyburtinus Antiſtes, Cardinalis factus ſub Titulo ſanctæ Suſanæ.

IOANNES DE NOVO CASTELLO ARAGONENSIS CARDINALIS.

i OANNES de Nouo Caſtello Aragonenſis ſacræ Theologiæ doctor, ex ſacri pallatii Magiſtro, factus eſt præſbyter Cardinalis Tituli ſancti Sixti.

IOANNIS DOMINICI CARDINALIS RO. ECCLESIAE VITA PER IOAN. CAROLI FLORENTINVM ORDINIS PRAEDICATORVM VIRVM CLARISSIMVM EDITA.

I OANNES DOMINICI FLORENtinus Romanæ prouinciæ patrem habuit Dominicū Virūquidē popularē suo tamē in genere clarū, maternū uero genus a populari item fœmina et eadē pudicissima duxit. Neq; uero molli nimium aut delicata educatione enutritus creuit, sed ut illi hominū generi accidere solet, qui operibꝰ manuūq; labore uictū sibi acquirere cōsueuerunt necessaria solum adhibentes, reiectisq; delitiarum superfluitatibus rem suam agere diligentissime curant. Alitus tamen est (populari moreo) primis artibus, et pio parentum studio ac diligētia. Ad potiora quidē longeq; maiora q̄ illa ipsa paternæ domus fortuna requiret diuina bonitate uocatus, non ea debuerat mollicie educari, ut labores, quos esset pro domino tolleraturus illis delitiis refugiendos putaret, aut certe in perferēdis illis infirmior appareret. Sed apprime ī his educatus rerum difficultatibus semper ad maiora ex his uideretur euocari discrimina. Ita profecto et in Moyse uiro illo sanctissimo gestum accepimus, qui cum multa, et longe maxima pro diuina esset uoluntate facturus, in sūmo uitæ timore ortus est, clam enutritus, deinde phiscellæ et aquis comēdatus hæc suæ natiuitatis primordia ē sortitus. Dauidē quoq; acceptissimū deo uirum pastoralis cura enutriuit primū, deinde regalis inuidia mortisq; expectatio diuturna, periculorumq; infinita depressio currētē hominē pluri mis retinuere annis, quo ad regni fastigia post talia tātaq; rerū omnium uolumina perueniret, ut etiam euadendi gratia stultitiam simulare illi fuerit opportunū, dei sic prouidētia disponente. Ita ergo et Ioāni Dominico nostro, quem miseratio ipsa diuina ad res magnas, et graues uocarat euenire opere pretium fuit, ne tanquā nouus sed exercitatus longeq; expertus in acies uideretur, nec ad primos congressus pedē omnino ut timidus, aut delicatus inanisq; referret, sed ut adhleta fortissimus, hostium cuneos innato quodam robore securius penetraret. Nihil tamē nato infanti defuit, nec toto illo tempore, quo apud parentes uersatus est quopiam caruit, quod con ditioni et fortunis conueniret suis. Itaq; ut primum eam attigit ætatem, quæ optimis posset moribus informari qua ue parētibus posset aliqua sua opa auxilio et adiumēto fore, mox ad eas artes cōcessit, quæ utrisq; uidebātur q̄ maxime profuturæ, quibus uictū eo sibi et aliis pro facultate subministraret. Cæterum licet parentibus ille deuotissime obtemperaret, magis

dominicus pater Ioā. Domini.

Art. Studia Io. Domi. in pueritia et Officia

tamen uoluptuosius et solertiori quodã studio circa ea obuoluebat loca, q̃ uiderentur ad religionẽ et pietatẽ proximiora fore, diuturnoq; opere expleto nunq̃ animo quieuisset quin ad ecclesias se cõferret pia uota sua domino soluturus. Fastidire quidẽ iam incipiebat animo, quicquid mũdanum illi ante oculos obtigisset. Insignibus uero festisq; diebꝰ eas adolescẽtiũ seu puerorũ societates (quas cõfraternitates uocãt) perfectis primũ diuinis laudibus deinde studiosissime uisitabat, illasq; eorũ cerimonias nihil prætermittẽs oĩo diligentius obseruabat. Si quid uero tẽporis super fuisset iterũ diuinis rebus id totũ tribuere properabat. Operiebãtur aũt nonunq̃ illũ parentes domi cũ ille cibi ac potus domusq; paternæ obliuione cõcepta nec necessarii quoq;, uictus curã gerere uideret, sed ita in his absortus ut in omnibus iã illa opinio esset eũ breui religionẽ esse intraturũ. Quare parentes eius ob filii caritatẽ nõ nihil doloris, et anxietatis assumpserant, cernentes omnium sententia tãto filio se q̃totius esse priuãdos. Maxime aũt prædicatorũ ecclesiã frequẽtabat, ibiq; cupidissime diuinis rebꝰ intẽdens nõ ante redibat domũ, quã ĩ uesperã inclinasset. Erat enim domus illa florentissima, tũ uirorũ excellẽtia tũ religiõis sanctimonia litterarũq; multa peritia. Quo circa in ea tãta deuotione obuoluebat, ut qui Ioãnẽ uoluisset, haud alibi frequẽtius q̃ apud prædicatorũ inuenisset domũ. Vnde et prouerbio cautũ apud parẽtes erat quũ quis Ioãnẽ postulasset, ubi credis hominẽ facilius q̃ apud prædicatorũ familiã inuenire, Ibi diuturnas eius orationes agit nostri pene oblitus. Quasi uero iã præsagiret animo se ad altiora uocatũ, secularibusq; illis exercitationibus nulla ratione intendere uidebatur mẽte, ac si nostri saluatoris sententiã didicisset. Operamini nõ cibũ, qui perit, sed, qui permanet in eternã uitã. Proinde ubicũq; uerbũ domini prædicari audisset, illo se cõferebat tanto studio, ut nõnũq̃ ueluti stupidũ homines accusarẽt. Negligentẽ, desidẽ, temporis amissorẽ, ac prope modũ uecordẽ puerum uocitantes, Cæterum in illa, quæ uidebatur segnities in rebus mũdi agendis, nõ ex uitio sed ex uirtute internæ cõtemplationis ꝓdibat, nõ quod operari renueret, sed quod ea quæ ipsi proponebantur, illi opera nõ placerent. Neq; uero hoc ignorauere parentes quum alias solertissimus esset, sed eius studia cognoscentes, ita utebantur eo, ac si iã pridẽ filiũ amisissent. Quippe nec contristare illũ quẽ tenerrime diligebãt ulla ratione uolentes, quando quidem nulli uitio uidebatur obnoxius putabant ea nõ ob negligentiã ab eo fieri, sed propter tediũ secularium rerũ illa ipsa uita tum quidem sibi instituisse. Nã et sotietatibus optimis delectabatur plurimũ, semperq; cũ his uersari, quorũ fieret uirtute melior, et deuotione præstãtior. Itaq; nemo sibi persuadere poterat, eũ absq; aliqua alia maiori uirtute et gratia tali pacto uitã cõducere. Verba præterea eius his faciebant fidẽ, et spem optimam promitte-

bāt, cum essent grauia, opportune prolata deuotionisq; et sanctitatis plena. Igitur deinceps nihil sibi negabat domi, ad nullas uero res cogebatur, nisi ad quas necessitas cōpulisset. Parētibus q̄dē ita erat obtēperās ut nō multū eis laborādū esset, quū quid eū facere uel dicere decreuissent. Paucis uero in rebus illi molestias inferebāt, animaduertētes eū secretioribus horis quibusdam orationibus, quas materno studio didicisset domi nō ut pueri solent deditiorē esse q̄ in omnibus aliis rebus. Conuicinis aūt et coetaneis suis ita erat acceptus et carus, ut quū quid eis tēporis uacaret Ioannē Dominici filiū auidissime conuenirēt. Quū ergo iādudū in animo statuisset religionis ingressum, ad nullam aliā quā ad nostrā uidebatur esse propēsior, quū et in ea prospiceret uiros, et spiritus feruore, et carnis nobilitate præcipuos ac præterea peculari quodā ad nostros uocaret effectu, q̄d et cōuicinis et suorū apud nos haberent sepulcra peruetusta maiorū. Quare tādē prædicatorū habitū annos iam .xviii. natus a patribus postulauit. Intuitus aūt adolescētē is q tūc prior erat. Quid causæ foret tūc percūtatus ē, cur is q iā parentibus plurimo posset esse præsidio, et auxilio, eos ita relinqueret, Eorū illū senectæ misereri debuisse, ac præterea quātis si eos relinqueret angoribꝫ et difficultatibus facto isto cōpleret. Ille uero longe plura deo q̄ parētibus, animæ quā corpori se debere respondit. Quo circa ut reciperetur suppliciter postulare, Cuius propositi firmitate percepta se quidē morē illi gesturū respondit. Cæterū hoc sine patrū consensu fieri ulla ratione nō posse, Se uero pro eius cā patribus uerba facturū. Iret interea et secū omnia deligentuis cogitaret, examinatisq; omnibus, parentū, si fieri posset ueniā postularet, Eorū si id fecisset beneplacito oīa melius et q̄etius prouentura. Relata igit̄ hac postulatione ad patres uaria fuit inter eos sentētia. Erat quidē iā pridē notus fere omnibus Et hi quidē anuēdū putabant adolescenti neque reiiciēdū esse, qui ad seruiendū deo ueniret omnino iudicabāt. Alii uero aut super sedēdū aut negandū censebant penitus. Eorū aūt hæ rationes fuerūt Rudē adolescentē et q̄uis bonū ineptū tamē et inertē fore, omnis a diu hominē cognouisse. Otio uero satis deditū, et qui nō nisi ī ecclesiis uersaretur terendo tēpus. Videri ex his posse laboris fugiendi gratia, potius q̄ deuotione moueri. Præterea iā satis prouctæ ætatis esse, omnino litteris esse ineptū scire se et id ex eo audisse eū prima etiā elemēta ignorare. Quicq; fere annos sit .xx. natus, quid de illo facturi sunt ignorare. Satis laycorū et rudiū hominū domi esse. Posse uero desiderio suo satis efficere, in aliqua alia religione, quæ ita litterarū peritiā nō requirat ut nostra. Ad hæc adiiciebant nostrā religionē a prædicationis officio p̄dicatorū uocari. Hic uero quū impeditioris sit linguæ ac balbutiētis, ut nostis omnes, et experimento ꝓbare potestis, q̄d tādē eius cōsortio indigemus. Quare omnino ad aliā religio

Patrū opiniones de Ioanne.

nē ꝑperet suadendū illi utilior sit, et ad singula religionis munera aptior q̄ esset in nostra, idq; demū sibi uideri. Erāt āt ī eo collegio excellētes uiri nobilitate carnis et sciētia clari. Quos inter unus erat ex quo omniū pēdebat sentētia. Hic annuētibus cūctis ut diceret, ut erat uir eloquentia et grauitate insignis, in hūc fere modū loquutus ē. Ego quidē patres ac fratres mei frequēter ī hoc collegio nostro fui, deq; uariis rebꝰ et uerba feci, et alias sn̄ias ꝓclaras audiui, qbus uehemēter delectatus sum. Nūc aūt uidet̄ mihi nō religiosorū ac secularirū uel potius gentiliū more (pace omniū dixerim) ī hac ipsa re, quā tractamus de futuris euētibus augurari uelimus, tāq̄ ī nostra sit positū potestate hoīum mores bonos uel malos efficere. Et q̄uis existimē eos q hūc adolescentē reiciēdū putār bono quodā et sincero zelo moueri hebetioris tamē uisus esse noscunt̄, qui mala uel bona q̄ circa eos posita sūt intuent̄ solū, a lōgioribꝰ uero aciē sui aspectus remouēdū putāt. Vtq; hoc uitiosū eē certo scimus, ita d̄ futuris nimiū ꝑsagire uelle ꝑsumptuosū ac sūma uitupatione dignū, ī religioso præsertim existimo. Itaq; ī hoc reiiciēdo adolescēte magnopē aīaduerscēdū cēseo ne uolētibus nobis domui nostræ ꝓficere, ac sapiētes, et prudētes uideri, diuinā gratiā negligamus, quā suadet Apostolus nequaq̄ ī uanū recipiēdā esse, Lubrica qdē gratia dei ē, tūq; uō capit̄ cū aduenerit, haud ī nostra ē potestate eā reuocare, quū semel abierit Generosi qdē quū sit aī nequaq̄ semel abiecta cito regredit̄, sed differt ut melior his, q eā efflagitāt uideat̄. Hic ergo adolescēs nō nisi diuina gratia illustratus ad nos hodie se cōtulisse putādū ē, quā nos ei nulla rōne negare debemus, quādoqdē illā deus ei condonare dignat̄. Quales.n. sumus nos cuius ue meriti, ut diuinas illustrationes metiri, aut diiudicare uelimus? An ignoras diuinorū iudiciorū rationē inexplicabilē esse, attingi quidē aliquo modo posse, cōprehēdi nūc oīo īpossibile fore? Præsumptuosi hoīs ē, et diuina minime sapiētis altiora se quesitū ire. At desidē iuuenē sempq; in ecclesiis obuersantē negligētiæ deditū respuēdū censemus? Sed et bonū etiam paulo superius dicebatis. Qui in tēplo libēter morat̄, nulla ratione accusandus est. Quid.n. diceretis si in platea, si in foro, si in ludis et ganeis, siq; in aliis huiusce locis fuisse uersatū sciretis? Negligētiā uero fugere, nō optare uidetur, qui religionem ingredi curat, nisi uos omnes negligētes, et desides uestra sentētia faciatis. Sūt certe nobis ꝑ multa exercitia q̄ maximæ occupationes plurimi uariiq; cōflictus, quibus ne momenta quidem si modo religiosi uere esse uelimus uacandum nobis profecto sit. Sed rudis et omnino ignarus est. Creditis patres abreuiatam manum domini esse, ut non possit ex his lapidibus (ut ita dixerim) filios Habræ suscitare? Non ne et Dauidē ex pascuis, et Hieremiam ex ouibus pene elegit dominus? Neq; enim aiebat Apostolus fortia et nobilia, sed ignobilia et contemptibilia elegit

Attende optimam orationē.

Att. Propositiones insignes

Egregie diluit obiecta.

deus, ut fortiora et robustiora cõfunderet, ne glorietur oĩs caro corã illo. Quo circa uidete ne spũi sctõ resistatis, qa ubi uult spirat, uocẽq; eius audis, nescis aũt unde ueniat aut quo uadat. Quod si bonus uestra sententia est, bonũ qui renuit nõ satis aĩo, et mẽte cõsistit. Ex sua nãq; natura bonũ nũq̃ (teste philosopho) sui appetitũ abiicit. Quare infectus appetitus ẽ, qui nõ solũ nõ cõcupisci bonũ, sed etiã ultro se ingerẽs excludi dũ putat. Neq; uõ id multũ refert qđ ætate ut dicitis, puectior sit, ut ad litterarũ studia reddat̃ oĩo ineptus. Sed deo nequaq̃ ĩpossibile ẽ, qui iã pridẽ sic eius aĩo inspirauit, eius quoq; sic ingeniũ illustrare ut longe doctior multis euadat atq; præstãtior. An ne memoria excessit apostolos oẽs, et ætate puectos, et ingenio rudes a domino fuisse delectos? Ipse.n.os et sapiẽtiã tribuit, ipse prudẽtiã, ipse bonitatẽ spiritusq; gratiã, quibus uoluerit impt̃it. Vidimusq; sæpissime eos, qui uidebant̃ ingenio multũ ualere, ineptos deinde atq; obtusos euadere, neglıgẽtia hoc aut cõtraria cõsuetudine faciente. Eos uero q nullius uidebant̃ pbitatis futuri, in egregios et sũmos uiros cõuerti. Nihil.n. adolescentis uia obscurius, nihil inuolutius, atq; in nulla re magis q̃ in ista uidimus hoĩes fuisse deceptos. Quod si pro diuina uolũtate ob ingratitudinẽ nostrã, qui diuinare uolumus nobis accideret iste uero in amplissimũ et singularẽ euaderet uirũ, quãta nostris pœnitẽtia esset cum deinceps eius gloriã cerneremus? Itaq; diuina gratia p̃ueniẽda potius ẽ q̃ præoccupãda. Præterea ad memoriã certe o patres reuocare debetis, q̃ta mala q̃taue grauia passa fuerit domus nostra quũ nobiles illos nostro habitu induendos superioribus annis suscepimus, quãtæ nobis infamiæ fuerit, qđ ob diuitias ob nobilitatẽ carnis, obq; huiusmodi causas suscipiendos duxerimus, quas oẽs oblocutiones, si hũc eiicerimus, uerissimas faciemus, qđ q̃ religionibus nostris indignũ futurũ sit, uos ipsi cõsiderate. Quod si linguæ impedimẽta profertis, nimium certe de diuina bonitate diffiditis. Non ne et Esaiam polutũ labiis ipse pphetã fecit, et Hieremiã loqui omnino ignarũ suo populo p̃dicatorẽ dedit? Linguas ipse infantiũ disertissimas reddere nouit, q Balaã asinæ nec elocutionẽ omnino sua uirtute negauit. Moysen quoq; et ĩpeditioris lĩguæ fuisse manuũq; grauissimarũ sacræ litteræ ferũt. Ergo ne hac quoq; cã reiiciẽdus uidet̃. Quãq̃ et illa ĩpa adolescẽtis huius ĩpeditio lĩguæ nõ ad elocutiõis turpitudinẽ, nõ ad ĩpedimẽtũ, sed ad decorẽ atq; delitias si recte cõsiderare uelitis ei uidet̃ eẽ tributa. Esto ãt ꝙ horũ nihil futurũ certo sciremus, Nõ ne ĩ magna domo (ĩqt apostolus) diuersa et uaria gñra uasorũ eẽ oportere, et alia qdẽ aurea, illa uero argẽtea, hæc lignea, altera uõ testea, qs tñ maiorũ diligẽtia ad cõmoditatẽ et gratiã utit̃ quãdoqdẽ unicuiq; dat̃ mãifestatio spũs ad utilitatẽ? Grẽ p̃terea cõferũt̃ diuersis diuina largitate diuersæ. Dedit qdẽ et ĩpe quosdã aplos, alios uõ euãgelistas, alios

Sæpe humanũ fallit̃ iudiciũ

Age totã uim effunde Io. Car

aũt pastores, et doctores, ut sæpe noster referebat Apostolus, ut qui ad unã rem ineptũ se esse prospiceret, in altera semetipsum exercẽs proximorum utilitati cõsulat, et suæ saluti ut domini gratiã ẽ sortitus. Quãobrẽ nisi icerta pro certis uelimus assumere (ut prædiximus) more gentilium diuinare. Hunc adolescẽtem aduocandũ censeo, illiq; gratiã quam postulat cõcedẽdam. Deo uero cætera omnia relinquenda, cui nõ impossibile est gratiã ei atq; uirtutẽ talem tantãq; cõferre, ut omnibus nobis et religioni nostræ ac demũ toti ecclesiæ dei futurus sit magno ornamento atq; saluti. Quæ oĩa ubi ex seniori et præstãtiori uiro prolata sunt, in sententiã eius frequentes omnes iere. Aduocatũq; adolescẽtẽ qui præ foribus operiebat responsa, coram eis prostratũ cũ intellexissent postulationẽ eius piis anuere uotis. Habitũ igitur omniũ suffragio cõsecutus, incredibile dictu est, quã illo habitus nitore ac forma in alium uisus sit uirũ mutatus. Neq; idem nunc illi aspectus nec eadẽ corporis habitudo mox ĩ adolescẽte apparuit, sed omni illa qua ante uidebatur ruditate deposita, ac si anguis pristinã exuisset pellẽ, ruditas indecentiã, forma in gratiã, habitus in reuerentiã, incessus et corporis dispositio omnis in deuotionẽ repente cõuersa sunt. Fuit autem eius ad ordinẽ nostrũ ingressus anno salutis. MCCCLVIII. completus. Nouitiorum aũt custodiæ deputatus, mirũ immodũ cæteros in rebus omnibus anteibat. Quippe litterarũ licet omnino esset ignarus, bonitate tamẽ ingenii, et sedula exercitatione, et assiduitate, et perseuerantia celerrime omnem diuinarũ laudũ excurrit notitiã, ita ut ĩ breui in his apprime uideretur educatus. Neq; ut pueri utq; adolescẽtes cõsueuerũt qui minus quẽcũq; agũt cõsiderãt, ore, illas dũtaxat libare nitebatur, sed corde, et mente quãtũ illa pateretur ætas, et nõnũq̃ supra ætatẽ cõtingere. Tantoq; desiderio ferebatur in illas, ut nõ auidius corporis assumere uideretur cibum. Retinebat autẽ eas tenaci memoria quæ ita in homine uiguit, ut uulgata fama sit quicquid semel didicisset nunq̃ fuisse oblitũ. Mox ergo spei euasit optimæ, nec iã annumerandus erat inter eos, qui obtuso erãt ingenio, sed et ea, quam cõseruare studebat spiritus deuotione, et plurimarum cognitione rerum iam sperabatur præstantissimus euasurus. Nãq; futurã in eo facũdiã, et sermonis locutionẽ amplissimã oĩa portẽdebãt. Nã et nouitiis apud quos uersabatur nõnũq̃ salutaria ita depromebat uerba, ut oĩbus esset admirationi, tãto illa spiritus ardore dicebat. Neq; illi ĩpedimẽtũ linguæ detrahebat qcq̃ quominus ꝑsuadẽdi, aut ꝑdicãdi ei demeretur facultas, sed ea ĩpa ĩpeditio linguæ ita ĩ eius ore delitiose sedebat ut ad gratiã decorẽq; potius q̃ ad ĩcõcinitatẽ ei uideretur esse tributa. Oĩbus uero exercitationibus, qbus ille nouitiorũ status instrui solet tãtopere ĩcũbebat, ut nulla ĩ re aut ĩferior cæteris, aut deterior appareret. Quũq; tẽpus nequaq̃ superesse ĩtellexisset paucissime ĩdulgebat somno, moxq; exurgẽs aut diuinis laudibus, aut priuatis

Concludit

Io. Domi. togæ religionis induit.

Att. tenacitatẽ maximam memoriæ.

ſuis orationibus, aut lectioni uacabat. Deinde obedientiæ et humilitati ita ſtudebat, ut nullus Ioanne obediētior nullo ꝑo geſtu et habitu haberetur humilior. Cōuerſationis uero ita facilis fuit, ut oībus miro quodāmō eſſet acceptus, et carus. Leuitati nunq̄ deditus fuit, ſed illa ipſa ſolicitudine, qua aūt in ſeculo illa grauitate atq; deuotione acuratius utebat̄. Quū aut ꝓfeſſione iā cōfirmatus ſatis illa nouitiorū diſciplina uideret̄ imbutus, mox ad artiora ſe trāſtulit. Uino q̄dē ad carnē deinde ſemꝑ abſtinuit. carnibus, niſi cū hoc corporis ualitudo poſtulaſſet, oīo īterdixit, uinū aqua multa cōditū ſumēs. Cibi ꝓinde abſtinentiā amplexus, et ultra q̄ illius ætatis facultas requireret parcitati ſtudēs, omnia ieiunia non ſolū chriſtianis omnibus cōia ſed etiā illa, ad quæ ex religiōe teneba t̄ ad unguē (ut aiūt) ſeruabat. Quūq; ad ſolidiorē iam perueniſſet ætatem magis ſibi proficiendum ratus, cœpit haud niſi ſemel ſingulis diebus cibum aſſumere. Sæpiſſime uero panis et aquæ abſtinētia utebat̄. Interdicebat̄ aūt ei nōnūq̄ propter ſtomachi imbecillitatē. Quāuis enim ſatis eſſet robuſto corpore ſtaturæ uero in proceritatē potiuſq̄ ī paruitatē inclinātis. Languebat tamē ſæpe ſtomacho, medicorūq; indigebat cōſiliis et opitulatione. Nec alio utebat̄ lecto q̄ ſacco capite ſuperpoſito puluinari, uili cooperimēto contētus. Straminibus quoq; laneis et his ad modum groſſioribus, idem in ſuis quoq; ueſtibus omnino conſeruans. Delectabatur tamen tunica, et ſcapulari albeſcēti, et nitido utq; animi, ita corporis ægre ferebat ſordes. Itaq; his optimis iam artibus inſtitutus ad litterarum ſtudia ſe conuertit, breuique grammaticæ iura tranſcendens, dialecticæ atq; philoſophiæ præceptis incubuit. In quibus tamen ſeculi artibus haud diutius immorandū ratus tātū hæc attingēda exiſtimans, quo ad ſuo inſtituto ſatis efficerent, tandē ad ſacras litteras omnē operam ſuā cōferre curauit. In his uero tāto deſiderio et amore ferebat̄, ut oēs ſacrarū litterarū ſubtilitates, quoſq; illarū ſenſus, plurimas quoq;, ac uarias doctorū ſentētias, perſpicaci ac claro ingenio penetraret. Neq; uero in his oībus tā ſeculi q̄ ſacrarū litterarū diſciplinis cōis illi, aut uulgaris eruditio fuit, ſed accurata, et recōdita ac ſingularis, ut ī omni re, de qua diſputādum eſſet facilē, ac promptā, ac præterea eruditā, et grauē ipſe proferret ſententiā. Conſilio quoq; ſincero pollebat et graui, et in his præſertim quæ ad aiarū ꝑtinere uidebāt̄ ſalutē, tātā diligētiam adhibere curabat, ut eius nihil eſſet conſilio clarius, nihilq; illius putaret̄ ſententia poſſe afferri ſolidius. Sed et manuū operibus officioſiſſimus erat. Quippe et plurimos propria manu tranſcripſit libros muſicaq; nota impreſſit, qui ad hanc uſque ætatem uti reliquiæ quædam mira cum diligentia conſeruantur a multis. His itaq; rite et ſumma diligentia cōparatis, maiorum ſuorum præceptis obtemperans cæpit uerbi dei prædicator exiſtere, multaque in ea re gratia

Qualis Io. in corporis abſtinētia.

Mores Io. Do.

apud populos eminere. Præstabat cũctis fere suæ ætatis hominibus memoriæ tenacitate et mentis illustratione, ut ea quæ uellet cito caperet, et iam accepta, sempiterna memoria retineret et ea quæ maxime prædicatores efficit gratos, pnũciatione. s. q̃ maxime excellebat. Neq; uero ita austerus erat in uerbis, ut animos hominũ desperatiõe deiiceret, neq; ita remissus ut peccandi audaciã cõdonaret. Magis tamẽ prædicatio eius ad contemplationis dulcedinẽ, atq; deuotionis ardorẽ propensior erat, q̃ ad austeritatẽ. Existimabat enim generosum homines animũ fuisse sortitos, magisq; sermonis dulcedine q̃ seueritate conduci. Quapropter eius prædicatio et sermo oĩs præter doctrinæ uiuacitatẽ, qua pollebat plurimũ, et amplissimam dignitatem, multa erat deuotione, et sinceritate conditus, ut qui hominẽ audisset tanq̃ exemplar quoddam doctoris gentiũ uideret audire. Obtemperabant aũt illius prædicationibus fere omnes, nec id accidebat illi quod saluator dicere solitus erat neminem in patria sua prophetam acceptum existere, sed diuino quodam munere in nulla patria acceptior erat quam sua. Prædixerat autem et saluator noster maiora q̃ ipse faceret seruos dei quãdoq; facturos. Quo circa nõ una eius prædicatione saciati abibant, sed ea apud nostros perfecta, si ad aliam, binãq; inuitasset proficiscebantur oẽs et auidius illius ab ore pendebãt in quinta q̃ in prima. Nã sæpissime quinquies prædicabat in die, ita erat robusto corpore, et rerũ multarum cognitione fecundus. Quodq; in hoc præstanti uiro longe mirabilius erat, ipse sua uirtute et probitate omniũ, quam de eo habebãt opinionẽ superabat, tãta gratia deus illum perfunderat. In his tamẽ uirtutũ generibus, quibus uniuersæ religioni erat ornamento atq; saluti, humilitati ac mãsuetudini operã exhibebat, hominũ laudes effugiẽs populorumq; fauores maiorem in modũ deuitans, quum sciret homini religioso et in aliorum præsertim exempla cõstituto, nil periculosius supbia, et animi tumiditate fore, quã q superasset in aliis rebus posse fœlicius atq; utilius domino famulari. Qui licet p omnẽ uitã ita faciẽdũ putauerit, nõ nullas tamẽ in nostra domo atq; familia pfecturas adeptus est. Nã et prioratus honore ornatus ẽ, et in romana prouincia plurimis aliis muneribus, nostro more, donatus. Quæ oĩa ita diligenter et studiose, et cũ summa omniũ comẽdatione, et laude perfecisset, omnium in se prouocauit beniuolentiam, et amorem. Nam et prudentia singulari præstabat, et digna meritis erga omnes solertia utebatur, quibus carus omnibus et amabilis erat. Discretionis quoq; uirtutem longe gubernatoribus opportunam, sibi familiarissimam habuit, ut omnium in se miro quodammodo transformaret naturã, nec austeritatẽ, quã in semet exercebat in alios experiri uolebat, sed quum sciret nos a deo factos omnes, non aũt paribus gratiis fuisse dotatos, imbecillitati omniũ cõsulẽs

Qualis in cõcionibꝰ

q̃] gratus i patria Io.

q̃ eloquẽs Ioannes.

Nil periculosius supbia.

Prudentia præstabat.

Atttende.

ac pie uniuſcuiuſq; conditioni proſpiciens, nil inexpertũ aut inexploratũ poſt ſe relinquere properabat, quo minus omnia ſi fieri poſſet euaderet. Quũq; eſſet omnium ſua ætate doctiſſimus, et multarum rerum ſcientia nulli ſecũdus, magiſterii tamẽ dignitatẽ nunq̃ aſſumẽdum putauit, licet ad hoc eũ patres ordinis q̃ ſæpiſſime impuliſſent. Hac igitur de cauſa pro diuina uoluntate populorũ magiſter eſſe promeruit eoq; illuſtrior, quo nõ corporis, ſed animorũ magiſterio excellebat. Quippe tã ualidus illi et acutus et uſq; ad interiora animi et ſpiritus penetrãs ſermo collatus eſt, ut mutare animos, figere mentes, adunare plebes, continere populos, incredibili quodã priuilegio facillime poſſet. Itaq; nõ ſcelerибus deditі, nõ perditiſſimis moribus inſtituti, nõ deniq; illi, qui nullo dei agebantur timore ac metu reſiſtere ualebãt uiuacitati et efficaciæ ſermonis eius, ſed cõfeſtim mutata ſententia animiſq; cõuerſis, in aliam ſe uiuẽdi trãſferebãt formam, et ex audacibus manſueti, ex impiis piiſſimi, et ex petulantiſſimis fierent morũ grauitate præcipui. Cuius opinionis fuerit apd' populum Io.

Mulierũ quoq; leuitates, laſciuias atq; omnis generis pompas ita deuotione cohercuit, ut abiectis illis pompæ ſecularis illecebris ac periculoſiſſimis lenociniis, ad religioſam uitam plurimæ ſe conferrent. Sequebanturq; illũ plurimi quocunq; abiſſet, eius præſtantia et ſanctitate illecti perq; Hetruſcorũ ciuitates omnes huius uiri celebrabatur nomen.

Quũq; per multi relicto ſeculo ad religioſam ſe cõtuliſſent uitã, monaſteriũ ſancti Dominici in monte feſulano cõſtituit, in quo diſcipulorũ haud negligẽdũ numerũ adunauit, quam domũ deinceps nõ minimo ſumptu Barnabas Alliorũ clara familia ortus extruxit, et in pluribus ornauit, Quo in loco egregiis uirtutũ exemplis religionis cœpit inſtituta ac cerimonias renouare ac plurima memoratu digna gerere, quibus ciuiũ animos miro ſuæ deuotionis exemplo ad uitæ ſanctimoniã inuitabat. Neq; uero hoc in ſeculi hoĩbus ſolũ illi facere cõceſſum ẽ, ſed quũ religiones oẽs pene ad tãtũ diſſolutionis ueniſſent ut paulominus religioſi a ſeculi diſtarẽt hoĩbus, iſte in Italia primus ſpiritus ſui feruore animos omnium ſic accendit, ut collapſas et iam pridem in ruinam corporis et ſpiritus proruentes religiones, ſuis ſermonibus reſtauraret, et optimis inſtitutis in priſtinam formam redigeret. Primus in italia religionis Io. iſtaurator.

Aiunt eo tempore Florentinæ domus abbatem Guaſconum nobili familia natum, et ob id fortaſſe non ita religioni, quam eſſet profeſſus deditum ut decebat huius prædicatione, quã caſu audierat mẽte et animo ſic fuiſſe mutatũ, ut ipſe inter primos annumeratus ſit, qui prætermiſſis omnibus prioris uitæ præludiis, ad religionis obſeruantiã ſumma omnium admiratione regreſſus, mira deinceps deuotione et ſanctimonia uitæ, tempus omne abſumpſerit, et ita profecerit ut plurimos ad noſtram uſq; ætatẽ perſeuerantes cõdiſcipulos in domo domini adunare curauerit. Abbas guaſconum. Attende.

Idē uero Pisis et apud Lucanos eius opera gestum est, Deinde Cortonii, et ad Fabrianum oppidū agēs, Romāq; eius deuotionis et fama perlata est. Inde ad Cisalpinā galliam prætergressus Venetias usq; cōcessit. Qua in urbe clarissima tantam, et nobiliū, et populi gratiā est consequutus, ut adhuc in eorum memoriis uiuat, teneātq; nō solū illius gesta, sed etiā scripta summa ueneratione dignissima. Plurimi quidē ex nostris et Venetorū nobilibus, relicto seculo religiosam delegere uitam. Nobiles quoq; fœminæ non nullæ spiritus feruore tantopere sunt accensæ, ut in ea urbe egregiū nobilium mulierū monasteriū constituerit, quod corporis Christi titulo nūcupauit, Cuius tāta dignitas est ut aliud nullum Venetiis esse feratur, qđ illi regularis uitæ obseruantia possit æquari. His creditur pclarū caritatis edidisse uernacula librū qdē lingua cōpositū, sed multa eloquutione et sententiarū grauitate præcipuū. His primas ex monasterio qđ Pisis est contulit matres, cui quidem plurimū adiumenti, et fauoris dedit quādoquidē insignes matronas Venetiis et Ianua uenientes in eo recipiēdas misit. Ex quibus egregiū monasteriū sancti Petri martyris qđ in Florentina urbe ē prodisse uidetur, qđ omnium humilitate et religiosæ uitæ cōuersatione clarissimum extat. Nam et primā huius monasterii matrē, quā Priorissam dicunt, ex Veneto patre uiro nobilissimo natam ferunt. Sed et plurimi eius studia imitati et in nostra religione præsertim (nam alios noīare longissimum esset) maximo fuerunt et nostris, et uniuersæ dei ecclesiæ adiumēto atq; decori, uidelicet Ioannes Masius Florentinus, Laurentius Pisanus, et Antoninus deinde præsul Florentinus, Andreas Duecius, Bartholomæus Lappaccius, et Ioannes pictor, et per multi alii, quorū uirtute, atq; doctrina plurimum nostræ religioni dignitatis accreuit et gratiæ. Ad cumulum quoq; eius laudis et gloriæ facit, quod a maioribus natu audisse me recolo. Nam quum beatus ille Vincentius uir doctrina, et sanctitate præcipuus Ianuam uerbum domini populo nuncians aduenisset, cūq; hortarentur ciues Florentiam se conferret, hoc responso, ab ea petione dimouit. Non se ad has ciuitates missum, alteri uero eas creditas esse, cuius doctrina atq; uitæ modestia suos mores cōponerent atq; emendarent. Neq; uero hoc facere uerbis properabat solū, sed etiam scripto plurima refellebat crimina et obiurgabat delicta, in faciem eos arguēs, quos uidisset in domini leges nimium audaces, Nā quū Poeta Collutius (in aliis uir excellens) de fortuna, et fato quēdā edidisset librū, in quo nō satis probe de fide uidebat̄ sentire poetica forsan licentia ductus, quū quādoq; is liber ad eius deuenisset manus passus nequaq̄ est impune illius abire sententias, sed mox aduersus eū edidit librū quē luculā appellauit, in quo omnia eius maledicta purgauit, ut facile eo ipso et illius errores, et huius pietas atq; eruditio designāt̄.

Monasteriū corporis Christi Venetiis cōstructū

Viri in nostro or. ex primis instauratoribus relig.

Collutius.

Opera p ipsum edita.

Cōmētaria

Cōmētaria quoq; in Ecclesiasten descripsit. Et ī Cāticis canticorū Meditationes egregias, Et sup magnificat almæ dei genitricis laudes multa deuotione cōspicuas. Suarūq; pdicationū adhuc sunt ī manibus libri, quorū lectione nil dulcius, nec quicq̄ est eorū eruditione præstātius. Sed sup epistolas Pauli, ad quas miro afficiebat amore, et pro psalmorū explanatione nequaq̄ negligēda descripsit, quæ tanta sunt dignitate referta ut longe mirabile cōsiderātibus uideatur tantā in homine uirtutis et intellectus gratiā extitisse. Tanta uero fuit et ita excellens, ut etiā quum prædicaret permulti scriptores adessent, qui ea, quæ diceret, summo studio et auiditate, litteris comendarent, ne scilicet nunc primū audita citius elaberentur. Multa quidem inerat homini dignitas, multa auctoritas, atq; populos ita ducebat, ut pueros solent pii parentes nummo, uel pomo, quo uoluerint permouere. Neq; ita, is, qui improbo est cōfectus amore, amatā desideratamq; faciem contuetur, nec ita narrantis pendet ab ore, ut populi in eius auditione faciebant omnes. Semp enim se noua, semper meliora atq; cultiora, quæ prædicaret arbitrabantur ex homine audituros. Nam præter eloquentiæ uetustatē, qua naturali quodam priuilegio excellebat, opinione quoq; et odōre uirtutū omnes ad sanctimoniā prouocabat. Nihil quidem in homine durum, nihil asperū, nihilq; obtusum, sed ea quæ uiderentur difficilima fore, illa eius pronunciatione, atq; explanatione facilia euadebant, et dulcedinis et suauitatis plena. Quūq; multa sibi darentur ut fieri prædicatoribus solet ille innata quadā ad egenos pietate ita omnia distribuenda curabat, ut plurimorū miserias, propria compassione leuaret. Eius proinde opera et puellæ nuptui tradebant, pro eis ipso procurante dotē, uinculisq;, ut liberarent captiui uariisq; detentos erūnis sua prouidentia atq; solatiis refouebat. Cōsolationi aūt eorū, qui angustiis et calamitatibus tenerentur, tam præcipua erat frugalitate aptissimus, ut nulla uis egritudinis esset nec tam excellēs deiectio animi, nec ita acerba consternatio mentis, quā non ad modestiā seu temperantiā, sua exhortatione reuocaret atq; suasu. Iratorū quoque hominum et ad iniuriarū ultiones, atq; uindictas ardētiū tā singularis, et præstās illi manus fuit, ut quosq; exacerbato etiam animo et maxima iracundia extuantes, ad patientiam, ad tollerantiā aduersorū ad ultimum, ad pacē conciliatis inuicem animis prouocaret. Nec quisquam eius ætate fuit, qui tanta in animos hominum posset efficere. quantū in omni re et persuadendo et arguendo ualebat. Itaq; cum secularibus hominibus de rerū mūdanarū contemptu atq; despicientia de diuinis beneficiis, de supernæ fœlicitatis consecutione, detollerādis ac pferēdis præsentis uitæ laboribus, de diuturna mortis expectatione, deq; aliis huiuscemodi sanctissimis cōferebat rebus, quibꝫ ī eorū mētibꝫ seculi huius amorē extigueret, et ad cœlestis patriæ desideria

Quā populi. gratus.

De pietate Ioannis.

animos inflãmaret, Quo circa iuuenũ tãtopere excitabat ingenia, ut ꝑmulti nobiliũ filii suarũ adhortationũ suauitate pellecti, de gremio quodãmõ auellarentur parentũ, filiæq; relicto dulci matrũ suarum complexu, sæculi abiectis illecebris atq; pompis ad religionis statũ, deuotione amplissima demigrarent. Tantũ quidem illi tribuebatur ab omnibus, ut tamquã ex deo dicta omnia Ioãnis Dominici uerba ita susciperent, quæ nulla ratione trãsgredi oportere singuli recte sentientes putant. Qua ex re nõnulli ciuitatũ primarii pro filiorũ (ut arbitrabantur) amissione tanta in eum indignatione completi sunt, ut nec etiam ab eius cõtumeliis temperarent, sæpissimeq; in suis cõsiliis agitabant eum a suis ciuitatibus deturbare. Ille uero ut erat mitis et innocẽs, ita eorum calumnias tolerabat, ut Stoycorum quẽpiam q̃ nulla (ut uolunt) passione mouentur putares. Cũq; pro ea, quã prædicabat ueritate (ex qua plærunq; non mediocriter homines indignantur) plurimis esset infensus, nihilominus pro innata caritate, qua singulis erat affectus complectebatur omnes, nec animum remittebat quo minus illa proferret, quæ salutaria hominum animis uiderentur. Ita et arguere cum modestia, et eorum animos sibi et aliis conciliare, illa ipsa mansuetudine consueuerat, quodq; in homine mirabilius fuit, quãto permultis erat infestior eo illorũ quisq; ad eius auditionem accedebat ardentior. Subito quidẽ omnium in se mentes et occulos conuertebat, memoria nequaquã retinentes quæ paulo ante aduersus hominẽ cogitassent, Nã quũ ad aquas diuinæ gratiæ, quæ illius ex ore fluebãt accederent (ut serpentes solent aquas ingressi uenena relinquere) ita profecto eueniebat istis qui extra ecclesias positi uirũ præstantissimũ laniabãt, cuius tñ ad prædicationes auidissime concurrebant. Quũ summus pontifex Gregorius. xii. apud Lucã uersaretur, in rerũ suarũ difficultatibus cõstitutus (quia tempore scismatis erat) quũ eam pridem Ioannis Dominici claram accepisset famam necessariũ fore sibi hominẽ arbitratus, ac præterea Florentinæ cupiens gratificari ciuitati, eũ Ragusinæ ecclesiæ præsulem declarauit. Ille uero ut erat mitis et bonus eam dignitatem suscipere renuebat cupiens magis animarum saluti intendere, quã humanis hiis fauoribus adhæc fastigia promoueri. Cæterum uidens pontificem ita decreuisse anuit uoluntati eius, Nunq̃ tamen uoluit ob humilitatem consecrari, sperans se denuo sedatis perturbationibus ad ordinẽ redditurũ.

Archiepiscopus Ragusinus Io creatur per Greg. xii.

Pontifex autem longe diuersa animo pertractabat. Iura quidẽ Romanæ ecclesiæ ad se deferenda credens, quando quidem uerorum pontificum successor existeret alter uero intrusus, enitebatur optimis uiris statum suum et ecclesiæ confirmare. Prosequebatur autem rem uiis multis et artibus. Quum uero non satis in rebus proficeret propter uarias hominum mentes diuersasq; studia, per optime capta a Ladislao Siciliæ rege Roma ex põ

tificis uoluntate de ammouendo scismate cōsultatio omnis infecta ac perturbata est. Itaq; pontifex maximus Ragusinū præsulem sibi iungere studens nihil ueritus propter aliorum Cardinalium contradictionem, modo uiros optimos in ecclesia collocaret, quattuor Lucæ consistens Cardinales creauit. Alterum sancti Sixti titulo præficiens Ragusinum uidelicet Antistitem Ioannem Dominici, et magistrum Lucam ex humiliatorum religione uirum egregium, aliosq; duos præstantes uiros et excellētes, quibus existimauit statum suum q̃ maxime roborari. Sed longe secus ac speraret euenit. Indignatis enim cardinalibus cæteris ac de fuga cogitantibus (timebant enim ne qua uis a pontifice inferretur) nō minimum anxietatis pontifici attulerunt. Ciuibus quoq; Florētinis maximeq; rempublicā gubernantibus, uel quod facto isto haud dubie et pontifici et Ladislai regis augerentur uires, uel quod aliis pro suo arbitrio (ut sæpe faciūt) eā uoluissent dignitatem conferri, uel certe quod iam pridē supra memoratis causis Ioāni Dominici infensi animis essent, non satis grata horum promotio fuit. Populares quidem summis hominem laudibus extollebant, suis enim uirtutibus Ioannem Dominici ad Cardinalatus gloriam peruenisse uociferātes, fieriq; tali homine posse ut huiusce malis et scissionibus eius opera et suasu imponeretur finis. Cæteri calumniabant̃ dicentes hypocritū hoīem, ac simulatorem, mundi gloriam fore contemnendam magnifice suasisse, ea uero iccirco uigilia ieiunasse, ut hylarior interesse posset festiuitati. Atq; his et huiusmodi uerbis in præstantissimum inuehebantur uirum. Ille aūt nec dignitate elatus est, nec deiectus horum calumnia. Neq; ob eam, quam cōsecutus est dignitatem, aut pristinam deuotionem et sanctimoniam uitæ remisit, aut corporis habitum commutauit, sed eadem uiro humilitas eadem uictus austeritas, non alia illi in conuersatione facilitas fuit q̃ ante habuisset. In summis aūt rebus, quum esset præter suam uoluntatem constitutus, ea tamen omni studio et facere, et dicere meditabatur, quæ existimaret ecclesiæ Christi et proximorum saluti conducere. Sed quum multæ difficultates adessent, ne una quidem die res tanta poterat in summa hominum et sentētiarum uarietate componi. Sed neq; rationi consentaneū fuerat, recedentibus a pontifice ob eam indignationem cardinalibus aliis, ut ipse quoq; abiret, a quo nuperrime esset ea dignitate ornatus. Quis enim laudasset hominē, si hodie cardinalis declaratus postridie se pōtificis aduersariis coniunxisset? Quod enim unio sibi gratissima fuerit, ex his quæ deinde gessit facillime intelligi potest. Itaq; unioni aduersatus est nunquam, sed eam cupidissime exoptabat, habendam tamen esse et temporum et hominem rationum uolebat. Non ergo pro illius creatione, aut eius in digni-

Cardinalis Io. Domi. factus cum tribus aliis

Variæ ī uariis opiniones, et qd?

Nō mutauit mores Io. licet cardinalis.

tate consensum aut quia cum pontifice remanẽdũ putauerit calũnientur homines quandoquidem nec diuinorum iuditiorum penetrare possunt archana nec hominis inuestigare mentem nectandem eorum est de hominis gratitudine iudicare. Nam si ea omnia optima et deo acceptissima potuerunt ratione compleri Satius est bonam in omnibus rebus q̃ malam mentem assumere. Quũ iam a Gregorio fere omnes Cardinales abscessissent, cum solis quattuor derelictus Senas se contulit ex Luca. sed ii qui cum Benedicto. xiii. qui in Auinione se pro pontifice gerebãt omnes profugerant. Pisis itaq; pro concilio cõgregando conuenientes utrosq; pontifices ad indictam conuocauere diẽ. Ea ubi pontifex Gregorius intellexit Cardinales omnes qui Pisis conuenerant ut concilium aduersus pontifices celebrarẽt ut hæreticos et scismaticos et sanctæ ecclesiæ inimicos omni ecclesiastica dignitate priuauit et ita scribendũ christianis principibus et populis censuit congregationem illam non concilium sed conciliabolum appellauit. Nullius enim pontificum auctoritate constabat. Deinde ut plurimos in sententiam suã traduceret nouos alios Cardinales creauit bonos quidẽ ac seniores uiros. Sed deo aliter disponente minimũ ea res roboris Gregorio aut fidei attulit. Scribentibus enim Cardinalibus qui Pisis erant aduersus pontifices plus fidei apud homines obtinebant. Gregorius autem pontifex ut quietius uiueret Arriminũ se contulit. Qui uero Pisis erant Cardinales cæteriq; proceres et legati omnes aduersus ambos pontifices pro sanctæ ecclesiæ unione certabant. Quo quũ nullus uenisset his omnibus quæ uidebantur ex more facienda rite peractis tandem in eos ut in hæreticos ac scismaticos sententiam protulerunt. Deinde xvii Calendas Iulii anno domini. Mccccix. pro nouo eligendo pontifice in Archiepiscopatu inclusi in unicum et uerũ sanctæ Romane ecclesiæ pontificem Petrum Cretẽsem Mediolanẽsem archiepiscopum præcipuum et singularem uirum ingenti omnium lætitia elegerunt cui Alexander. v. nomen impositũ est. His itaq; gestis plurimæ regum et principum legationes Venetiis conuenerunt quarum alteræ quidem pro Gregrorio aliæ pro Benedicto plures pro Alexandro erãt. Tandẽ Venetiis ita firmatum est ut obediẽtia Alexandro præstaretur. Idemq; Florentiæ gestum. In hac uero rerum omnium perturbatione summo studio et diligentia nitebatur Ioannes Dominici Gregorio pontifici suadere ut pontificatui pro diuina uoluntate resignaret. Memorabat autem intueri illum oportere quod (cum multa facundia) curauerit quæ suo statui uiderentur salutaria esse quonã pacto omnia inania euasissent fore si ipse cesisset ut pax et tranquilitas tandem ecclesiæ redderetur. Nec debere illum dum rebus suis intenderet ecclesiasticæ unioni cum

cardinales Pisis congregati.

Aalexã. v. a Card. Pisis congregatis eligitur.

summa sui infamia impedimentum esse. Quin eo libentius eum debere in hac ipsa re consentire, quo semper et uiri optimi et mansuetissimi nomen habuerit, cuius conseruandi prudenti homini non minimam opere pretiū est sollicitudinem esse. Pro communi quoq; rei publicæ bono apertissimū est, bonis omnibus priuata etiam sua cōmoda relinquenda. Quo circa et pontificatui, quem aliquādo uel morte esset amissurus, si cederet eum īmortalem famam et æternum nomen esse acquisiturū. Ego quidē o pater beatissime non alia existimo deum me tibi comitem præstitisse, nisi ut qui tibi aliis suaserim multis, tibi quoq; pro animi tui salute suadeam. Quis enim apud te mea pro causa stabat ut me nil tale aliquid cogitantem ad tantum culmen promoueres. Deinde pater sanctissime credis ne tantas animorū a tua beatitudine alienationes ex diuina uoluntate prouenire? Non ne et ciues tui debuerant omnibus etiam aliis cōtraria sentientibus in tua deuotiōne manere. Sed et meæ ciuitatis ciues, quos nuper una binis Cardinalibus honestasti quis eorum tibi uoluntates ademit? Non sunt hæc omnia nisi diuinæ uoluntatis indicia? Sed et si omnia pro nobis uiderentur humana militare iura, non ne diuina uoluntas aqud nos semper his omnibus debet esse præstantior? Ad nostram siquidem salutem semper ille aspirat. Diuersis autem uiis et artibus id ipsum uel ignorantibus nobis uel certe nolentibus pro bonitate efficere consueuit. Et hos quidem aduersis in cœlestia horrea contritis his primum paleis reponendos curat, alios uero secundis rebus ad sempiterna regna perducit. Quid igitur amplius expectandum censes? Non ne melius est integris adhuc rebus ultro ad id uenire quo ueniēdum nihilominus esse, et præterita et præsentia omnia probant? Nam et de futuris quis dubitat? Roma in periculo est, quæ diutius in fide permansit. Viterbium amisisti, nepotem tuum, quem ciuitati præfeceras captum nuperrime accepisti. Omnia uero aduersariis tuis secunda, tibi singula etiam, quæ uidebantur esse tutissima aduersantur. Itaq; pater beatissime nō pertinaciter censeo cū diuina uoluntate pugnandum. Quippe Dathan et Abiron qui ꝓ pōtificatu aduersus Moysen summa pertinatia pugnauere, scis qua li qua ue acerba animaduersione puniti sunt. Magis autem temporali ac perituro pontificatui cædēs Dauidi uiro illi sanctissimo similis esto, quem cū filius exegisset regno ille uero profugus abiret, Semei gerracite insultāte regi lapides in eum, et terram mittenti conuitiisq; plurimis maledicenti quum princeps unus in eum uoluisset irruere regis iniurias ultum ire, caue ne feceris īquit. Dominus enim præcepit illi ut malediceret Dauidi. Quis scit si pro his maledictis deus misereatur mihi? Suadeo ergo tibi pater bea

Conclusio Ioannis. tissime omnia tua in diuina uoluntate ultro reponas, ne uidearis tum cedere, quum amplius rem ipsam retinere nõ possis. Vicarius christi es ad arbitriũ eius, et retinere, et tandẽ linquere dignitatẽ decet. Ipse tibi si ei placuerit auxilio erit, ipse causam tuã et dignitatem tuebitur, ipseq; mutabit hominum uoluntates, quo certe loco et tempore, et modo sibi uidebitur, qui oĩa hæc pro suo arbitrio temporalia uersat. In eum ergo omnia tua reiicias ipse te fouebit, et nutriet, ipse si non has perituras hominum dignitates aliã tibi gloriã pro hac tua humiliatione in cœlestibus reseruauit. Erat Gre Gregorii Respõsum gorio mite, et perhumanũ ingeniũ, et ad optima quæq; promptissimũ, facileq; his rationibus cõsensisset, nisi et alii permulti et maximi in aduersam sentẽtiam suasores affuissent. Itaq; ad ea paratissimũ se esse respõdit, modo non ipse solus, sed et cæteri omnes pontificatui resignarent. In ea tamen re Alexandri v. obitus. diligentius se cogitaturũ. Interea Alexandro quinto ex hac luce subtracto decimo mense postq̃ creatus est, loco eius Balthasar Cossa legatus Bo Balthasar Cossa Io. xxiii dictus nonienfis pontifex creatus est Ioanneſq; .xxiii. nũcupatus Idibus Maii anno domini. Mccccx. De Alexãdri uiri præclarissimi morte dicere pauca pro tempore licet. Quũ enim grauiter ægrotare cœpisset, nosset q; mortẽ prope instare, Cardinales ad se uenientes, ad concordiã, ad pacem, ad tuendam ecclesiæ dignitatẽ adhortatur. Testatus præterea est per eã, quam ante oculos se continuo cernere mortẽ dicebat, nec reformidare cõsciẽtia bene actæ uitæ motus, se existimare et credere, quæ in cõcilio Pisano decreta fuissent, recte atq; integre facta esse omnia sine dolo, malo, fraude ue. Cũ hæc dixisset, lachrymãtibus omnibus qui aderãt, illud Saluatoris uerbũ ægre proferens Pacẽ meã relinquo uobis statim moritur. Sepeliturq; Bononiæ in ecclesia fratrũ Minorũ. Dum uero esset hic status rerũ, peropportune Sigismũ Sigismus ro. ĩpator. dus electus est Ro. Imperator, uir certe et animi magnitudine et prudentia singularis. Tũ uero Ioannes Dominici Ragusinus Antistes et Cardinalis multis uerbis rem ipsam apud Gregorium prosequutus est, ut animum ad ecclesiæ unitatem intẽderet. Quod quum ab eo facile impetrasset, Sigismũdus uero omnẽ suam operam promisisset, eiusq; rei causa e Germania Io. ad sigismũdũ accessus cõst. pro tollendo sismate in Gallias uenisset, et litteris et nũtiis rem ipsam studiosissime prosequebatur. Tandem ex pontificis uolũtate se contulit Ragusinus Cardinalis ad Sigismundũ, de huius rebus sanctissime consulturus. Omnibus aũt spectatis et cognitis, rem omnẽ in Ioanne esse censebant. Quippe quum iam Gregorii uolũtatẽ accepissent in ecclesiæ unione uehemẽtissime inclinatũ, si Ioãnem ad hoc usq; perduxissent, omni proculdubio rem omnẽ sperabant se esse cõsequuturos. Itaq; secretioribus litteris Ioãnis animũ cautissime temprãdum decernunt. His itaq; gestis cũ Ragusinus cardinalis ad Gregoriũ

reuertiſſet, iamq́ꝫ rerum expectaretur euentus, cœpit Sigiſmundus(ut conuenerat)rem ipſam cum Ioanne ſummo ſtudio agitare. Ne uero Ioannes eccleſiaſticæ unitati uideretur impedimento eſſe, Legatos duos ad Sigiſmundum miſit, qui multa cum Imperatore tractantes, nullo tamen pacto rem tantam poſſe componi niſi generali Concilio facto cenſebant. Pro quo tamē celebrando Cōſtantia Germaniæ ciuitas tandē eſt ſtatuta. Quum ergo Raguſinus Cardinalis tum iam apud Gregorium multa ſua deret, quæ ſalutaria magnopere uiderenť, maxime uero ut litteras et mandata ad Synodū perferenda perficeret iam tēpus eundi cōmemorans eſſe, uerbis eius altera ex parte cōmotus pōtifex, reſpondiſſe fertur. Tu quidem nobis o Raguſine frater ea uerbis tuis ſuades, quæ nos iā dudū nobis ipſis perſuaſimus ſæpe. Neq́ꝫ enim uſq́ꝫ adeo hanc cōcupiuimus ſedem, ut non magis deū amauerimus animæq́ꝫ noſtræ ſalutē. Quæ ergo nunc tibi referemus nō iccirco ſint dicta ut nos exiſtimes ulla ratione diuinæ nos uelle uoluntati obſiſtere, ſed magis ut pro hominū ingratitudine, hoc extremo loco queramur. Nemo enim adeſt qui doleat uices noſtras, nemo huius miſereť ſenectæ, nemo hos deinceps reuerebiť canos. Quæ ſi ab alienis reciperem, tollerabilius id forte fuiſſet. Sed quid ego uel ciuibus meis uel tuæ ciuitati feci, ut tam acerbe, tamq́ꝫ atrociter in me debuiſſent cōuerti? Iam enim nō ut pōtifex, ſed ut priuatus loquor. Prætereo ꝙ Venetus ſim ciuis, quod in eos beneficia multa cōtulerim, quodq́ꝫ ſemper eos in honore habuerim. Et profecto longe pro eis maiora feciſſem, ſi uel uoluiſſent uel certe poſtulaſſent. Nūc aūt cum Dauide ſanctiſſimo dicere poſſum, Extraneus factus ſum fratrib⁹ meis, et peregrinus filiis matris meæ. Ciuibus quoq́ꝫ tuis, nōne pontificatus mei annis tribus, tres Cardinales cōceſſi? Equidē meo tempore id conſequuti ſunt, quod ante nunq̄, utq́ꝫ experimēto ipſo probabūt, in poſterū fortaſſe nunq̄ erunt habituri. Tādē uero ſuſtinui q ſimul contriſtareť, et nō fuit, qui cōſolareť et nō inueni. A Ioāne hoc ſuo ſimulacro uideāt annis quinq́ꝫ quot ſint cōſecuti, nominētq́ꝫ eos noīb⁹ ſuis. Qui ſi Ladiſlao adhæſi ꝓ eccleſiæ cā fateor (teſte deo)nō alia me feciſſe ratione, q̄ ut eccleſiæ cauſas tueretur. Et quādoquidē omnes in me ferebantur, fideliorē certe huic ſedi reperi neminē. Quantū ad pontificatū attinet, ego iā āmodo ſenex, pro uobis potius et ueſtra, q̄ mea cōmoditate hactenus illum retinui. Exiſtimabā præterea ius ſuū tueri unicuiq́ꝫ eſſe cōceſſum. Nā niſi leges omnes habeant tempore et negocio iſto peruerti, ius faſq́ꝫ ſemper pro meo pōtificatu ſtetit. Sed quādo ex ſignis(ut ſæpe retuliſti)ſecus ē ab æterna lege prouiſum meliori certe conſilio credo, equidem uolente deo et libenti animo cedo, etiā ſi mille lites aut hominum cōtrouerſiæ adeſſent. Cæterū Ra/

Atť. Gregorii Verba ad Raguſinū

Att. Gregorii uerba amaritudinis plena.

gusine unde ne nos soli i causa ista miseri euadamus. Nosti insidias hominum nosti mores et studia quanta sint et qualia. Ego enim in hoc angulo meo relictus atq; desertus, documētum posteritati ero ne quis in humanis rebus longe aut in hominum fide, aut in eorum pollicitatione confidat. Ita ergo dispone singula ut eorum animorū saluti et ecclesiasticæ trāquillitati tandem uero et nostro honori q̄ prudentissime atq; cautissime consulas: Ea ubi senior uerba perfecerat, Ragusinus cardinalis pontificem consolatus bono eum animo esse respondit. Quo autem magis beatissime pater ingratos homines esse probasti, eo maxime diuinam debes agnoscere uolūtatem, quæ si ita disposuit parendum est. Honorem autem sanctitatis tuæ tuebimur omni studio, et conatu. Tu modo binas litteras facito alteras quidem mandata communia continentes, alteras uero priuatas, in quibus singularia quædam in tempore aperienda, cōmitantur, fore ut Ioannes pontifex si ad synodum uenerit primis fallatur cōtinentiæ aliarum ignarus. His igitur in hunc modum gestis omnibusq; comparatis ad iter Ragusinus Cardinalis et Carolus Malatesta uir armis et litterarum peritia clarus, a pontifice exorata uenia, eius benedictione percepta non sine lachrymis a Gregorio digressi Constantiam uersus assumpsere iter, Ioannes initio mensis Octobris anno salutis. Mccccxiiii. Bononia Veronam se contulit. Dissuadebatur aūt ei a pluribus ne ad synodum, ut promiserat, properaret, idq; multis rationibus astruebant. Verum ille ut conuenta seruaret, nullo mō potuit a sentētia dimoueri. Ferūt āt eū sæpe dixisse altiora quadam et maiori se uirtute agi, qua etiam si uellet agere secus non posset, quum illo properaret. Igitur transmissis alpibus tandem Constantiæ proximus factus est, Sigismundus imperator ei obuius fuit. Multaq; eum reuerentia et honore prosequutus Cōstantiam usq; deduxit. Quo postq̄ uentum est, synodo iam incepta, uenit et Ragusinus Cardinalis et Carolus plena secum Gregorii mandata ferentes. Tanta uero hominum millia in eo loco conuenerant, ut supra quadraginta equorum millia fuisse referant. Confirmata autem Gregorii auctoritate synodo, quum iam mandata pōtificum scrutarentur, hi, qui præfecti negocio erant, quum attulissent Ragusini Cardinalis et Caroli cōes litteras illas ut earū tenorē Ioānes pontifex inspexit fertur dixisse suis Gregorium fraterne Ragusinum cardinalem tractasse. Ignorabat autē qui in secretioribus haberet. Itaq; quū is qui sancta q̄dā astutia fallebat extimaret, iā se periculū euasisse, securior factus quū instaret, quo ista oīa conficienda erāt, cœpit Ioannes pōtifex lōge magnificis et amplissimis rem exornare uerbis omnesq; ad capitis unitatem

Att. cōsiliū Io. Dominici

Car. Ragusinus. Carolus malatesta. ad cōciliū cōstātien. accedunt.

Io. xxiii. ad cōciliū profectio.

hortati, paratissimū se asserens fore si alii cederent etiam pontificatui resi-gnare. Ad idem Sigismundus optimis et piissimis hortabatur uerbis ponti ficis mentem plurimum laudans, fidemq; uerborum eius deposcés. At ille non alia quam uidisset Gregorii mandata adesse existimans, iureiurando ac litteris coram tota synodo se facturū promisit, si modo Gregorius ipse uere ac sincere cessisset. Iam enim de tertio pontifice actum erat, quãdoqui dem nec uenisset ad synodum conuocatus, nec legatos etiam destinasset. Tum uero assurgens Ragusinus cardinalis, et Carolus coram toto illo cõ uentu huiuscemodi orationem habuit. Et si uirtutes omnes præsul amplis sime, tuq; imperator inuictissime, et uos qui adestis omnes qualis quãtus ue homo sit astruant atq; probent, nulla tamen est quæ ita homines pro-dit ut fides facit. Et quidem fide saluati sunt omnes, eademq; saluant. Per fidem enim sancti uictoriam sunt consecuti, per fidem iustitiam operati, perq; fidem æternas promissiones adepti. Ea uero quanuis in rebus mul-tis posita sit, in nulla tamen re magis q̃ in capitis unitate consistit. Nam et una fides, et unum baptisma, unus deus et pater omniū magisterq; unus et legislator existit. Vnū præterea corpus multi sumus, omnesq; uno pa-ne unoq; calice participamus. Neq; uero plures partes inconsutili tunica sua passus est fieri Christus, nec cum alia uestimenta diuiserint, eam scin-dere aut diuidere impiis illis concessum est, sed illam sortiri ut unius tãtū usui esse possit, spiritu sancto illis (ut arbitror) inspirãte, quatenus hoc exẽ-plo futuris hoībus suaderẽt ab eius tunicæ scissura q̃ maxime eẽ cauendū. postremo quū unica sit et incõtaminata uirgo mater ecclesia, uni dũtaxat uiro copulãda ꝓfecto ẽ, quãdoquidẽ apostolo teste et uirū ipm unius esse uxoris oportet. Quos ãt deus cõiũxit hõ non sepet. Quæ oĩa cũ ingẽti ac sũmo desiderio cuperet noster ipse Gregorius distulit tamen in hãc usq; horam et diem, quod hominum non cerneret animos ad eã rem ut opor-tunum fuerat esse dispositos. At ubi ex multis signis diuina illi uolũtas in-notuit pro ecclesiæ tranquillitate ac pace, nos suos legatos ad hãc sanctam synodũ destinauit, ut eius nomine in dei et ecclesiæ manibus omnia repo-nentes, ea disponatis et de illius dignitate, et de cæteris omnibus, quæ uideã tur uniuersorũ cõducere saluti. Ea quũ dixisset corã secũdis explicatis et in oĩum audientia lectis adiũxit. Pontificatui ergo et omni quod in eo ha-buisset iuri, aut habere potuisset, eius nomine libere cedimus et sincere ac sine dolo renunciamus, humilitatis et operis a domino premia percepturi. Et adiecit. Ego quoq; qui illius hic Legatus assisto, quum meo iam fun-ctus officio sim, et pileo, et dignitati ab eo mihi collatæ sponte ac ultro resigno. Ea quũ Ragusinus dixisset obstupuit Ioannes, ac ueluti ad ignẽ

Oratio Io. Domi. in synodo cõstantien.

Cedit Io. Domi. cũ Carolo põtific. noie Gregorii

cæra obriguit, deprehensum ac circũuentum omnino intelligens, nullãq; sibi deinceps superesse uiam ratus, pro tempore pauca respondit se pro cau sa sua cogitaturum. Cum uero Ragusinus Cardinalis ad inferiorem lo cum alios inter episcopos se contulisset imperatoris et omnium, qui ade rant auctoritate illum et cardinalatus dignitati et concilii præsidẽtiæ resti tuendum, atq; honorandum eum ingẽti gloria decreuere. Itaq; iam nihil in ea synodo gerebatur nihil apud imperatorem, ubi Ragusini Cardinalis auctoritas intercessisset. Maxima uero apud Sigismundum illius digni tas habebatur, plurimumq; Ragusino Cardinali tribuebatur ab omni bus. Iam uero remotis omnibus, quæ uidebantur synodum impedi re liberius cuncta gerentes, ambos illos, uidelicet Benedictum, et Ioannem ueluti sanctæ ecclesiæ teterrimos hostes utq; hæreticos et scismaticos omni honore, ac dignitate priuauerunt anno salutis. M. cccc. xv. Deinde pluri mas pro sanctæ ecclesiæ reformatione instituerunt leges. Quũ tandẽ om nia satis ex sententia uiderentur esse composita, ad nouum eligendũ pon tificem conuenerunt. Ea uero electio hac maxime ratione fuit omnibus aliis dignissima quod non ut aliæ fieri consueuerunt a Cardinalibus solis est facta, sed ab aliis et ab unaquaq; natione, quæ ad eam uiros egregios electores miserunt. Ad cumulum quoq; nostræ laudis et gloriæ illud q̃ maxime uidetur conferre, q̃ in ea electione Martini, tres ex nostris am plissimos uiros extitisse memoriæ proditum ipse cõperio. Primus fuit fra ter Ioãnes Dominici, cuius gesta narrauimus. Alius frater Leonardus Sta tii magister ordinis, quem Tusca natio ad concilium destinauit. Tertius Dominicus archiepiscopus Tholosanus. Quo circa operepretiũ fuit ut maior et diligentior rerum et personarum discussio et examinatio haberet quando ad eam tot uiri insignes ex diuersis mundi partibus conuenerunt. Quarto igitur idus nouembris anno salutis. Mccccxvii. ingenti omnium frequentia et assensu Oddonem columnam in summũ pontificem elege runt, quem Martinum quintum appellauere. Qui mox ecclesiæ et christia norum compositis rebus solutaq; synodo ad Italiam remeans summo ho nore susceptus est Florentiæ. Igitur in hac ipsa Synodo plurimum apud omnes ualuit Ragusini cardinalis auctoritas, cum sermonis elegantia et uir tute, tum prudentia et ingenio singulari. Nam illius ex ore omnium ui debatur pendere sententia. Quippe et adire omnes, quosq; hortari, præ claras in omni re sententias facere, et apud singulos miræ dignitatis existe re solitus erat. Maxime autem in persuadendo quæ uellet solertissimus habebatur. Neque enim eius ætatis uiri quibus nunc Verborum ute bantur Pompis, nec Rethoricis (ut ita dixerim sertis) aut inanibus

Quid egerit pro scismate tollẽdo ĩ cõcilio

Sismatis diuturni finis.

Io. Domi. Leonard. Dominic. Florent.

Martinus pont. v.

his foliis ornabantur. Semper quidem apostolicam illam uerebātur sententiā, quæ dicebat. Hominibus si placerē, Christi seruus nō essem. Quare hac solertia sermones cōflabāt suos. Plurimas sacrorū doctorū, ac nōnūq̄ gentilium ornatiores sententias, et memoriæ comendabant, et in unam sen tentiam coeuntes, Quumq; sermones ad populum essent pronunciaturi aut certe ad clerū oraturi, earum plurimas assumebant inuicemq; cōnecten tes, repente et spacio breuissimo præclaras uidebant orationes egisse. Quo circa nec lōge mirū si melioribus fundamētis roboratæ digniores, atq; efficaciores, ac miro modo utiles eorū orationes erant, nō assentationibus sed sentētiarum grauitate refertæ proximorum saluti magis q̄ humanæ gratiæ uel perituræ gloriæ seruientes. In his ergo tam excellēter alios anteibat Ragusinus Cardinalis, ut laudes eius uniuersa synodus prædicaret. Accedebat ad hoc amplissima bonitatis opinio, quæ ita omnium animis erat inserta, ut quæcūq; diceret, quæcūq; consuleret, quasi ex diuino oraculo uiderent accepta. Ferūtq; eum ob insignē de eo apud omnes famam, nonnullas ad pontificatum uoces fuisse sortitum. Tanta præterea erat huius uiri apud Imperatorem Sigismundū auctoritas, tanta fides, tantaq; deuotio, ut eum suis omnibus consiliis admittendum putaret, nō mediocri aut uulgari, sed arta et intima cū Ragusino Cardinali familiaritate suscepta. Mira quoq; ad illū procerum erat reuerentia, et ad Ragusinum cardinalem ueluti ad patronum, et suæ salutis alumnum confluebant omnes. Itaq; si interpretādæ leges, si statuta condenda, si discordiæ componendæ, si salutaria consilia et pro animarū salute præcipua forent hominibus conferēda, nemo eo ingenio maior, nemo circūspectiōe solidior, nemo ipso habebat illustrior. Nulla quidē in gerēdis rebus animi ægritudine agebatur, nec hominū gratia plus apud eū ualebat q̄ tuitio rerū, quæ ad eius perferrentur manus. Iustitia quippe quæ omnia refert in deum, quosq; humanos respectus ubi animi salutem adesse non uiderit abiiciendos putat. Quid dicam de ipsius liberalitate, et mundanarū despiciētia rerū? Qui cū talis et tantus esset ut pro maximis, quæ ad eum deferebantur rebus immensas posset coaceruare diuitias uel saltem suis elargiri cognatis, nihilominus malluit in terra minus egere q̄ plus habere, ut ditior, et copiosior posset esse in cœlo. His modo cōtentus, quæ sua dignitas postularet, Si quid aūt necessitate maius adesset, id totum tribuebatur egenis, ad quos miro afficiebatur amore. Neq; enim studebat ditiores facere suos, sed solum illa eis cōferre curabat, quæ consentanea uiderent eorum conditioni atq; fortunis esse. Sed et si quis eius familiā offendisset esto ignoraret cuius domini familiares essent, ipsa eorum compositio, et aspectus miro eos prodebat modo. Tales enim erant, ut et illi talis domini et ipse eadem familia dignus haberetur.

Attē. Modū priscorū præ

Quāta auctoritate Io. apud Imperatorem.

Attē.

Itaq; ob eas res nõ poterat Sigismundus eius familiaritate satiari, quin magis quo cum sibi maiori quodã copularetur nexu pontificem postulauit ut eũ legatũ in Bohemiã atq; Hũgariã destinaret. Eius aũt legationis causa fuit, Vssus qdã sic appellatus nomine dogma inter fideles eius regionis astuta quadam malignitate diffuderat. Capita aũt illius hæresis habebant duo, Aliud quidẽ eorum qui de Christi paupertate fidei contraria sentiebant, quæ ortum habuisse Ioannis.xxii.temporibus fertur, quos fraticellos uocant. Aliud nouissime hæreseos atq; obscenissime, quæ demũ simplicis animæ dicta est, qui Cherintorũ uel Nicholaitarũ more fœminarum usum promiscuũ esse uolebant. Quæ cũ noua esset et carnalibus hominibus abunde placeret mortaliũ multos infecerat. Ex illis ergo duabus, hæresim unam cõflantes, et per multos alios nõ nullis coloribus ac cerimoniis subinferentes errores, Bohemiã omnẽ atq; Poloniã a uera fide auerterant et impernitiẽ tantã erruperãt, ut inuicem se armis tueri, atq; defendere auderẽt, tumultosq; multos et seditiones periculosissimas excitarẽt. Pro hac igitur hæresi extirpanda, quæ Vssistarũ uocabat, Ragusinus igitur Cardinalis imperatoris rogatu in Bohemiã, Poloniã atq; Hungariã Legatus demittitur, ad quæ loca synodo iam perfecta una cũ Sigismundo profectus. Quo cũ peruenissent, inuenit hæresim tantopere cõfirmatã multorũ principũ et procerũ fauoribus roboratam ut nec adhortationibus, nec optimis uirtutũ exemplis, non solertissimis disputationibus, nec ecclesiæ interminationibus, aut pœnis, a cõcepta iam pridẽ pertinacia mouerent. Apparebat igitur eos nõ nisi armis et uiolentia, et suppliciis esse ad ueritatem fidei reuersuros. Cæterũ Sigismũdus eorũ magis corpora q̃ animos diligens, quũ posset parua manu pertinaces extinguere (nã uis solum in capitibus erat) malluit eos hæreticos uiuere q̃ fideles omnes paucorũ morte saluare. Dicebat aũt nõ leuiter in arma ueniẽdũ. Mortuos homines ulterius conuerti nõ posse. Quãdiu uero uixerint tẽpore quandoq; in melius commutari. Sed secus ac speraret accidit. Dũ enim territur tẽpus, tãtũ apud eos perfidia illa inualuit, et ita adaucti sunt, ut iam duo illa regna misero lapsu inuaserit perseuerãtq; in hanc usq; ætatẽ, incendiis et cede multa uastantes. Videns itaq; Ragusinus Cardinalis huiusmodi esse imperatoris mentem, ita principem est allocutus. Tu quidem o inuictissime Cæsar innata bonitate ductus aduersus hos pestilentissimos uiros nequaq̃ armis decertandũ putas, credisq; eos bonis uerbis ad ueritatis uiam reducere. Ego uero prædico tibi me hos hominesq talibus cõiecturis hoc tempore cognouisse, ut sperare nõ possim eos nisi ad peiora, et pernitiosora ruituros. Tu igitur eo loco et tempore adhibere remedia temptabis, quũ maiorem immodũ roboratisfacere id ipsum nõ poteris. Melius aũt fuerat quũ adhuc res ipsa recentior ẽ

quũ

o Sigismũ de pricipiis obsta nec differras.

Cardi. Io. Domi. uerba ad imperatorem.

Id qd̃ ueriss. euenit

quũ nũdũ tãtos pestis inuasit, eorũ perfidiã armis opprimere, quã in illud differre tps in quo plurimi fidei q̃ magna pericula sunt incursuri. Talis.n. hæc pestis ẽ, ut sensim multos iuadat, nec bonis possit uerbis adhortari ad meliora et saniora conuerti. Hæc pontifex allocutus ubi cernit imperatorẽ in sententia permanere se uero minimũ ibi fructificare, ne sanctũ canibus uideret dedisse, quibusdã in eis locis in terminationibus factis, Budã se recipere statuit. Id autem non sine magno diuinæ bonitatis consilio gestum puto, et pro his contra quos agebatur, et pro eo ipso qui rem ipsam curandam susceperat. Pro illis enim quia iam illorum demerita postularent ut queãdmodũ sacræ litteræ dicũt, omni habẽti dabit et abũdabit ei aũt, q nõ habet, et quod uidet habere auferet ab eo. Ac præterea, ut qui in sordibus est sordescat adhuc, ut alius propheta referebat, Fit enim plærũq; ut peccata nostra ipsa efficiãt ut et prioribus gratiis priuent, et his etiam, quæ secuturæ esse uidebant. Pro Ragusino uero cardinali ob eam rem ita deũ uoluisse accidere. Quũ enim multa (ut prædiximus) in ecclesia dei gloria floruisset, ne quis fortasse inanis gloriæ illius mentẽ tumor inuaderet, si cũcta illi ad uotũ succederent, placuit deo hanc eius gloriæ doloris immixtionẽ præbere, ut semper meminisset, quia calix in manu domini uini meri plenus mixto. Neq; enim uerisimile est, piissimum uirũ nõ uehementer pro illorum populorum perditione non indoluisse. Venit ergo Budã et quasi iam animo præsagiret ocius sibi uitæ terminũ affuturum, multa diligẽtia, et studio cœpit diuinis rebus incumbere, uigiliis, orationibus, ieiuniisq; quod sibi temporis superfuisset consumens. Et quasi publica iam uideret cura liberatus, rem suam incredibili deuotione gerebat. Insignis in eo pietas et miserorũ compassio fuit, nulliq; rei parcebat ubi cerneret eorum miseriis subuenire posse. Itaq; egregia illius fama et in ea urbe, et circũadiacẽte prouincia breui amplissima diffusa est, ita ut omnes eum ob uitæ sanctimoniã multa reuerentia, et honore dignissimũ iudicarent. Quum ergo febri ardẽtissima correptus tãdem uitæ finem sibi adesse sentiret, proceres oẽs ac domesticos, q undecũq; cõuenerãt, ut in tãti p̃sulis trãsitu collachrymarent quasi ei supremũ officium præstaturi, in hunc modũ lectulo insidẽtẽ uerba fecisse præsulem dicũt. Quãuis ego multa fratres et filii mei in præsenti uita pro mea et aliorũ salute ex deo consequi desiderauerim, nihil tamen tãtopere concupiui ut ab huius miseria carnis dissolui, et esse cũ christo. Quarũ rerũ ea quæ sum cõsequutus uiuens, hoc fecit bonitas diuina, nõ uirtus mea. Quæ uero non sum adeptus, mea potius uolo existimare causa prouenisse q̃ aliorum, Homo quidem peccator quum fuerim, si me Deus ita non exaudiuit, ut cupiebam, scimus quia peccatores Deus non exaudit ut fœlix ille cæcus natus referre solebat. Quod quum ita sit, utrisq;

Att.

oratio Io. Cardi. ad extremum positi.

et bonis, et peccatoribus terminus uitæ desiderabilis esse debet. Bonis quidē ut laborum suorum præmia longe meritis suis percipientes maiora bonitatem insemetipsis agnoscant. Malis uero, ut iam tandem aliquando desināt esse peccatores. Hac ergo extrema causa non uirtutis propriæ cum fiducia ego peccator operiebar mortem, cupiebāq; ab his peccatorū nexibus liberari. Quod cum intelligam me in proximo consequuturum, deo immensas gratias ago, cuius ope, gratiam, atq; misericordiam me habiturū spero. Id ut facilius adipiscar, oro atq; obtestor, ut si quid aliquando in uobis deliqui, ueniam mihi atq; indulgentiam præstare atq; condonare dignemini. Cauete autem ne mei fortassis opinione ducti huic corpusculo funeris pompas, quum e uita excessero faciatis insignes, sed ut fratrem decet, quādoquidem nulla in hac uestra urbe est meæ religionis domus apud uenerabiles illos sancti Pauli primi heremitæ fratres meum oro corpus deponite, ipsi me seruent, et mihi apud dominum sanctis illis suis orationibus suffragentur. Terræ igitur tanq̄ propriæ matri uos una cum eis hos mandabitis artus, funebres autem illas, pompas in suffragia et orationes pro animi mei salute conuertite. Id enim et deo erit acceptius, et necessitati meæ scio futurum esse melius. Quod autem uobis fratribus et filiis meis in hoc meo decessu relinquam nihil inuenio, nisi ut pacis, et fidei semper iura seruetis, et mei memoriam uestris orationibus inseratis. Ea cum dixisset antistes collachrymātibus cunctis, ipse pariter lachrymatus est. Deinde omnes ad dominum cōsalutauit, et ad pacis deosculationem uera caritate atq; omnium qui aderant deuotione suscepit. Demum extensa dextera, pontificali eos benedictione consolatus est. Et quum omnia iam et publica et priuata munera esset prosecutus, ueluti iam suo uideret functus officio, omnibus uale dicēs quum iam pridem sacramētis omnibus fuisset deuotissime roboratus, uti subito arriperetur somno, sic fœlix ille spiritus (ut ausim dicere) sanctus relicto corpore, et ex hac lutea domo, ad non manufactam angelicis comitatus obsequiis accessit. Fuit enim uir in omni genere uirtutis excellens, et apud quem in spirituali uita omnis mediocritas sordida semper erat. Tum uero ad eius trāsitum commota omnis ciuitas est, omnesq; artium tabernæ reclusæ, singuliq; ad eius funus ī multa deuotione et lachrymis concurrebāt. Præcedebāt autem ex more religiosorum omnium familiæ cordialibus lachrymis plenæ, quæ tāto patrono deflebant se iam destitutas esse, cui similem non existimarēt se facile reperturos. Circa uenerabile autem corpus eius ingens erat luminum ac funaliū multitudo familiaresq; eius lugubri ueste induti feretrū ambiebant, nec segniores illis lachrymæ erant, q̄ si parentis aut filii funera celebrarent. Prosequebantur autem funus magistratus primum deinde proceres omnes et nobilium po

Att. maximam Io. Dominici humilitatem.

Obitus Io Do. cardi.

ſtremo et popularium ſexus utriuſq; innumera multitudo, qui omnes ut in proprio funere lamentabant atq; dolebant. Deportatum eſt ergo uenerabile corpus eius ad templum fratrũ ſancti Pauli primi heremitæ, Quæ domus in ſuburbano ẽ ciuitatis Budæ, quoniã eo in loco domum prædicatorum ordo non habet, Ibiq; omnibus iure perfectis tandem inſigni ſepulcro traditum eſt. Ferunt autem in eo templo ad eius uenerabile corpus prodigia fieri multa, plurimaſq; ibi imagines aſtare prodigiorum teſtimonia (ut ita dixerim) referentes, quæ meritis huius beati uiri fideles ſunt cõſecuti. Qua ĩ re ſæpenumero cogitãti mihi (hæc ægro animo ſcripſerim) nihil quo animo ita commoueat, q̃ quod noſtra Florentina ciuitas, nũq̃ præſtãti huius præſentia frui licuerit. Quam cum alii omnes ſuper pupillam (ut aiunt) cupidiſſime comportaſſent, noſtra ſolum ab urbe poſteaq̃ Cardinalis fuit excluſus ẽ. Habeãt ergo ſibi diuitias ſuas et inanes peuntis mundi proſequantur honores, eoſq; probent mortales, et in amicitiis præferant, qui eis magis iuxta cupiditates ſuas uidentur conducere. Ecce aũt hic ueſter Antiſtes apud Budam in ſancti Pauli primi heremitæ iacet ſumma gloria et honore ſepultus, et quem ſui uiſi ſunt nõ magnifeciſſe dum uiueret, Hungariæ regnum ingenti et ſingulari honore proſequitur. Sed diuina ſapientia omnia certe probe ſuauiterq; diſponit. Nam ſi Florentiæ eius funera ſortiremur, non niſi Florentiæ notus eſſet. Nunc autem in remotiſſimis partibus degens, longe magis uirtutis et probitatis eius fama diffunditur. Hic ergo finis fuit Ioannis Dominici Raguſini antiſtitis ac ſancti Sixti titulo cardinalis uiri omniũ ſua ætate clariſſimi ac præſtantiſſimi, cuius ſi religio noſtra omnis ĩ euum lachrymis proſequeretur funus, ne minimã quidem eius meritorum partem certe uideretur ut debuerat perſoluiſſe. Sed et bene geſtorum eius copiam et dignitatem, annus. Mccccxx. bono fine concluſit.

Miracula.

autoris uerba ad cõteraneos ſuos.

Ioannis Dominici Florentini Cardinalis Viri præſtãtiſſimi Vita per Ioannem Caroli Florentinum ordinis præd. abſoluta.

IOANNES DE CASANOVA CATHALANVS CARDINALIS LEANDRI ALBERTI.

IOANNES de Caſanoua Cathalanus ex Magiſtro Sacripallatii factus Antiſtes Bonſanus, inter Cardines eccleſiæ Romanæ ad titulum ſancti Sixti per Martinum quintum Pontificẽ Maximũ repoſitus eſt. Vita defunctus eſt Florentiæ, et in Templo Sanctæ Mariæ Nouellæ ordinis prædicatorum ſepultus.

IOANNES DE TVRRE CREMATA HISPANVS CARDINALIS.

IOANNES de Turre Cremata natione Hiſpanus uir ingentis animi, ingentisq; litteraturæ, ab Eugenio quarto Pontifice maximo Cardinalis præſbyter primo ſub titulo ſancti Sixti factus eſt circa annū domini. Mccccxlii. deinde epiſcopus Hoſtiēſis. Fuit uir ampliſſimis ornatus dotibus. Polluit apprime litteris ſacris et iure pontificio Extitit intrepidus ad quæq; agenda et præcipue pro republica Chriſtiana Ob eius eminentiſſimam eruditionem, Magiſter exiſtens ſacri pallatii, ab Eugenio quarto pontifice maximo Baſileam cum quibuſdam aliis uiris eruditis, pro uniuerſali Conuentu edendo (quod Concilium uocant) miſſus eſt. Sed cognita uafricia quorūdam principum, qui abrogari Eugenium ſuadebant, iuſſu ipſius eo diſſoluto, ferrariam Cōuentus tranſlatus eſt. Igitur Cardinalis factus Ioannes, ut erat moribus grauis, adamuſſim in omnibus priſtinum uiuendi modum, quem tot annis, in ordine prædicatorum didicerat, ſeruauit et apprime retinuit. Nec togā mutauit, licet mutauerit gradum, ut plæriq; leuiſſimi uiri faciunt, qui ad aliquod dignitatis faſtigium euecti, toga ſuæ religionis ueſtiri uerecūdantur. Verecundantur inq̄ miſerrimi uiri non ſolum ea indui, ſed ſe dici aliquando fuiſſe clauſtrales. Et nonnunq̄ ut ſapientiores uideantur, et uerbis, et factis aduerſus clauſtrales molliuntur. Hæc nō ſunt fabellæ non commentitia. Igitur nō minori illos animaduerſione putauerim dignos, iis, qui parentes probris, et iniuriis, a quibus fuerant procreati, aliti, et enutriti, afficiunt. Ad Ioannem redeo. Vtebatur is lanea ad carnes ſubucula, tunica, cuculla, et pallio, pro ut antea conſueuerat, Nec ab alio fratre in ueſtimentorum cultu, licet Cardinalē diſcreuiſſes. Cærimonias religionis, et præcipue prædicatorum, ſic dilexit, ut quas primo cæperat, haudquaquam dimitteret, adnitens pro uiribus, ut adamuſſim a cæteris ſeruarentur, Vnde aliquando quendam noſtri ordinis præſidētem offendens (cuius uolens nominis obliuiſcor) cærimonias, (ut par erat) non ſeruantem, Hæc inquit, alterius ſunt opera, non fratris, non aliorum præſidentis. Haud æquo animo uiderat ordinis noſtri profeſſores per curiam Romanam ultro citroq; meare, aſſerens non fratris hoc eſſe munus, ſed Curialium, uel litigantium, ſed fratri aliquando ſibi obuianti, dicebat. Mitte Curialibus uel diſceptantibus Curiam, et ad Cœnobium reuertere, uel ſi oporteat, adeas patrem ordinis agentem negotia, quem dicunt procuratorem, et is pro te aget. Tot enim expēſis ab ordine hac de cauſa is in Curia ſeruatur. Tam infracti animi fuit ut nunquā nec precibus, nec minis, in his, quæ fidei, quæ ueritatis, et quæ religionis fue

Att. Conſtantiam Io.

rant, possset auerti ab opinione sua. Qua propter fidei defensor adpellatus est, primus hactenus et postremus, q hoc nomine uocari promeruerit. Templum Diuæ Mariæ ad Mineruam nuncupatũ, eo ꝙ ibi aliquãdo Minerua colebatur, pro ut uideri potest ex Templo iam uetustate collapso, testudine ornauit. Sicq; primum ædium impluuiũ prælibati Templi (quod claustrum uocant) a fundamentis erexit, et exornauit picturis, quibus meditationes præcipuas utriusq; instrumenti, graphice inscriptas, ut facilius picturæ dignosci ualeãt, iussit apponi. Nec solũ ædificiis, sed etiam moribus ædes illas adornari curauit. Porro ex regulari uita (cui Lombardiæ Congregationi nomẽ est) patres accersiuit, et ibi Deo iussit famulari. Sacellum item exornauit multiiugis picturis, atq; Diuæ Mariæ Cœli Reginæ dicauit. Et erexit societatem sub nomine Annunciatæ, cuius interest, quotannis in festo Annunciationis Virgines nubiles Romanas inopes sub certa pecuniæ quantitate, nuptui tradere. Quæ societas, ex debili principio inita, ut pote ab ipso Ioãne paupere licet Cardinale, in tantum aucta est, ut nostra tempestate, Leo decimus pontifex max. dum ĩ minoribus esset, cum fere omnibus Cardinalibus illi uoluerit adscribi, Oliuerio Carapha cardinale Neapolitano uiro integerrimo suadente. Qui Ioannem imitatus in tanto egregio opere, sacellũ pollitissimũ et sculptura et pictura elaboratũ in dicto tẽplo Deiparæ Virgini, et Diuo Thomæ Aquinati erexit, et ab Alexãdro. vi. pont. max. obtinuit quotãnis in utriusq; festo remitti oĩbus illuc accedẽtibus, omniũ criminũ suorũ noxã. Sic igitᷓ aucta fuit et maximis uiris, et pro uetibus, ut anno domini. MDXIIII. in festo Annũciationis sexagita tres uirgines nuptui traditæ fuerint. Id, quod antehac minime uisum est, cum prius numerũ triginta uel quadraginta nõ ꝑterierit. Hoc enim opera Leonis põtificis factũ est. Quippe aureos nũmos mille, cũ antea a pont. max. nõ nisi centũ, elargitus est. Qualiter nubãt, paucis narrabo. Annis his duobus elapsis, cura Leonis pontificis tẽplũ in die dicto excellentissime exornatum fuit, Porro ultra aureos centũ pro tãto apparatu exposuerat. Exorto sole pontifex cũ fere oĩbus cardinalibus accedẽs, sacra Antistitem Asculanũ ad aram maiorẽ facere iussit, Interim Matronæ Romanæ singulas uirgines singulæ cãdida tunica indutas, lineoq; obductas facie, accẽsamq; faculam tenentes, manu præhendentes dextera, ex templo præcedentibus patribus prædicatoriis hymnum Aue maris stella etc. præcinentibus, lustrata platea ante templũ posita, ad sacellũ diuæ Catherinæ Senensis reducunt, iis subsequentibus, qui huic fuerint adscripti societati, uiris siquidem grauissimis, uel patritiis, uel ciuibus. Dũ hæc agunt, quispiã argẽteo polubro accedit ad pontificẽ, a quo mille aureos nummos donatᷓ, sicq; ab omnibus Cardinalibus, et aliis Antistitibus, secũdũ uota. Peractis sacris a matronis

Fidei defensor dictus.

Sacellũ per Io. dicatũ Diuæ uirgini mariæ

Societas annũciatæ

Leo. x.

ante Pontificẽ in solio sedentẽ deducuntur, et exosculato Diui pontificis pede, ab eo singulæ in sacculo portionẽ suã accipiũt, et accepta benedictione, domũ propriã quæq; gaudens reuertitur. Hæc igitur pro Curiosis, Ioannes uero uir occupatissimus, nunq̃ minus occiosus erat, q̃ cũ occiosus esset

Act. Opera per Io. edita. Vnde plura opera egregia edidit. Primo totũ Decretũ nouo quodam modo declarauit, cũ quæstionibus, nõ Canonistarũ, sed Theologorũ modum seruans, quo ostenditur tam in iure pontificio, quã in sacris litteris uiri præstantia. Item Decretũ nouũ cõposuit, alterũ ab illo Gratiani, illud mirabiliter distinguens. Super psalmos Dauidis edidit Cõmentaria ualde compẽdiosa. De potestate ecclesiæ seu papæ, et de cõciliis optimũ uolumẽ scripsit Item de Cõceptu deiparæ Mariæ protulit insigne opus, præcipue aduersus eos, qui in perditissimo Conciliabulo Basiliensi aliter determinauerũt. Cõtra errorem Bohemorum de Corpore Christi fecit opusculum unum exposuit Canonẽ Diui Benedicti Abbatis. Protulit curiosas quæstiones sup Euangelia per annũ occurrentia. Cum uir de deo deq; sancta et Catholica ecclesia optime quidẽ meritus, laudabiliter ac sanctissime uixisset, in bona ætate, anno domini. Mcccclxviii. Romæ in Cœnobio Mineruæ ordinis prædicatorum deuotissime deo spiritũ redidit, et in sacello a se constructo, in sepulcro honesto, quod aliquando uidi, sepelitur.

PATRIARCHAE EX ORDINE PRAEDICATORVM EIVSDEM LEANDRI

THOMAS LENTINVS

THOMAS Agni Lentinus Archiantistes Cusantinus, post Antistes Beethlemiticus, postremo patriarcha Hierosolimitanus, uir per omnia egregius, et laudabilis, polluit uitæ integritate, morũ honestate, doctrina et eloquentia. porro Diui Petri Martyris Vitã sermone compto, et delectabili, stilo tamen mediocri, edidit. Munus pont. max. Hierosolimis aliquando sustinuit, Hos enim uiros tali honestatos honore Legatos uocant. Bono quidẽ principio, optimum finem adiunxit. Vita fũctus est anno domini. Mcclxxvii.

Opera per ipm̃ edita

GVIDO DE SOLIACO.

GVIDO de Soliaco uir mitis, lenis, et præstans tam nobilitate parentum q̃ morũ honestate, Ad quæq; agenda pro christo intre-

pidus, constans, et animi magnus, præfuit aliquando Cœnobio Parthyensi. Cognita ab Innocentio quinto pont. max. uiri præstantia Archiepiscopus primo Bituricēsis, deinde Patriarcha, Postremo Aquitaniæ primas declaratus est āno domini. Mcclxxvi. His enim tribus dignitatibꝰ præeminens fuit. Ex hac luce subtractus est anno salutis. Mcclxxx.

NICOLAVS DE ANAPIIS.

n ICOLAVS de Anapiis, ex prouincia Franciæ, Remensis dyocesis Patriarcha Hierosolimitanus uir insignis, hoc modo ad talem promotus est dignitatē. Quū esset in Ro. Curia pœnitētiarius, et ab omnibus ob eius uitæ integritatem, modestiam, et sanctimoniā dilectus, Nicolao quarto pont. Max. singulis Cardinalibus imponente, ꝙ postridie eius diei tres uiros pro dicta dignitate idoneos quilibet proferret, non sine diuino nutu, is Venerandus pater a singulis prolatus fuit. Sicq; ꝑ eundem pontificem ad præsidētiam sanctæ Ciuitatis Hierosolimæ euectus est. Mortem obiit plenus bonis operibus anno domini. Mcclxxxviii.

RODVLPHVS BVRGVNDVS.

r ODVLPHVS Gallus Burgundus uir optimo ingenio, prudētia, doctrina, solertia, ac modestia præditus, a Celestino. v. pont. max. creatus est Hierosolimæ ciuitatis Patriarcha. Obiit maximis bonis fultus anno. Mccciiii. mēse nouembri, patriarchatus sui anno decimo perfecto.

PETRVS DE PALVDE.

p ETRVS de Palude sacrarū litterarū interpres, uir ingentis cōsilii, et religione conspicuus, iureq; pontificio clarus, ad Patriarchatum Hierosolimitanum, ob eminentem scientiā et morum elegantiam, euehi promeruit. Floruit circa annum domini. Mcccxii. post se monumenta laborū suorū reliquit, uidelicet cōmentariā super utrūq; instrumentū sub quadruplici sensu. item super quattuor libros sentētiarum scripta ualde clara, perlucida, et conscientiis suis uel aliorum consulere uolētibus peropportuna. Quippe tantus uir deuitauit scrupulositatem, et innixus est cuidam claritati, ac mentis serenitati.

Opera per Petrū edita.

RAIMVNDVS.

r AIMVNDVS sacrarum litterarum doctor, ex Magistro sacri pallatii, factus est Patriarcha Hierosolimitanus.

NOMENCLATVRA.

SENARDVS Patriarcha Aquilegiensis, ANGELVS, EGIDIVS Ferrariẽsis LAVRENTIVS Parmẽsis patriarchæ Gradenses. Ii enim diuersis temporibus floruere.

THOMAS DONATVS VENETVS.

t HOMAS ex donata familia nobili originem traxit. Parentes habuit homines morũ grauitate prædıtos. Vt erat ingenii acrimonia ornatus, ætatis suæ anno quartodecimo animaduertens mundi pericula, diuino afflatus numine, in Cœnobio sancti Dominici, uale dicens amicis, ac mundialibus illecebris, sanctam conuersationis togam, sub insigniis Diui parentis Dominici Christo militaturus, induit. Q đ ubi parentes rescierũt, (ut fit) indigne ferẽtes, a sancto proposito iã cœpto, auertere conati sunt, sed uisa eius constãtia, tandẽ ab inceptis abstinuere. Initio Thomas humilitati se totum dedit, Priscorũ patrũ uestigia sequi cupiẽs, se totum abnegare studebat. Porro missus pro pane ostiatim exquirendo aliquãdo propriã adiens domũ, a parentibus ueluti ab extrãneis, panes sibi pro Christi nomine largiri efflagitans, et a matre onustus, Cœnobium repetens, iterũ in cõpitis illis reuersus a uicinis panes exigebat. Quod ut animaduertit mater, ipsum increpauit cur hoc faceret, cũ antea panibus onustũ domũ remiserat, se nõdũ ad plenũ mãdatũ pfecisse respõdit. porro aiebat sibi imperatũ fuisse cõpita illa oĩa ostiatim pargrare, pariesq; ab illis exquirere, se nũdũ id peregisse. Tandẽ uir factus, post eruditionẽ, uitæq; integritatẽ, et morũ honestatẽ, quibus præfulgebat, ad Cœnobia fratrũ regẽda præfectus est. Quæ sic gubernauit, ac moderatus est, ut omnes in breui assererẽt eũ futurũ dignũ præfectura totius nostræ Congregationis Lõbardiæ. Fuit statura iusta in facie quãdã grauitatẽ præseferẽs, seuerus, animi intrepidi et grãdis, rectus in iudiciis, eloquẽs, et ĩ dicẽdo uehemens. Et ut uno uerbo explicẽ, a natura, et corporis, et animi dotibus optime fuerat ornatus. Post igitur pluriũ cœnobiorũ pfecturas, post Conciones plurimas (porro cõcionatoris sacri uerbi multo tpe officio cũ laude functus fuerat) qbus doctrinæ suæ periculũ in pluribus urbibus Italiæ ĩ frequẽti populo fecerat, uita functo Patriarcha ueneto, cõi senatus Veneti suffragio, et uoto, ad tãtũ dignitatis fastigiũ delectus ẽ. Q đ cũ rumore id pcepisset, Vicentiã

Mores. Thomæ

furtim petiit, et pluribus diebus in agro, quē incolæ uocant ad ſchalettas, per aliquot paſſuum millia ab urbe diſtante delituit. Sed tandem inuētus, lachrymans tantum ſubiit onus. Igitur in ædibus patriarchalibus conſtitutus, diu meditans quæ ſibi ex officio incumbebant, animū appulit ad inſtaurandos, componendoſq; gregis ſibi commiſſi mores, et præcipue clericorum, et ad inſtauranda Templa, et ædes dirutas, Pedetentim igitur ſic procedendo res compoſuit, ut bene optimeq; poſt mortem dimitteret. Licet enim in ea dignitate ampliſſima eſſet conſtitutus, et ab inſtitutis, et cærimoniis prædicatorum ordinis abſolutus, nuſq̄ tamen ab his diſceſſit. Legerat ſocios ſui laboris uiros præclaros ex ordine dicto, in omnibus ſe exhibens, ut antea. Id, quod a paucis nunc fieri uidemus. Plures agnoſco, qui infula epiſcopali accepta, in omnibus ſic ſe exhibent, ac ſi nunq̄ ſub religionis inſtitutis fuerint. Vt dixi, in moribus, in corporis cultu, in ſocietate talem ſe ſemper præſtitit, qualem in ordine cōſueuerat. Tandem iam ætate maturus, poſtq̄ omnia bene inſtituerat, uita functus eſt anno domini Mccccv. et ſepultus in Baſilica diui Ioannis, quam ipſe extruxerat, relicto ſui maximo deſiderio.

Att.

O utinam plures eſſēt Thomæ.

obitus thomæ.

ARCHIEPISCOPI EX ORD. PRAED. EIVSDEM LEAND.

RAINALDVS.

r AINALDVS Archiepiſcopus Armachanus Hiberniæ Primas, pont. max pœnitētiarius. Hic interfuit miraculo de panibus Bononiæ in ædibus ſanctæ Mariæ de Maſcharella, ubi primo prædicatores patres inhabitauerant, per diuum parētē Dominicū multiplicatis.

IACOBVS DE VORAGINE LIGVR.

i ACOBVS ex Voragine ligurum oppido, poſt plurimas præfecturas aliquarū prouinciarū, quas cū laude inordine ꝓdic. egit, tandem ob eius ingentē doctrinā, et animi dotes egregias, per Nicolaū. iiii. pont max. ex ordine Minoritarū, Archiantiſtes Genuēſis factus eſt anno domini. Mccxcii. Nicolaus enim pont. poſtq̄ ipſum declarauerat Archiantiſtitem, per litteras Romam acciuit, ut pallio, et cōſecrationis munere boneſtaret. Quod ille propere perficiens, Romam, ea die (quam dominicam de paſſione appellant) ingreſſus eſt, et offendit Nicolaum pont. graui ægritudine præſſum, ex qua feria ſexta in paraſceue, ſpiritum deo reddidit. Cardinales aūt infra paſchæ octauas habito cōuētu, Iacobū, cito remittere Genuā cōſecratū decreuerūt. Qua ꝑꝑ eorū iuſſu in octaua paſchæ, Latinus Frāgiapanis ord. præd. Eps Hoſtiēſis ei cōſecrationis munus cōtulit et intra paucos dies eum Archiantiſtitatus induit pallio. Sicq; paulopoſt

Genuã reuertens a tota Ciuitate ingenti cum applausu exceptus est. Anno uero secundo, quo Antistes declaratus fuerat, uidelicet anno domini. Mccxciii. edidit sibi creditæ prouinciæ Conuẽtum, quo eius iussu, interfuere plures præsules Vrbium, et Abbates. In ipsa enim synodo, multæ sanctiones, legesq; latæ, quæ usq; in hanc diẽ adamussim asseruatæ fuerũt. Et quoniam plærisq; dubio erat, an diui Syri ossa in tumulo marmoreo qui super aram Templi Laurentii martyris maiorem Genuensis Vrbis situs est, seruarentur, præcepto suo, corã patribus in synodo congregatis, coramq; prætore, rectore seu Capitaño dicto, et plebis Abbate (porro iis nominibus uocant rectores suos) multisq; aliis nobilibus, et ciuitatis Genuæ uiris insignibus, tumulus reseratus est, et inuenta est lignea archa inclusa, diligenterq; firmata, Qua aperta, laminam inuenerunt plumbeam, tabulam marmoream, et schedulam in quadam pixide repositam et utrobiq; litteris exaratam ossa ibidem contineri beati Syri asserentibus. His igitur uisis, egregius Archiflamen, ossa exinde super Diui Laurentii aram poni fecit, et propriis manibus ipsa componendo, et iuncturæ iuncturã, articulum articulo adaptando, comperit ibidem, quæ ad humanum corpus attinent, omnia ossa esse. Post nõ multos dies, instante memoriæ eiusdem beati Syri die, capsam super suggestum ferri iussit atq; ibi spectãti toti populo, sancta ossa, cum schedula et epitaphiis ostendit. Quæ ab omnibus cum ingenti deuotione uisa fuere, suppliciterq; adorata. Præcepit deinde caput in sacristia seruari, locandum in Theca argentea. Plura opera edidit et primo Vitas Sanctorum in unum uolumen congessit stilo presso, Item compilauit duo sermonum prædicabilium uolumina de sanctis. Vnum quod in usu habetur et alterum angustum et pressum, quod in Bibliotheca Cœnobii Diui Dominici Vrbis Genuensis inuenitur. Scripsit etiã sermones super Euãgeliis dominicalibus, quæ per anni circulũ in Ecclesia legunt̃, pro quolibet Euãgelio tres sermones componens et super Euangeliis Quadragesimalibus, a feria quarta Cinerum usq; ad tertiam feriam post Pascha, pro euangelio duos sermones, Item Mariale de Laudibus Beatissimæ Virginis secundũ alphabeti ordinem distinctũ. Prætera Ciuitatis Genuæ Cronicã cõtexuit.

Corpus diui Syri Genuæ.

Opera per Iacobum edita.

IOANNES COLVMNA ROMANVS.

i OANNES ex nobili Columnensium ortus familia, uir optimæ prudentiæ, ingentisq; litteraturæ, ex præfectura Hetruriæ prouinciæ, assumptus est ad Archiepiscopatum Messanum anno domini. Mcclv. per Alexandrum. iiii. pont. max.

GVILIELMVS PARALDVS GALLVS.

g VILIELMVS Gallus Archiepiſcopus Lugdunenſis, uir ingenio et doctrina clarus, ſummam magnã tribus uoluminibus diſtinctam de ſeptẽ donis ſpiritus ſancti ſcripſit, rationes ſuas exẽplis præclaris confirmans. Item ſuſiſſimam uirtutum ſummam, et uitiorum. Itẽ ſuper dominicales epiſtolas, et euangelia totius anni, Et plura alia poſt ſe dimiſit opera, quæ uiri optimam litteraturam præſeferunt. Opera p guil. edita

MARTINVS POLONVS. IOANNES DE POLO

m ARTINVS Polonus Archiepiſcopus, et pont. max. pœnitentiarius, de pontificibus maximis et Imperatoribus cronicam edidit. Item ſummam Iuris pontificii ſecundũ ordinẽ alphabeti cognomẽto Martinianam, et ſermones de ſanctis, Plura præterea digeſſit quæ ad manus meas non deuenere. Opera p Martinũ edita.

IOANNES de Polo factus eſt Archiantiſtes Piſanus. Mccxciiii.

BONIFACIVS DE LAVANIA

b ONIFACIVS de Lauania Archiepiſcopus Rauenas cum multo tempore Eccleſiam prælibatam rexiſſet, plenus bonis operibus, ibidem uita defunctus eſt, ſepeliturq; in templo Vrſiniano ante aram Beatiſſimæ Mariæ Magdalenæ. VIII. Calẽ. Ianuarii anno domini. MCCXCV.

GVILIELMVS ANGLICVS.

g VILIELMVS de Odone Anglicus egregius ſacrarum litterarum interpræs, uir ingentis ſpiritus, poſtq̃ bis prouinciæ Anglicanæ curam annis pluribus geſſerat, tandem circa annum domini Mccxcviii. ad Archiepiſcopatũ dublinẽſem ĩ Hibernia eſt aſſumptus. Decoratus igitur Archipræſulis tiara, ex curia Romana in Angliam ad Eduardum Anglorũ Regẽ rediens, a quo illuc miſſus fuerat, in Burgundia apud Diuionem, in Vigilia Beati Auguſtini, quem apprime ſemper coluerat, eodem anno uita exceſſit, atq; inteſtinis eius ibidem ſepultis, reliquũ corporis Londonas delatũ, in prædicatorũ Templo magna pompa tumulatum eſt Dimiſit poſteris monumenta laborũ ſuorũ, uidelicet ſcripta ſuper ſententias egregia. item opuſculum de unitate formarum, et nonnulla alia. Opera per guil. edita

GVALTERVS ANGLICVS.

g VALTERVS Anglicus, uir et scientia et religione præditus Thomæ Anglici Cardinalis frater, Per Clementē.v.pont.max. Pictauis commorantem, Archiepiscopus Armathanus circa annum domini.M.CCC.VI.declaratus est.

ANDREAS HVNGARVS.

h IC Andreas insignibus prefulgens uirtutibus, cum in Gallias a Regē Hungariæ ad Clementem.v.missus fuisset, Burdegalis exi stētē, ut taliter ageret ꝙ beata Margarita filia regis eiusdē regni sanctimonialis ord.predic.inter Diuas referretur, uisa hominis præstantia Clemēs eū Archiātistitē Antiliarēsem cōtinuo declarauit, āno dn̄i.Mcccvi

CAETERORVM ARCHIANT. NOMENCLATVRA.

r ODVLPHVS de Vico uir prudens et litteratus, a Clemente v. pont.max.Archiflamen Materanus factus ē anno dn̄i.Mcccvii

Dicerus. DICERVS Rodulphi Alemanorū regis frater Archiantistes Treuerēsis āno domini.Mcccvii.plenus operibus bonis, ī pace quieuit. THEODO

Teodori. RICVS de Nasore sacrarū litterarū īterpres frater Rodulphi Romanorū

Berēgari. Regis, archiepiscopus Treuerensis, his tēporibus claruit. BERENGArius Compostellanus Archiantistes, de quo plura in primo libro retulimus,

Petrus. PETRVS Burgundus in sacris litteris doctor Archiflamen Tuamensis.

Iacobus. IACOBVS Columna Romanus, postq̄ Hetruriæ prouinciam rexerat, Messanensis Archipræsul factus est, Humberti præfecturæ tēporibus flo-

Valtherus ruit. VALTHERVS Archiepiscopus Armatanus, et Hiberniæ primas.

Raimun. Item RAIMVNDVS hoc munere honestatus fuit. Floruit Honorii.iiii

Raynerius pont.max tempore RAINERIVS Archiflamē Messanus Diui Thomæ

Teodoric. Aquinatis frater. TEODORICus ex prouinciæ Hispaniæ præfectura ad Archiepiscopalem urbis Compostellarum dignitatem per Nicolaum.iiii. pont.max.euectus est. Anno uero duodeuigesimo, Postq̄ eo honore or-

Laurētius. natus fuerat ex hac luce anno domini.Mccciiii.subtractus ē. LAVREN-

rādulphus tius Archiep̄s Tonsanus. RANDVLphus Archiantistes Acherontinus.

SIMON SALTARELLVS FLORENTINVS, IOANNIS Caroli Florent.ord.prædic.Viri Clariss.

s IMON Saltarellus Florentinus archiepiscopus Pisanus et primas Sardiniæ et corsicæ uir singularis et præstans ex Florentia urbe nobilissima Tusciæ ortus, patrem habuit Guidonem Saltarellum in sua ciuitate primarium. Simoni itaq; per egregiam atq; liberalem

fuisse

fuisse formam indolemq;, eximia magis ex his quæ postea gessit, quam ex litteris ipsis agnouimus. Arbitror enim illum adhuc puerum tantum opinionis omnium animis inuexisse, ut quisque præstantissimum uirum augurarentur futurum. Nec obstat teneræ ætatis infirmitas, quo minus de se præstaret, quē homines expectarēt. Nam præter eam pietatē, qua patriæ et parentibus obligamur, tanta futuræ uirtutis, et probitatis præseferre uidebatur insignia, ut summam spem, quam de illo omnes habebant q̄ maxime superaret. Diuinis quidem rebus animū ita intenderat, ut posthabitis omnibus sæculi curis, quicquid temporis furto subripere potuisset, totum in res diuinas conferret. Quam uero ardenti in deū amore flagrauerit hoc præsertim inditio monstratū est, ꝙ ex hoste cruentissimo, egregiam uictoriam reportauit. Hāc ipsam dicimus uoluptatē, ex qua mala omnia, et incōmoda uiris etiam amplissimis prouenerant. De nostris enim nō externa, seu ciuilia bella prædicanda sunt, quādoquidem de nobis ita inquiebat Apostolus, Nō est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinē, sed aduersus principes et potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, aduersus nequitia spiritalia, in cœlestibus. Domestici profecto nobis hostes sunt nobiscū a prima origine nati, quos eo periculosiores, quo diuturniores, ac propemodū nobis īnatos, gerimus. Hi nunq̄ nos deserūt, nunq̄ relinquūt, et si interdum remissiores fiant, nusquā nos tamē omnino quiescere sinūt. Somnū capere cæteris animalibus datū est, et ii nobis dormientibus uigilant, et quiescentibus, animos nostros exagitāt, tūq; pernitiosiores sunt, quū nobiscum maiori familiaritate iunguntur. Hi certe nō alio infestius q̄ adolescentiæ tempore sæuiunt, inq; pubertatis annis feruescēte carne, et sanguine, haud facile est eorum uulnera deuitare. Proinde qui hanc hominū pestem sibi ingenti uirtute subdiderit, nō minori dignus est laude, quam si ferocissimos superasset hostes, aut amplissimos barbarorū exercitus gloriosissime, iugo submisisset. Cum hoc certe hoste non eadem lege pugnandum est, nec corporū obiectione resistendum, sed fuga ipsa salus, ac uictoria comparāda est. Quod si tantū hoc bellorū genere fuga efficere pōt, ut fugiēdo superemus hostes, ac uictoriā cōsequamur, quid si corpora obiiceremus? Si quæ, ut uiri fortes ī certis rebus fecerimus, multū laudis, aut gloriæ adipiscemur. Profecto ampliora ad cælicolas spolia referemus, si nostris illis deuictis hostibus, triumphali pompa, insignes ad deū nostrū euolare ex hoc hominum carcere properemus. Hæc autē ideo dixerim, ut hos nostros conflictus gloriosiores, q̄ Priscorum gentilium, qui de solis corporibus triumpharunt, pia quadam ratione demonstrem. Itaq; ut primū animaduertit Simon ipse nihil cunctatus, quum totum deo dicandum iā pridem animo statuisset, nec parentum iam caritate, nec uanis uulgi rumo

Voluptas.

Hominū hostes atroces.

ribus, nec deliciarum, aut diuitiarũ lenociniis cessit, ad extremum nec desponsatæ sibi coniugis gratia retardatus est, quominus ad prædicatorum religionis præstantiam conuolaret, sed calcatis despectisq; omnibus mundi respectibus, primos suæ adolescẽtiæ flores domino offerendos putauit. Parentes enim quum in hoc tantæ indolis filio spem omnẽ hactenus collocassent, nec quicquam carius in hac hominum uita haberent, eidem ut pubertatis annos ĩgressus est consulere properantes, nepotum quoq; allecti dulcedine æquæ nobilitatis et formæ puellam desponsare curarunt. Sensit igĩt præstantissimus adolescens tantis se se nexibus implicandum, ut nulla alia uia nisi fuga posset euadere. Quare mundo, eiusq; oblectamentis inuicto animo uale dicens anno salutis. Mcclxxxi. sub beati patris Dominici imperio inhærere decreuit. Id autem quum patri relatum fuisset tumultuario quodam more, domus omnis paterna uxoriaque permota, non secus quam si mortuum in utraque domo corpus adesset animo conciderunt. Iamq; posteritatis spem omnem ablatam nihil posthac iocunditatis aut lætitiæ deinceps se habituros, Demum ꝙ hominum diutius fruantur luce sibi molestissimum esse, ad ultimũ nisi citissime occurrãt omni proculdubio se morituros uociferebantur. Quis autẽ crederet iuuenem bis denos annos iam natum tantaq; omniũ expectatione desiderioq; insignem, tantis deniq; delitiis educatum, ad fratrũ se se inopias atq; incõmoda cõtulisse? Hinc ergo parentes, hinc proximi, hinc cognati omnes maxime dulcissima eius coniux in adolescentẽ noua bella facie, mucronibusq; strictis armatur, ut inermis et innocentis animum impie in suam sententiam reuocarent. Memorabant cui admodum seniorem patrem, cui tantas diuitias, aut cui supellectilem uariam relinquẽdam putaret. Animi præterea inconstantiam pusillanimitatemq; obiectabant, non deuotionẽ esse quæ faceret, ut ea quæ solent omnibus esse carissima, ac ꝑsertim iuueni et in flore ætatis degẽti, ultro quis abiiciat atq; pessundet. Ad hæc ueluti miserãtium uocibus addiiciebant. Anteq̃ incipias, facilia uideri inexpertis omnia, quæ tum primum difficultatem suam demonstrant, quum quis fuerit illa aggressus. Delitiose nutritum iuuenem, ac religiosorum astutia circũuentum, sub eo quod sibi imposuisset onere miserrime collapsurum, nec sibi modo sed uniuersæ familiæ tãdem si nõ perseuerasset, crimen et maculam illaturum. Satius aũt esse ab huiusmodi congressibus abstinere, quã post fortes conatus pedem referre. Demum ubi ista parũ proficerẽt ad orationes conuersi, animaduerteret lachrymosis uocibus precabantur, quo in loco ac in statu seniorem patrem, aniculamq; matrem et si nundum ætate tamẽ hoc mœrore paulopost conficiendam absq; remedio ac sine cuiusq̃ ope, ac ꝑsidio linqueret. Neq; uero satis cõstantis animi esse per superiora

Simon toga religionis induit.

Att. Verba proximorũ Simonis, ut ipsum reuocent ab institutis relig.

tempora, et ad eam usq; diem obedientẽ se parentibus, qui eam rem ægro ferrẽt animo præstitisse, nũc uero quũ iam pene laborũ suorũ præmia operirentur, tum illum proterue atq; obstinatissime reluctare. Qui si huiusce uocibus et lachrymis repugnasset, nec quicq̃ parentum caritati duceret indulgendũ, quid amantissimæ quondam coniugi, quam ei spe amplissima despondissent, quæ ne illius causa extremam duceret uitam, ac disrumperetur, et deperiret responsurus esset intueretur. Quã si a primo amore cõtingeret esse deceptam, haud amplius uicturam, sed morte acerbissima perituram sperare utiq; posset. Quid autem puellam nobilem, forma egregiam, moribusq; nulli cedentem, singulari aũt uirtute præstãtem aspernetur atq; dimittat, iustã nullam causam reperturum. Tolerabilius certe illis fuisse si ante in eam calamitatẽ incidissent, quã de illa filio tradẽda uerba fecissent. Nũc autẽ se, et filiũ et cognatos, nec sine iniuria, illam aũt absq; ipsius culpa uirum et primã gratiã amissuros. Ad ea omnia tam et si plurimũ agitaretur animo, ac ueluti stimulis quibusdã strictisq; calcaribus urgeret, soli to nihilominus atq; innato quodam mentis robore, in hunc fere modum respondisse fertur. Ego quidem o cari parentes mei q̃ diu uobiscũ uiuendum putaui, uos uti parentes meos summo semper honore ac ueneratione dignatus sum, nil mihi potius aut laudabilius esse putans, q̃ diuinis præceptis atq; institutis obtẽperare. Quod si facto ipso implere curauerim, uos ipsos testes imploro, quos penes præteritã uitam omnẽ consumpsi. At ubi animaduerti maioribus uos me uelle mundi nexibus implicare, haud amplius differendũ ratus, ad eam me uiam cõtuli, quã sapientes oẽs optimiq; semper uiri laudarunt, in qua et uestro cum honore et mea præsertim salute, pie uitam agere possem. Neq; uero in hac ipsa re me uos reliquisse aut neglexisse puto, si neminẽ uobis parem in hac hominũ uita ducens, ad eius præsidiũ totũ me contuli, quo ex oĩ crimine atq; angustia possem cõmodius atq; facilius liberari. Cui aũt eas reliquatis, q̃s falso appellatis diuitias, posteaq̃ uita excesseritis, nequaq̃ deerit, quũ longe plures, et præcesserint, et sequanť, quibus cara illa atq; opportuna futura sint. Ita. n. loquimini, ac si in meipso Saltarella omnis familia, Prædicatorum Religionem intrauerit. Quod si etiam ex nostris superesset nemo, non deerunt certe egeni, quibus illa ac fortasse utilius elargiri ac dispẽsare possitis. Facit ad eã rem plurimũ Saluatoris p̃clara sententia, qua uẽdi omnia, et pauperibus dari iuueni uolenti æternã uitã intrare suasit. Ad id uero in quo hoĩes mũdi me accusant, q̃d incõstãtis ac proinde degeneris aĩ sim, uelim mihi edixerãt, Quid animi magnitudinẽ probẽt, an ꝓ terrenis et quãdoq; perituris æterna semperq; mãsura bona requirere, an p̃termissis ueris, toto desiderio inhiare terrenis. Nõ ne si his inhærẽdũ putes generosum animũ sempq; ad superiora

Age Ion. et querellas propone, prout modo fit.

Simonis responsa ad proximos.

tendētē tur pi ac fœda cōmixtione cōmaculas illiusq; dignitatē a Saluatore nostro tāti existimatā ut sanguine suo illā redimēdā putauerit sterquilinio profecto uilli cōmittis? Quo circa desinite mihi animi inopiā obiectare cū clarius luce mōstrauerim magis has querellas ad animi incōstātiā pertinere. Deuoui quidem me ipsum deo pro mea uestraq; salute cui nihil maius aut præstabilius qđ darē q̄ me ipsum inueni. Mea aūt oīa deo aut mundi amatoribus ꝓpria sponte relinquo. Quod aūt de instituti mei difficultate asseritis scio et uerissime scio Apostoli sentētiā esse nos sufficiētes ex nobis neq̄ q̄ existere ac facultatē oēm nobis a deo ꝑstari cuius ope auxilioq; ꝓtectus aduersus spirituū malignorū uersutias atq; dolos nō dubitabo præstātissimorū hominū qui ante me fortissime atq; gloriosissime decertarūt acies miro exemplo ire. Subministrabit uero animo meo et ingenio uires is qui eos nō timēdos esse suasit qui corpus modo possunt occidere mentem uero nisi uelimus ne minima quidē parte cōtingere. Itaq; et in laboribus tollerātiā et ī perficiēdo ac perseuerādo cōstātiā ab eo ipso me habiturum cōfido qui ut mūdi affectū relinqueremus suggessit. Id aūt uobis carissimis genitoribus meis nequaq̄ debet esse mœstitiæ uel dolori si potiora legens infirmiora neglexi. Quis enim doleat si prætermisso plumbo quis

Atē. optimā cō parationē. aurum legat? Vos igitur tristitia cōficiemini si filius id cognouit quod uos ignorastis si oculos aperuit ubi uos clausis oculis incessistis? Obediētiā igiē præstiti q̄ diu plus apud uos animi salus q̄ corporis ualuit ipsa et societas. fructus uero uberiores ac longe meliores uos percepturos cōfidite si æquo aīo īstitutū decreueritis fere meū eiusq; magis suasores suos perstiteritis q̄ euersores. De desponsata aūt uxore mihi certe carissima quod ultimo succensetis loco (si recte sapiat) longe de illa me bene meritū esse agnosco quādoquidē illud ei thesaurū quem auferre poterā conseruare magis q̄ eripere illi hoc facto meo perexi. Neq; id ob aliquā eius culpā faciēdū existimaui sed potius ob amorē quo nō carni et sanguini ac spiritui sum affectus. Siquidē cum apostolo mecū ipse reputabā debitores nos esse non carni ut secūdū carnem uiuamus sed spiritu. Proinde et si spiritu uiuimus spiritu et ambulemus necesse est quādoquidē ex carne mortē ex spiritu uero uitam consequimur. Itaq; alio loco suadet ut qui habēt uxores tanq̄ si non haberēt ita se gerant et qui labēte hoc mūdo utunē ut nō utentes quādo mūdi huius figurā præterire omni uel mediocriter sapiēti perspicuum est. Quod si ita esse certe scimus si ego desponsatā mihi uxorē et me ipsum ex uaria ac permaxima carnis tribulatione liberaui quā certe eodē sanctissimo uiro teste patianē oportet q rei uxoriæ sunt alligati id iniquo ne ipsa quidem ferre debet aīo quin potius gratias deo ingētes ꝑsoluere q đ magis animam eius dilexi q̄ carnē. Idq; demū erit prudētius quam si de me lachry

mosis uocibus queruletur. Ostendet aut̄ uirilem se animū et in infirmo ac debili sexu gestare, si mea ꝓspecta et cognita uolūtate, et ipsa uiri quōdā sui uestigia deuotissime prosequat̄. Id si minus placet, atq; carni magis indulgē dum q̄ spiritui putet, ad aliū certe poterit absq; cuiusq̄ iniuria transmigra/ re uirum quādoquidē ego primus sæculo iam defunctus esse decreui. Has ergo o cari genitores, uosq; uiri amplissimi querellas deponite, mœstūq; ti/ morem mittite. Satius enim erit atq; utilius deo et hoībus gratius, si ita uo biscum facere proposueritis, q̄ si angoribus, et mœrore nec animo nec cor/ pori profuturo cōficiamini. Postq̄ igit̄ finem dicendi fecit, qui aderāt oēs iuuenis cōstantiam admirati, ac semet intuentes eius sententia sūmo oīum consensu probata, eum fratribus promisere. Quibus abeūtibus ex hoc pri mo conflictu uictoriā consecutus, atq; ex tam periculoso certamine libera/ tus, cōfirmato iā aīo ad litterarū se totū rudimēta conuertit. Sed quū a pa/ tribus accepisset sapientis eam fuisse sententiā in maliuolā animā dei sapien/ tiā (qua ipse miro amore flagraret) ulla ratione posse cōsistere, nec in cor/ pore peccatis subdito, uirtutibus primū nauandā operam irremisso studio intellexit. Quare humilitati, uictusq; parcitati, aliorūq; optimarū uirtutū exercitationibus, ac diuinorū præceptorum institutis, suæ quoq; religionis muneribus, q̄ maxime potuit se honestare properauit ornatu. Quod tan/ ta celeritate cōfecit, ut omniū in se oculos miro quodā modo conuerteret. Neq; enim uidebat̄ tum primū sæculi pompis aut uanitatibus renūciasse, aut ad religionis austeritates nouitius aduenisse, sed tantopere omnia obi/ bat munera apte, commode, tempestiue, et innata quadā facilitate atq; læti/ tia, quasi omnia ab ineunte ætate, et a primis imbibisset annis. Itaq; quū ex eo quæreret̄ nō nūquam quonam pacto illa omnia per superiora tempora delicate nutritus efficere posset, quæ ad perfectos in religione uiros attine/ re magnopere uiderentur id respondebat. Se cum sæculi habitu iuuentam et delitias et quosq; carnis exuisse affectus, et ita instituisse animum, ut non uestem, sed carnalem hominē exuisset. Neq; enim (uetusto prouerbio) mo nachum ea, quam cucullā uel cappā dicimus, sed opera faciūt. Ergo cū sæ/ culo permutāda omnia sunt, ac pristina omnia relinquēda. Nihil proinde in iuuene leuitatis, nihil incōstātiæ certe uidisses Primus semper in gerēdis oībus Simonis erat aggressus. Postremus illi fuit sēp recessus. Nihil ꝑterea ob eas res ꝓbe ac uirtuose gestas arrogātiæ, nihil tumiditatis aut de se quip piam præsumētis intueri quis potuisset, sed tāta inerat illi naturæ facilitas, tanta solertia ut tēpus q̄ negociū deesse magis homini uideret̄. Quo circa cū solus meditaret̄, ac secū plærūq; diuinis rebus intenderet, tū q̄ maxima magno cōficiebat animo, tūq; sensim edebat egregios uirtutū flores, qui se cuturos antecederent fructus. Quæ omnia ita carum atq; acceptum omn

Finis ora/ tiōis Simo nis.

Studia Si/ monis in tyrocinio suo.

Opera nō uestes mo/ nachū fa/ ciunt.

bus reddidere, ut tam et si ingenti conatu illa refugeret, quæ ad honores et uulgare hominum famã attinere uideretur, præclaros tamẽ magistratus in sua religione et domi et extra ꝑciperet. Neq; uero sibi ita faciendum existi/mauit ut plærosq; uidemus, qui cum uel minimam attigerint bonarũ artiũ disciplinam, tamẽ primos et magistros se haberi et uocitari curant, obq; id singula faciunt ut primas sibi sedes ac partes assumãt, sed cũ in eo esset mul tarum rerũ cognitio, et ut in homine prædicatore multa scientia, nunquã tamẽ ob humilitatem nomẽ sibi magisterii usurpauit. Recenti quidẽ semꝑ memoria retinebat Saluatoris sententiam huic nomini ꝙ maxime aduersa/ri, Apostolum quoq; Paulũ futuras nostrorũ temporũ ruinas præuidisse, cum Thimotheum discipulum admoneret, Erit inquiens tempus quum sanã doctrinã nõ sustinebũt, sed pro suo quisq; desiderio coaceruabũt sibi magistros, qui aurium pruritui magis ꝙ populorũ utilitatibus inseruirent Itaq; ob eas res nũquã sibi magisterii nomen imponi ꝑmisit. Addebat aũt nullã in religionibus pernitiosiorẽ calamitatẽ posse afferri, quã crebra ma/gisterii nomina, quæ et si cui ex quodam priuilegio conferantur, ad præser uandam nihilominus dignitatẽ, non passim sed raro illa imponẽda uideri

Qualis in præfectura

Prioratum quoq; conuentus Florentini tanta modestia et grauitate omni umq; sũmo cõsensu ac suffragio ita suscepit, ut molestus nemini, omnibus uero uideret̃ esse carissimus. Complectabat̃ quosq;, lædebat neminẽ, uicia cohercebat, uirtuosos amabat, et in utrisq; lenitatis spiritũ (ut suadet Apo/stolus) semꝑ sibi ante oculos ꝓponebat, sua deinde deuotiõe atq; exemplo omnes ad uirtutum studia prouocabat, nec tam rem familiarẽ amplificare quam morũ elegantiam augere curabat. Nõ enim opibus aut multarũ exu berãtia rerũ, sed bonarũ artiũ exercitatione, sanctisq; populorũ exẽplis arbi trabatur religiones augeri, ac maiorem inmodum excrescere. Parsimonia uero ac paupertate superiores patres nostros hãc religionẽ fundasse, et ĩ hãc usq; diẽ multa rerum gestarum gloria hoc fundamẽto stetisse pariter ac flo ruisse. Non alia se illis unquã documenta relicturũ. Quas ob res tantum opinionis bonæq; famæ adeptus est, ut nõ iam suæ domus aut familiæ sed uniuersæ religionis iudicaretur præfectura dignissimus. Igitur omniũ cau/sarum suæ religionis publice et priuatim apud Pontificem Maximum cura suscepta (quod munus procuratorem ordinis Vocamus) statim ut commoditas oblata est, ad Gallias ubi tunc Curia residebat concessit. Is uero magistratus non minimi ponderis aut laboris esse consueuit, quã/doquidem ex eo uniuersi ordinis conseruatio pendeat, ad eũq; oẽs præfati ordinis causæ ex cunctis terrarum partibus cõferantur, nec inertẽ aut obtu so ingenio hominem, seu litterarũ expertem postulat, sed talem qui multa

Att. quibus re/bus religio nes auget̃.

ꝓcurator ordinis fa/ctus.

et prouidere prudenter, et agere fortiter sciat et possit, ne circunuentus curialium astu ordini notam, maculam ue inducat. Oraturus præterea est apud summos pontifices, deq; rebus magnis acturus, in quibus rebus hominis uirtus et probitas plurimum eluceat necesse est. Erat autem in hoc uiro ingenii ualida atq; insignis dexteritas ardensq; in omnia zelus, litterarum quoq; permulta peritia, et tantus eloquentiæ nitor, ut in conciliandis inq; suam sententiam traducendis animis, nemo ea tempestate ipso haberetur præstantior. Quo circa ubiq; adesse, omnia circuire, rimari singula nulli deesse, non inconsiderate, aut fortuitu quicquam, sed consilio omnia atq; auctoritate facere properabat. Tanta præterea inerat homini dignitas morum, tantaq; in conuersatione suauitas, ut etiam summi uiri egregia de illo sentirent. Neq; uero indignum arbitrabantur, qui erant in maximis dignitatibus constituti, eius rogare sententiam, huius uiri abunde cognoscẽtes igeniũ, facile in oĩa discurrẽtis. Iccirco nullus fere emergebat casus, nullaq; res tam insolita, uel acerba omni nostrorum hominum generi immineba, quam ipse non consilio, studio, ac diligentia tutaretur. Non solum autẽ ordini (cuius causis præsidebat) utilissimus fuit, uerũ et primariis certe uiris, qui apud pontificem uersabantur, qui maximis concussi atq; agitati incommodis, nulla re magis egebant q̃ homine uirtutibus prædito ac singulari hominum opinione præstanti, qui et singulos adire et pacẽ atq; concordiã dissidẽtibus aĩs optime suadere atq; utiliter posset. Erant quidẽ per Italiam Factiones duæ multis ante annis exortæ, quarum altera, quæ dicebatur Guelphorum Romanis pontificibus, altera Gibelinorum, quæ Romanis imperatoribus opem et auxilium exhibebat. Italiæ populos ita infecerant, et tantis inter se odiis decertabant, ut incendiis omnia et ciuium proscriptionibus uicissim, et ruinis et sanguine singula fœdarentur. Ad eas igitur uel sedandas uel certe mitigãdas aptior nulla atq; utilior ipso Simone afferebatur persona, quod natura promptus, et eloquentia grauis, et pietate apud omnes insignis et haberetur, et esset. Clemens quintus eo tempore ecclesiam gubernabat, qui quum nonnullorum Cardinalium factione ex Philippi Regis Francorum auctoritate, qui tum illi amicissimus erat Pontificatum esset adeptus, propterea quia inhoneste et impie postulabat, breui tempore maxima sibi discordiarum semina compararat. Atq; plurimum spei ac fiduciæ in ipso Simone collocarat, quod facilior ad obeunda negocia foret et artium humanarum casuũq; moderator et perspector acerrimus. Itaq; illius opera in maximis rebus idem Pontifex usus est, qua ex re egregiam laudem, et multorũ principũ gratiam est consequutus Quo magis aiaduerti põt huius uiri amplissimi uirtus, quandoquidem in

Att. præstantiã Simonis.

Factiones Guelphæ et Gibellinæ.

Clemẽs. v.

Philippus rex franc.

tanta hominum studiorumq; uarietate nihilominus ab omnibus amaret. Neq;.n.magnū est in summa rerum oium pace beniuolētiā cōseruare nec perfecto iam bello arma exquirimus. At ubi animorum opinionum sententiarūq; fuerit p multa diuersitas atq; distātia, tū demū difficillimū est omnibus æquo iure placere. Tū pfecto homines agnoscūtur, qualesue ac quāti p superiora tēpora fuerit huiusce studia probāt. Idq; ipsi Simoni euenisse satis pspicuū erit, si ea cōsiderādā duxerimus, quæ posteaq̄ pōtifex ille migrauit e uita, eidē præstantissimo uiro obuenerūt. Creato quidē Ioanne xxii. nequaq̄ minus apud hunc pontificē ipsius Simonis opinio ualuit, uerū maior inmodū aucta, Parmensis ecclesiæ cathedrā ab eo gubernādam suscepit. Qua dignitate honestatus nō iā (ut plærīq; efficere solēt) suæ religiōis, aut habitū perosus, fratrū suorū cōsortia aut familiaritates exhorruit nec quicq̄ de prioris uitæ austeritate remisit, nec humilitati aut mansuetudini resignauit, sed eadē homini i cōuersatione facilitas, eadē uitæ perfectio et si fieri potuit, peramplior atq; illustrior fuit. Nihil.n. qd ad religionis, (quā esset pfessus) dignitatē, quod ad mās uetudinē, qdq; ad rerū humana rū cōtemptū attinere uideretur omisit, quin potius eo magis se ut uirtutū omniū exēplar ac formā exhibuit, quo iā nō sui ipsius modo, sed uniuersi gregis sibi cōmissi rationē se nouerat domino redditurū. Quare collapsū moribus populū, dissensionibusq; maximis et cōmodis pturbatū, et prædicationibꝰ studio uirtutū, et priuatis adhortationibꝰ trāquillitati, et paci restituit, et āplissimis elemosinis fouit sua gratia et uirtute. Cūq; eadē ciuitas hisdē esset factionibus implicata, in eis sedādis et componendis plurimū tēporis et laboris cōsumpsit. Sed cū i ea urbe factionū capita haberent duo Rolandus russus, et Ioannes Quiricus q tantis inter se odiis diffidebāt ut alter alterū pellere properaret, tandē post multorū ciuiū cædes, proscriptiones atq; rapinas, ad Rolādū uictoria, urbisq; dominatus concessit. Quibus rebus quātū paci studuerit, quātoue demū quū acta res est mœrore confectus sit, nō facile dictu est. Exacta quidē altera eius factionis parte urbisq; neruis magna ex parte cōcissis, facere nō poterat uir optimus atq; piissimus quin mirū imodū excrutiaret, Quonā.n.pacto pastor æqssimus cernere sine lacrhymis posset creditas sibi oues luporū dentibus laniari. Postea uero quā ex ea pturbatiōe liberatus senis annis cū summa omniū laude atq; gratia memoratu ecclesiā gubernasset, ab eodē pontifice ad Pisanā Metropolī ex parmēsi cathedra, gloriosissime est translatus, et a populo Pisano ingēti omniū gratulatione frequētiaq; susceptus. Id uero eo mirabilius fuisse opepretiū ē, quo iter pisanū Florētinūq; populū peruetusta, ac pene perpetua odia extitisse perspicuū. Id quoq; pamplius suspitionē augere poterat q ciuiles i ea factiones ad id potissimū uenerāt, ut nō iā ciuili, sed tyrannorum

Att.

Simon antistes parmensis declaratur.

Rolandus russus Io. Quiricus.

Simon archiepiscopus Pisanus factus

more ciuitas regeretur. Vt primū.n.ciuitatē inuectus est altera eū factione uocante antistitē censuit deturbādū. Sed aduersante populo id qđ uniuersa ecclesia facere ante ꝑsumpserat ut ex sua auctoritate atq; sentētia Petrus quidā Coruare pontificis summi locū præriperet Pisis nō potuit. Dicebat aūt id eorū statui expedire quo facilius Guelphorū possent potētiā, q̄ maxime ī florētia ciuitate uigebat opprimerēt. Vetustas quoq; inimicitias me morabat, tutū nō esse ut Florētinus in eorū urbe ꝑsideret antistes. Præstitit tñ ipsius fratris Simonis bonitas atq; uirtus, scientes eū magis rebus diuinis et animorū saluti intēdere q̄ sæcularibus rebus animū implicare. Igitur quo pluribus ualidioribusq; tyrānis Pisana metropolis cessit, eo mirabilius fuit Florentinū antistitē fuisse receptū. Quāobrē quū secus ac sperari potuerat actū sit, quid inde cōiecturari poterimus nisi summā uiri huius amplissimi pietatē fecisse, ut inueterata odia ponerētur ut, tyrānorū pene omnis suspitio tolleret, utq; omni hominū generi hoc facto q̄ optime existimaret̄ esse cōsultū? Nemo.n.arbitrabatur antistitē Simonē populo nisi optima ac sāctissima suasurū. Memoria quoq; referebant eūdē uirū apud Parmā eisdē odiorū seminibus inuolutā, illibatū atq; incōtaminatū animū custodisse. Cæterū q̄ sit eiusdē ecclesiæ dignitas aperiendū est. Nā qui eius ciuitatis antistes declaratus sit, ut primū metropolis solū attigerit, lateris legatione dignat̄, Deīde (ut uestro more loquamur) et palatinus comes, et corsicæ ac sardiniæ uocitat̄ primas. Age uero ꝙ nōnullis anni diebus uti pont.max.pallio utit̄, Stuppaq; templū ingrediēti accendit̄, cæterisq; aliis pontificii insignibus honestat̄, ut summus pontifex præter capitis ornamentū in cæteris iudicet̄, eos quoq; (quos canonicos seu capellanos dicimus) eisdē fere diebus primos quidē Cardinaliū amictu ornatos, alios uero præsulū ornamēto decoros, cū summa spectātiū uoluptate quisq; intueri ac magnopere uenerari potest. Hanc ergo tam excellentis ecclesiæ dignitatē ipse Simon consecutus, talem se, tantumq; præstitit, ut nec uiro ecclesia, nec pontifex infula dignior haberet̄, sed uterq; nouo quodam certamine inuicē honestaret. Neq; uero eius amplissimæ dignitati quicquam nocuit Florentinum nomen, nec multiuola tyrannorum uarietas. quominus urbi et uniuerso populo foret acceptus. Erat enim in homine grauitas quædam humanitati atq; benignitati coniuncta, quæ omnes ad quandam reuerentiam inuitabat, ut nulla ambitio, nulla factionum dissensio nullaq; hominem priuata gratia uel odium promoueret. Ita profecto animum instituerat in omni re, ut pastoris optimi, et antistitis uenerandi offitiis et muneribus fungeretur. Cōmissi quoq; gregis, omni studio et diligentia curabat negotia plærumq; monēdo, sæpe suauissime adhortando, nonnūquā etiā liberaliter accusando uel castigādo leniter, aut singulorū infirmitatibus cō

Archiepiscopus Pisanus Comes palat. et primas corsicæ et sard.etc.insignia eiusdem.

Qulē sege sit in hac dignitate.

patiendo omni enitebatur statui et negotio prouidere. Opibus præterea, rebusq; familiaribus ita prospicere cõsueuerat, ut non modo illas seruare sed absq; cuiusquã iniuria augere atq; illarũ dominio uti, ut dispensatorẽ magis quam dominũ semper esse meminisset. Quare nec necessaria clericis, nec opportuna defuere egenis, sed omni statui cõsulens temporum semper ac personarũ rationẽ præseferre moliebatur. Et ne qua auaritiæ suspitio oriretur huiusmodi negotio ac maxime ne incertorũ nota aliqua fœdaret, quattuor ciues primarios deputarat, quorũ integritati ac fidei quæcunq; uiderẽtur dispensanda cõmitteret. His demãdatũ erat circuire domos, uiduis prouidere, pupillisq; et orphanis q̃ maximo possent studio subuenire. Operepretiũ quidẽ illi erat ita se gerere, ut inuidorũ et maliuolorũ obtrectationibꝰ nõ pateret, nec Florẽtini nominis notas ullas incurreret, ciuiũ uero gratiã sibi ac beniuolentiã cõpararet. Itaq; ob eã rẽ ad magnificentiam ac liberalitatẽ conuersus, singulis Pisanæ metropolis ecclesiis propria ornamẽta, et argentea uasa donauit, quæ i hãc usq; diẽ extare uidẽtur. Archiepiscopales quoq; domos uel uetustate obesas, uel aliorũ præsulũ negligẽtia prætermissas proprio sumptu et ĩpẽsa restituit, quia ex re multũ sibi fauoris accreuit. Quũq; sæpissime Florẽtiã aduẽtaret, decreuit ciuitas ut sacrũ ac uenerandũ patris

Zenobii corpus i aliud sepulcrũ positũ

Zenobii corpus sublimiori ac digniori cõderetur loco. Quare anno domini. Mccccxxx. mensesq; Ianuario præclarũ aggressi facinus suffodientes profunde corã positis Simone Saltarello Metropolitano, et Florẽtino, Fesulano, Spoletano præsulibus, quũ iã bis quinq; brachia suffodissent tandẽ in archa marmorea sacrũ corpus reconditũ inuenere. Leuantes aũt cũ multa reuerẽtia ac deuotione et nõ minimo populorũ cõcursu sacras reliquias, sãcti Zenobii caput tũ primum argẽteo capiti incluserunt, multisq; collatis ibiq; relictis ĩdulgẽtiis, reliquũ corporis i eo loco magnifice cõdiderũt. Deĩde triẽnio postq̃ hæc gesta sũt cũ Pisanos iter ac Senẽses ꝑ Massæ maritimi oppidi dominatu fuisset diutino bello certatũ, tãdẽ his cõditionibꝰ, sua suet opa Pisani antistitis, et eius q tũc Florentiæ habebatur ꝓsul pax cõuenit, ut fines utriusq; ĩperii Massa fieret ut ipsa i libertate media iter hos populos remaneret, ut exules ad ciuitatẽ redirẽt, utq; Florẽtinus antistes, qui una cũ Pisano suasor cõpositorq; pacis extiterat, triẽnio ĩ urbe suo arbitrio dominia designaret, Vt populus florẽtinus pacis ac fœderis huius fideiussor existeret. Quo factum est ut ex Florentinis ciuibus triennio Massanæ rei publicæ uicissim succedentibus cũ maximo ciuitatis suæ honore gloriaq; præsiderent. Quumq; tanta cum ciuitate præsulis huius esset cõiunctio, eo qui secutus est anno cum in conuentu fratrum ut sæpe solebat resideret ad dedicationem marmoreæ Turris, quæ ad Sanctæ Reparatæ ædem cernitur conuocatus ẽ, ut una cum Florentino cæterisq; proceribus primos ia

cerent lapides in fundaměto, quod ingenti postmodum sumptu et magni ficentia gestū est. His igitur in hunc modū gestis, ne suæ quoq; religionis, aut familiæ uideretur oblitus, uniuersis Romanæ prouinciæ fratrum suorū těplis uasa argentea misit. Pisano quoq; conuentui, in quo et sepulcrū sibi statuerat, in singulos annos uberrima ac maxima dona multa deuotione le gauit. In proprio uero beatæ Mariæ nouellæ cōuentu, egregiā turrim pyra midis instar (quod cāpanile uulgus apellat) a primo lapide pene in cœlū ꝓ prio sumptu errexit, campanasq; in ea fabricari constituit ac pro se ipso do mū quū Florentiā aduentatet extruxit, quatenus nullo fratribus impedimě to, aut molestia foret, maiorisq; claustri nonnullas testudines magnifice ædificandas curauit. Vt aūt ad nostri těpli magnificentiā atq; ornatū nihil deesset, et argenteas nonnullas cruces in sacristia nostra reposuit, aliaq; hu iusmodi ornamenta donauit, utq; copiosius et auidius ad nos populi cōue nirent, bina organa ac suauissima in eo disposuit quorū altera sacristiā con tra erant mira arte constituta, altera uero supra těpli ipsius ponte, quorū io cunditate pellecti fideles, et suauitate prouocati ad nostrā ecclesiam nume rosius conuenirět. Demū ne cui hominū deesset generi, fratribus suis hospi talem domū ecclesiāq; ad montis lupi oppidū posuit, atq; annuas faculta tes ad uictum, ad quā ex obedientia properantes fratres absq; alicuius mole stia degere possent, suisq; laboribꝫ aliquid honeste quietis assumere. Quæ omnia quū uti disposuerat perfecisset multā ex his gratiam ac beniuolen tiā consecutus ad metropolim suā regressus, cum quiescere iam in animo statuiset, cæpit rebus ecclesiæ cū summa prudentia et omni pace intendere. Maxime uero ea quæ ad animarū salutě attinere uidebantur curabat. Lites quoq; et causas omnes ita componere, ut in neutrā partě flexisse animū aut iustitiam oppressisse ulla ratione iudicari posset. Itaq; cerneres clerum non leuitatibus deditū bene sub tanto pastore mereri, diuinisq; rebus studio ma gno incumbere, ac sacramentorū deuote administrationi ingěti desiderio operosius insudare. Licet aūt per ætatě multosq; labores iam metropolim circuire ac perscrutari si quid impietatis fuisset admissum nequaq̄ posset, cōsilio tamě et auctoritate ualebat plurimū, nulliusq; sententiā ita ꝓbabāt omnes, ut ubi præsul uerba fecisset nemo quicq̄ adiiciendū putaret. Neq; enī aī uires ætas ipsa cōsumpserat, sed quo magis ꝓducebat uitā, eo maxi me uiridior ac robustior ī eo uigebat mětis ipsa ꝓspectio. Sed cū ī ea trāqlli tate uersaretur et pace, serpěs ille ac ueteranus humani generis hostis eius fœ licitati ex huiusmodi cā plurimum uisus est aduersari multūq; ei tristitiæ ac doloris accessit. Mastinus Parmæ tyrānus lucæ dominatū plures āнos tene bat. Hic multa a suis ciuibꝫ passus, quū iā ī rerū suarū discrimě uenisset, ubi cernit diutius eā urbě retinere nō posse, cū Pisanis ciuibꝫ ac florětinis đ eius

Dona am pliss. Tem plis ꝑ ipsū facta.

ædificia ꝑ eū facta.

Mastinus

urbis traditione tractabat. Dum uero teritur ab utrisq; tempus, tandē ad Florentinos Ferrariæ omni re composita et grandi pecuniæ summa persoluta concessit. Itaq; Florentini cū Pisanis ob eam rem pace resoluta, ad bellum animū intendūt. Sed quū ad eādem rem cōficiendam nō parua pecuniæ summa uideret esse opportuna, undecūq; illam cogere procurantes, tādem ad præsulē se contulerūt suppliciter postulantes, ut in tanta rei publicæ necessitate ciuibus non deesset. Se uero ut primū cōmoditas affuisset ex fide omnia reddituros. At uenerādus antistes, et si omni ex parte angustiis premeret, existimās nihilominus si sponte ciuibus annuisset, eos deinde mitius esse facturos, id egit ut publice et priuatim ciuitati subueniretur a clero. Ipse quoq; ex his quæ ad eum uidebant esse prouētura mulctā met sibi imponens, haud exiguam æris summā ad ærariū perferēdā curauit. Quod ubi Florētiæ est auditum summa in præsulem cæpit ciuiū indignatio esse, dicebātq; tantū uirū nūq̄ aduersus patriam arma pene assumere debuisse. Cæterū nequaq̄ mirari se inquiebant si is præsul qui tot annos Pisanā hausisset aquā, eorū quoq; tandem inbibisset mores et studia. Cognatis uero suis mordacibus iminebant uerbis, et adeo excandescebāt in eos, ut etiā dicerent urbe sibi deturbandos uideri, fecissentq; profecto nisi ciuiles discordiæ quæ propter hoc Lucēse negociū fuerant in urbe exortæ, eis ne proscriberent opitulationi præsidioq; fuissent. Quæ oīa cū ad antistitis aures peruenissent multo præterea mœrore cōfectus, ciuibus huiuscemodi uerbis satisfacere properabat. Meminisse primum debere Florētinos ciues, pastoris eum officio fungi, cuius est ouium omnimodā curam habere, nec quicq̄ alienius a pastore quā oues suas negligere. Deinde Saluatoris nostri sententiam, quā cōmodissime afferebat. Qui habet sponsam sponsus ē. Itaq; ob sponsæ amorē reliquit homo patrē et matrē, ut suæ uxori inhæreat, fiantq; duo in carne una. Non ergo sine iniuria sponsam suā relinquere potuisse, neq; id si fecisset suæ humanitatis fuisse. Scire eos etiam peregrinas hominum sponsas uiris suis quādoq; patria cariores fuisse. Cōtra patriā uero se nunq̄ stetisse probabat, quādoquidē et Pisanis ciuibus pacē suaserit, eāq; cum maximo sue ciuitatis honore obtulerit. Eam si ultro a pisanis oblatā suscipere decreuissent, plurimum utilitatis et cōmodi uidebatur afferri. Et nāq; æris summam quam Masthino ciuitas promisisset, Pisanos soluturos esse curauerat, Deinde quot annis et brauium et equum ciuitati dono missuros pollicebantur. Id uero non suis operibus patriam impugnare. sed de illius salute et gloria cogitare. Quod si facere uel odio uel suspitione noluerint, ciues id nequaq̄ eius culpa accidisse. Quumq; ista quæ diceret haud in obscuro essent, eos profecto de se iniuria queri. Demū id animaduerterent (precabatur) quod si ob patriæ (ut dicūt) amorem postulata negasset in eos omnia ablaturos.

diluit obiecta.

omnia ablaturos. Igitur melius sibi uisum ea sponte offerre, quæ retinere non posset. Itaq; ea res Antistitis animū perturbauit, quū semper in patriam piissimus atq; iustissimus extitisset. Ea uero oīa āno salutis. Mccccxl. et altero gesta fuisse memoriæ proditū est. Quo etiam tempore Angelus Acciaiolus (de quo infra) Florentinæ ecclesiæ præsidebat. Et Antistes quidem in hac ipsa re ita se habuisse fertur. Quūq; ob eas res et ætatē corpore iam esset ad obeūda negotia inualido et imbecilli, de animi salute ac statu deinceps maiori cura, solicitus esse cœpit, et ueluti qui reliqua omnia neglexisset nunc solū uigiliis et orationibus incūbebat. Elemosinis quoq; et aliis piis operibus, diligentia multa studioq; inhærens, biennio iam exacto quū ex febri animaduerteret se propediem esse moriturum, quasi ad dicēdam causam dies illi designatus foret, accito sacerdote diligentissime et deuotissime uillicationis suæ rationē domino reddere properauit. Deinde nōnullis ante diebus, quam diem obiret omnibus uale dicendū ratus, lachrymosum clerum aduocandū curauit, illisq; coram ordine constitutis huiuscemodi orationem habuit. Satis compertum habeo fratres mei ac filii uos nequaq̄ ambigere me parētis quodam affectu uestrū unūquēq; coluisse per omnē uitam atq; amasse. Nunc autē quādo (ut cernitis) uiam uniuersæ carnis aggrediar, decet uos amori meo uti optimos filios respōdere. Hāc enim amoris et caritatis uicissitudinem utrisq; nostrū deus et natura concessit, ut qđ a maioribus nostris accepimus, nos posteri posterioribus rependamus. Ita profecto et deo nostro uices reddamus necesse est, nisi ingrati et mentis inopēs eē uelimus, ut quoniā ille prior nos omnes ita dilexit, ut ne filio quidem suo parcēdum putauerit, nos inde admonemur deum ampliori quodam ardentioriq; amore diligere. Ego uero si quam uobis cōmoditatē aut gratiam cōtuli, nō iccirco ut me reametis oro, quādoqdem pro eo quod fecerim, ut debebam inutilē me seruum esse cognosco, sed potius ut q̄ uobis carior fuerim, hoc mihi signo uel documēto monstretis. Igitur quādo hic animus, qui nos hoc supremo loco alloquitur, ueluti e carcere ab hoc corpore liberatus, uestri officii erit pro illius salute dominum q̄ studiosissime deprecari. Hoc aūt uobis, non ut tristitiā ingeram dico, cæterū ut uobis significem quātū spei, ac fiduciæ in uestra beniuolentia collocarim. Itaq; et si cernam oculos uestros lachrymis esse perfusos, tamen ea uobis memorāda iccirco putaui, qđ cōmuni omniū uoce feratur, nihil ita obliuioni patere ut mortē. Vnde et carissimarū cōiugū dolores, quū uita decedūt uulgares homines cubitali dolori assimilāt, qui quāto uehemētior fuerit, tanto citius euanescit. Quo circa uos mihi nō ita faciatis precor, ut mei quondā patris et anstitis uestri oblitteretis memoriā atq; nomen, quū præsenti ex hac luce migrauero. Multā certe reuerētiā, amplissimā fidem, egregiāq; de-

Angelus Acciaiolus

Verba Simonis ad Clerum in ultima ægritudine cōstitutus

Arī. optimā similitudinē de dolore etc.

uotionẽ in me hactenus habuistis, qbus si dignas grates psoluere uellẽ, nõ una mihi dũtaxat lingua sufficeret, sed si longe multas haberẽ ne minimã quidẽ mei officii partẽ persoluerẽ. Quoniã uero hominem, in ea, qua uobis præfui dignitate cõstitutũ impossibile est nõ multa perperã agere, nec quisq̃ ita prudens est ut nõ quãdoq; iustitiã lædat, atq; ꝙ optimũ ac sanctissimũ ꝑtermittat, ea pp ut mihi si quid fortasse uel rerũ ignoratione peccauerim, uel quauis aĩ ꝑoccupatus ægritudine plus minusue iusto cẽsuerĩ, indulgeatis oro deprecorq;. Cõfidite aũt ĩ domino, et aĩo sitis amplissimo ꝙ tam et si a uobis morte discedam, difficile tamẽ deo nõ ẽ, ex hoc numero filios Habrææ suscitare, qui uobis utilius ac sanctius præsint. Ego.n. id egi qđ optimũ iudicaui. Cæterũ ad illius censurã propero, qui nullo errore falli nullaq; ualet tergiuersatione cõfundi. Quem si mea facta probaturum scirẽ, securus hinc profecto discederẽ. Nũc aũt in eius manibus animam cõmẽdo. Hoc corporis mei uile mancipium, fratribus meæ religionis permitto. Hi perpetuo erũt mei corporis seruatores, a quibus prima incolatus mei rudimenta suscepi. Neq; enim arbitror iustum finem a suo lõgius aberrare principio. Hoc aũt nõ ideo fecerim quo, uos ipse asperner, sed ut cũctis appareat, et si uestrũ ꝓ diuina uolũtate antistitẽ nũq̃ tamẽ ꝙ fratrem fuisse oblitũ. Vos ꝑterea fratres et filii moneo, ut extrema benedictione percepta meũ funus, nõ inani pompa uel lachrymis, sed perpetuis orationibus ꝓsequamini. Ea cum uir optimus pio ac paterno amore dixisset, profluentibus omniũ lachrymis e cubiculo omnes digressi sunt. Quibus abeũtibus, quum iam uicina antistitis mors ciuitati innotuisset, perturbati fere omnes pro tanti pastoris querebanẽ decessu, Nunc se patriã pene ac libertatem, et fortunas omnes uerissime amissuros. Illa omnia tam et si acerba, tamen tolerabilia fuisse dũ uiueret, Nũc aũt et præterita, et futura singula pernitiosiora fore, Qui iras temperet, et animos irritatos cõciliet, qui labenti nostræ rei publicæ ope cõsilio rebusq; omnibus, ut iste, subueniat, cuiq; se populus, et ciuitas omnis credat, ut iste faciebat, affuturũ profecto neminem, Hæc et huiusmodi plurima per ciuitatem uociferebanẽ. Ille uero quasi iam publico functus esset officio, fratres suos ad se uocari iubet. Quos simul atq; intromissos aspexit. Et o quam libenti animo uos in hoc meæ uitæ decursu extremo aspicio fratres, cũ cernã me cõporis huius busta uestris ĩ manibus relicturũ, quorũ opa atq; studio oẽs uitæ labẽtis honores me adeptũ fuisse cognosco. Pro tãtis autẽ meritis nõ alia possum ratione satis efficere, nisi ut ĩ multos annos sitis mei corporis seruatores. Cauete autem uos Fratres mei, ne orationes pro me ad dominum, aut suffragia negligatis. Oro deinde ne hinc quãdiu spiritus aderit discedatis. Non enim iã ut antistitem, sed ut uestrũ fratrũ excipiatis uolo. Vos mihi omnia sacra

Finis orationis

menta conferetis, Vos ipsi corpus meum curabitis, Vos iusta funeri persol/uetis, Vosq; tandem corpus meum piæ sepulturæ mandabitis. Quæ ubi dicta pauci dies exacti sunt, quibus et Christi sacramenta deuote suscepit, et animam domino cõmendauit, circũstantibusq; fratribus, ac mirũ inmodum lachrymantibus anno xvi. postquã metropoli præfuisset. lxxx. a natiuitate sua ãno salutis. Mccccxxxxii. nono Calen. octobris spiritũ cœlo efflauit. Vir certe summus et omnium memoria dignus. Hic igitur finis fuit uiri amplissimi atq; iustissimi, cui quanto desiderio ciuitas esset affecta, et funeris celebri pompa et communibus lachrymis et marmorei sepulcri decore abunde indicatum est. Obitus Simonis

FRANCISCVS CASTILIONENSIS PRAESBYTER et Canonicus. S. Laurentii urbis Florentinæ, præfecto et Patribus Cœnobii diui Dominici de Bononia. S.

c Vm uitã reuerẽdissimi patris fratris Antonii archiepiscopi Florentini nup cõscripsissem, quæ propter uiri illius præclara admodũ gesta, atq; uitæ hominũ (eo q i se multarũ uirtutũ exẽpla cõtineat) non parũ utilis esse uidetur, nullus mihi cõuenientior uisus est q̃ tu fratresq; tui, cui hoc esset opusculũ dirigendũ. Nam cũ locus uester sit inter alios conuentus istius ordinis tum uitæ, atq; obseruantiæ integritate, tũ ciuitatis ac studii sacrarum litterarũ nobilitate, non minus ob sanctorũ fratrum eorundẽq; doctissimorũ magnã copiã, maxime uero ꝓpter præsentiam sacri corporis beati Dominici patris uestri toto orbe illustris ac nobilissimus, ad uos sane pertinere potissimũ uidetur, tantarũ uirtutũ laudem celebrare. Ipse enim Antonius tantum decoris, tantũq; ornamenti addidit ordini uestro, tantum deniq; religioni uestræ, quæ tum pene extincta erat, incrementi adiecit, tantũ deniq; tum aliis hominibus, tum uel maxime toti ordini uestro sua doctrina suoq; exemplo profuit, ut nunquam possit eius memoria a quocũq; uestrũ satis ꝓ dignitate celebrari. Habuistis. n. in ordine, ex quo conditus est sanctissimorũ uirorum maximã copiam, habuistis põtifices plurimos etiam romanos, habuistis doctores egregios, qui multa scripsere ad cõmunẽ hominũ utilitatẽ, sed singuli pene singulis uirtutibus ornati in hoc uno uiro certe sanctitas immẽsa, põtificatus excellentia, cœlibatus siue (ut ita dixeri) uirginitatis gloria, doctrina singularis et nostris tẽporibus accõmodata peculiari quodam ac diuino instituto conuenerunt. Nihil sane huic uiro, nisi martyrii palma, quam tamen ex tolerantia multorum laborum ac corporis passionũ merito sibi uindicare potest, defuisse uidetur. Sed quid ad hæc explicanda me extendo, cũ iam ipsius uitẽ omnẽ

audituri ſimus. In qua nõ oĩa quæ dici de eo poterãt, neq; ea qua decebat tantã rem narratione conſcripſi, ſed breui ne moleſtus fierẽ, eaq; inepta(ſat ſcio)oratione eius geſta cõplexus ſum. Vnum te id pater optime ac fratres tuos rogatos uolo, ut hoc breue opuſculũ primũ uos legere nõ pigeat, dein de aliis ſimul fratribus qui per cæteras Italiæ ciuitates cõſtituti ſunt cogno/ſcendũ, poſtremo uero in ueſtra bibliotheca cõſeruandũ cuſtodiendũq; re/condatis, ut tanti uiri exempla poſteris quoq; ſint incitamenta uirtutũ. Si quid uero minus apte minuſq; pro dignitate rei ſcriptũ eſt, in hoc ueniam mihi dari poſtulo, qui nũq̃ hactenus ad ſcribendum acceſſi, idq; partim ex mearum rerũ ac totius uitæ perturbatione, partim ex inſtituto fortaſſe nõ improbãdo faciũdũ putaui. Sin aũt cuipiã ueſtrũ gratũ iocũdũq; ſcripſi, id mihi ad orationes, ſuffragiaq; ſanctorũ fratrum impetranda patrocinari poſtulo. Valete.

Franciſci Caſtelionenſis in Vitam Diui Antonii Florentini Archiepiſcopi, Procemium.

n On nullis rebus ſæpe numero ãnexa ẽ quædã(ut ita dixerim) uis officii atq; honeſti neceſſitas, ut ad certas res peragẽdas non manu uiolentia cõpulſi, ſed ipſa uirtutis decoriq; neceſſitudine ita protrahamur, ut a nobis õmitti ſine nefario ſcelere nõ poſſint. Huiuſmodi eſt, ſi quis parentẽ ætate cõfectũ ac pauperẽ ſuis opibus cũ id poſſit, enutrire cõtẽnat. Si quis itẽ filiã iã nubilẽ potius domi impudicã retinere, quã/honeſto uiro nuptui tradere pertinaciter cõtendat. Aliaq; huiuſmodi tam multa ſunt, ut uix narratione lõgiſſima cõprehendi poſſint. Hac ego decori honeſtiq; neceſſitate adductus, uitã ſanctiſſimi uiri Antonii Florentini præſulis, qui hoc anno ex hac uita migrauit litteris memoriæq; mãdare cõ/ſtitui. Quaq̃ enim plures ſint alii docti uiri in noſtra ciuitate, q̃bus et do/ctrina et ingenio facile cedã, qui rẽ hanc poſſent ſententiis et amplitudine orationis illuſtrare, tamẽ quia apud eũ Virũ fui et domi ſuæ ultra octauũ annum geſtaq; eius ſingula aut bonam partẽ ꝓpriis oculis uidi, auribuſq; hauſi, ad me potius hoc onus officii, quã ad quẽuis aliũ merito deferri ac pertinere ſum arbitratus. Eſt enim res digna memoratu tũ aliis de cauſis tũ uel maxime ut qualẽ noſtra ætas ꝓduxerit uirũ intelligamus, incredibileq; eſt his noſtris tẽporibus, quibus omnis bene uiuẽdi ac religionis norma labefacta ac pene deſtituta eſt, tot tãq; excellẽtes uirtutes ĩ uno homine con/uenire potuiſſe. In eo nãq; omnis religionis norma, omĩs pietas diuini cul/tus, oĩs ſacrarũ ſcripturarũ certiſſima doctrina, oĩs deniq; ſanctiſſimæ uitæ Lucidiſſimũ exẽplar ſitũ erat. Hic oẽs religioſi uiri, ſiue monachi ſiue pſby

teri fuerint, siue etiã epi, poterũt optimã uitæ suæ morũq; disciplinã ac pie uiuẽdi certã regulã adipisci. Hic.n.uir nõ tã postq̃ ex hac uita migrauit, uerũ etiã et antea dũ uiueret, ab oĩbus Italiæ populis, oĩq; Romana curia(de prælatis loquor summisq; pontificibus)sanctus appellabatur. De hoc igitur uiro ea quæ ipse uidi, et quæ ab aliis uerissimis testimoniis accepi, breuiter atq; cõcise dilucideq; narrabo. Aliis q̃ maiori dicẽdi ui, maioriq; eloquẽtiæ artificio præstãt, exornationẽ tantarũ Laudũ amplitudinẽq; relinquã.

DIVI ANTONII ARCHIANTISTITIS FLORENTINI VITA PER FRANCISCVM CASTELIONENSEM VIRVM PRAESTANTISSIMVM EDITA.

a NTONIVS Florẽtina Vrbe oriundus honestissimis parentibus patre Nicolao, matre Thomasina natus est. Is multũ solertia, plus memoria ualuit, ingenio grauis, mitisq; admodũ ac taciturnus, statura corporis nõ magnus, ossibus ac neruis magisquã carne suffultus. In ipsa pueritia religiõis studiosus, ecclesiã et auditionẽ diuini uerbi frequẽtabat, cœpitq; iã tũ orationi assidue cõtẽplationiq; uacare. Fertur q; adhuc puer ad figurã crucifixi, quæ in ecclesia sancti Michaelis in orto(sic enim appellatur)sita est, lõgo tempore singulis diebus accedere cõsueuisse, ibiq; supplex ac genibus flexis diutius orare, adeo ut plurimi id cernentes admirarent̃ tãtã esse in puero tolerãtiã, in orãdo, et in perseuerãdo cõstantiã. Cũ uero letaniæ ac processiones publicæ fierẽt, fratres prædicatores, qui bus iam tũ afficiebat̃, multa cũ grauitate ac modestia sequebat̃. Nunq̃ i ludo litterarũ, in quo supra coetaneos suos mirũ ĩmodũ ꝓficiebat, quicquã puerile a sociis suis, qui adhuc superstites sunt in nostra ciuitate fecisse memoratur. Erat.n.iã tum ĩ eius moribus, sermoneq;, ac gestu corporis præmatura senectus, grauitasq; ĩmẽsa. Cũ autẽ ad pubertatis annos peruenisset, aium ad religiosam uitã capescẽdã cõuertit, motus ut sæpius nobis narrabat, ꝑdicationibus ꝑstãtissimi uiri Ioãnis Dominici, qui ex ordine ꝑdicatorum postea suis uirtutibus ita postulãtibus sanctæ romanæ ecclesiæ Cardinalis effectus est. Cuius uiri singulares uirtutes atq; doctrinam, imprimisq; solertiã et acumen ingenii, summis in cœlũ laudibus extolebat Antonius. Erat.n.ĩ eo magna diuinarũ scripturarũ cognitio, in interpretãdo solertia, in ꝓloquẽdo facundia, in rebus agẽdis experiẽtia, et in cõsulẽdo prudẽtia. Ad hunc cũ suscipiendi habitus causa accessisset Antonius (ille enim tunc Fesulis ecclesiã beati Dominici, ac eum cõuẽtum, qui nunc extat a fundamẽtis cõdebat)uisus est hoĩ prudẽtissimo puer acutus quidẽ ingenio ac bonæ indolis, sed ætate tenellus. Iubet illum adhuc aliquot annos expectare,

officia Antonii ĩ pueritia.

laudes Io. Dominici

donec ad pferedã religionis austeritatẽ sufficiat, et quoniã interrogatus ab eo puer cuinã sciẽtiæ aut facultati operam daret, respõdit se decreti lectione
Atť. plurimũ delectari. Vade inqt cũ totũ decretũ memoriæ mãdaueris, tunc ad ordinẽ admittere. Nõ ausim affirmare qđ loquor. Nã ipse Antonius nũq̃ de se nobis talia narrasset, sed in signum singularis memoriæ, uulgo hæc de
Toga præ dic. Anto. a Io. dom. induitur. illo fama ferebať. Diciť. n. adolescẽs tũc ab eo discessisse, trãsactoq; ãno ad eũdẽ ita decreto familiarẽ effectũ rediisse, ut in quacũq; eius libri parte illũ interrogaret, mirũ inmodũ hoĩ satisfaceret. Tũ uero nõ iam repulsus, sed auidissime susceptus, sextodecimo ætatis anno, assumpto Beati Dominici, ac prædicatorũ habitu nouũ induit hominẽ, qui secũdũ deũ creatus ẽ. Narrauit nobis postea sanctus præsul, mihi. f. Marcoq; p̃sbytero, cui sũma dilectione, eo q̃ bonus ac fidelis, magnoq; sibi usui esset afficiebatur, In cuius etiam morte defecit inquit baculus senectutis meæ, se anteq̃ ad religionem accederet, uoluisse de uirtute sua periculũ facere. Cũq; ab esu carniũ abstineret, ut id parẽtes lateret, fingebat se sumptas de mensa carnes cõsumere, quas postea clam sub discũ proiiciebat. In ea uero religione q̃ mitis in fratres, carusq; omnibus, q̃ dicto maiorum obediens, quã orationi lectioniq; assiduus, q̃ deniq; earum obseruationum (quas constitutiones appellant) obseruantissimus fuerit, nõ longa etiã narratione explicari posse cõfidam. Multa resecanda censeo, ne orationis longitudine legentibus molestiam
præficitur a patribus Antonius afferam. Cognita igitur hominis uirtute statim a patribus ordinis ad gubernationem aliorum fratrum assumptus est, multisq; in locis Italiæ prior effectus, Romæ, Neapoli, Caietæ, Cortonii, Senis, Florentiæ, Fesulis, postremo etiã generalis huius Tuscæ prouinciæ uicarius ac Neapolitanæ factus est, in quo munere multos Italiæ cõuentus ad ueræ religionis atq; obseruãtiæ regulã reformauit, multosq; annos magna cum diligentia ac seueritate prouinciam gubernauit, circũeũdo ciuitates, pedes sæpenumero incedens.
Aselli usus opa Ant. Postremo uero ætate atq; corporis infirmitate confectus, asellum imitatus personã Saluatoris pro iumẽto habebat. Vbi uero asellus aut itineris longitudine, aut uiarũ hyemisue aspitate nõ sufficeret, maiori robustioriq; iumẽto utebať. Tot uero tãq; graues morbos ĩ eo ordĩe ppessus ẽ, ut sæpius ad mortis periculum accessisse uidereť. Herniã quoq; ingẽtẽ, magna cum molestia ptulit q̃plures annos, quæ etiã postremo maximã morti suæ occasionẽ p̃buit. Narrabat ipse pater nõnũq̃ nobis q̃ multas uariasq; ægritudines perpessus esset, quot febriũ genera, quartanãq; in primis longissimã, in phthisim etiã flecti ab omnibus in ipsa iuuentute putabať. Sed ex his oĩbus aiebat. Liberauit me dominus, qppe qui ad maiora seruabať. Trãseo quã fuerit caritatis amator, et fraternæ salutis zelator ardentissimus re

cęsere nõ solũ suorũ fratrũ, uerũ etiã reliquorũ oĩum. Omitto dicere, quã/to usui hominũ, eius admonitiões, cõfessiones pdicatiõesq; fuerĩt. Ad præclarũ enim eius facinus, qualẽ se scilicet in sua ad pontificatũ assumptione ostenderet, festinat oratio. Cum n. uacãte Florẽtina ecclesia post mortem Bartholomæi de Zabarellis archiepiscopi. Eugenius quartus in demortui locum suffecturus esset, q̃ plures partim de nostris ciuibus partim de his qui erant apud Eugenium, qui omnes maximis opibus, maximisq; fauo/ribus gloriabant̃, ad eam dignitatẽ cõsequẽdam maxima ambitione fere/bantur. Diuq; uexatus romanus pontifex pulsatusq; undiq; precibus, ac multarũ pecuniarũ pollicitatione(ut fertur) in ambiguo fuit, ad quẽnã ta le munus merito deferri posse uideretur. Postulabãt florẽtini uirũ grauem sciẽtia, uirtutibusq; ornatum, imprimisq; ciuẽ suum. Ad quẽ iretur, nõ fa/cile reperiebat̃. Ita nouẽ mẽsibus ambiguus suspẽsusq; aĩo romanus ponti fex pseuerat. Cui tãdẽ subiiciẽtibus uiris religiosis psonã Antonii, cũ iã an/tea uirtutẽ hoĩs cognouisset, statim eorũ cõsiliis acqeuit, et nõ multo post in cõsistorio publico fratrẽ Antoniũ admirãtibus cunctis ac stupefactis in exaltatione incogniti uiri archiepiscopũ Florẽtinũ pronũciauit, ut in illo id uerissime prophetæ dictũ cõueniret. Nõ est, inuẽtus similis illi, qui cõser/uaret legẽ excelsi. Erat tũ forte Antonius in peregrinatione, et Neapolim uisitãdi gratia pergebat. Cũq; in ipso itinere ad eũ hæc eẽt fama plata, cœ/pit uir sanctus statim de fuga cogitare. A cõsueta uia diuertere propsuit, ad mare tuscũ iter dirigere in Sardiniã properabat, quo ibi ut postea intelle/ximus, incognitus latere posset. Hæc enim postea accepi a nepote suo Pe tro, qui hominem studiose quæritans talia molientem inuenerat. Cumq; nepoti id nuncianti, conantiq; eum ad patriam reuocare, ille se talem digni tatem unquam subiturum negaret, uelletq; a se nepotem dimittere, ille ue/ro nusquã ab eo se discessurũ assereret, necessitate coactus Senas a nepote suoq; comite deductus, cœpit quod fuga non poterat, uoluntate firmoq; proposito huic de se factæ electioni cõtraire. Asserebat se tãto oneri minus aptum minusq; idoneũ esse, sed statim ad eum apostolicæ litteræ perferũ tur. Significatur ei uoluntas pontificis, mandaturq; ut quã primũ Fesulas ad conuentum sancti Dominici se conferat. Is enim locus nõ lõge a mœni bus Florẽtinæ urbis situs est. Cũq; illuc uir sanctus apostolico dicto parẽs deuenisset, cœpit pro hac euitanda dignitate solicitus esse. Ciues qui ad eũ frequẽtes uisitandi pastoris sui congratulandiq; gratia ueniebant, ut se tali onerẽ liberum esse paterentur, orabat. Scribebat Eugenio Litteras, aliasq; itidem suorum Ciuium in primisq; Cosmi Medicis, qui tum in nostra Ci uitate auctoritate atq; opibus cæteros anteibat, ad eundẽ summũ pontificẽ

Antonius Archiepi/scopus flo rẽtinus di/ctus ab Eu genio.

Att. Id qđ rare fit.

Fesulæ.

cosmas me dices.

de hoc suo firmo, obnixoq; proposito conscribi litteras summis precibus impetrauit. Sic omni qua poterat arte, huiusmodi aufugere dignitatē nitebatur. At Romanus pontifex cum sciret optimā se de eo electionē fecisse, cūq; nullis persuasoriis litteris, quas plures ad Antoniū dederat, uideret hominem a suo ꝓposito flecti posse, tandem per litteras nōnullorū prælatorū imprimisq; grauissimi maximæq; auctoritatis uiri Dominici cardinalis Firmani, hāc suā omnino uolūtatē irreuocabileq; sententiā esse declarari fecit. Missisq; ad eum oībus sup pontificatu capiēdo litteris apostolicis, quicqd pro illis papæ offerri exoluiq; consueuit, non modicā profecto pecuniam, libere cōdonauit. Tum demū Antonius nullum iā cernēs sibi subterfugiū relictū, cū hanc summi pontificis uideret obnixam firmāq; sententiam, hoc omniū suorū ciuiū desiderium, ueritus ne uolūtati dei cōtrairet, quæ in his signis tam manifestis apparere uidebat, decreuit ad se nōnullos uenerabiles sacerdotes abbatesq; ac prælatos fere oēs ciuitatis conuocare, inter quos etiā nōnulli grauissimi ciuiū affuerūt. Qui cū ad eū Fesulas ī unū cōuenissent, declarata primū pontificis uolūtate, cū singuli super ea re ab eo sententiam dicere requisiti, ad id oneris suscipiēdū hortarent, tū demum oēs ut simul cū eo preces deo orationēq; facerēt exorauit. Qua peracta deū hoiesq; testatus id cōtra suā uolūtatē fieri, prostratus in terrā totus, impositū a sede apostolica onus suscepit. Videres tū lachrymas in maxillis omniū, singulisq; frequētes ac gemitus, cū præ dulcedine tāti facinoris, uirtutisq; suauitate oēs cōmoti essent. In hoc imitatus ē uir sanctissimus antiquos nostræ fidei patres. Nō ne Ambrosiū, Nicolaū, Martinū, aliosq; maiores nostros, in qbus erat sanctitas imménsa, hoc itidē fecisse memoriæ ꝓditū est? A qbus hic noster pōtifex cū ī cæteris mihi nō impar illis fuisse uideat, uitæ.s.sanctimonia, doctrina, et exēplis, in huius etiā dignitatis cōtēptu, q̄ illorū uirtuti haud dispar fuerit, facile demonstrauit. Ingressum uero ciuitatis non in equo (ut mos esse ferebat) sed pedes nō ꝑtermissa tamē solēni ꝓcessione reliquoq; apparatu, qui ad religionē ꝑtinebat, faciēdū instituit. Cūq; primo diluculo missā celebrasset extra ciuitatē ī ecclesia sci Galli, tū magna cū solēnitate, atq; omniū expectatiōe ciuitatē īgressus, ꝑmū ecclesiā sancti Petri maioris, mox inde nūdis pedibus (ut mos est) ecclesiā cathedralē accessit. Postremo obseruatis cōsuetis cerimoniis satis fatigatus anteq̄ cibū sumeret, se domū recepit. Ibi plures prælati cū nōnullis ciuibus, qui archiepiscopatus custodes appellantur, pro dignitate accepti. Hic iā maiori ingenio maioriq; quam in me sit facundia opus esset, ad id.s.explicandum, quanta cum sapientia, quo studio, qua uigilantia, qua iustitia, qua mansuetudine, qua deniq; hominum admiratione tredecim annis pontificatum gesserit. Primum omnium domi familiam modestissimā habere uoluit, eāq; non ma-

Dominicus Card. Firmanus.

Antonius lachrymās oblatā dignitatē suscipit.

gnā, sed quæ uix officiis necessariis satisfaceret, oēm pompā oēmq luxum a uictu uestituq suo ac suorū eliminans. Nullā habuit supellectilē, nullum lū appatatū, nō aulea, nō uāsa argētea, nō canes, nō equos, ut plærīq ꝑlato rū faciūt. Vnū tātū paruulū mullū, qui sibi etiā dono datus fuerat, domi/ pro extrema necessitate alebat. Aiebat nō decere ꝑlatū bona pauperū ī nu/ triēdas bestias, aut ī queuis aliū supfluū luxū cōsumere. Duobꝰ pmo uica riis, qui iustitiā diceret, deinde cū duo cōfusionē afferre uiderent, uno tātū utebat. Eligebatq uirū, quē probū peritūq potissimū arbitrabat, cui pro labore annuo cētū aureos mercedis noīe de suis bonis dari iubebat, procu ratori triginta, aliisq domesticis ministris, de quo cōuenerāt premio, satis/ fieri integerrime procurabat. Nemo fuit apud illū, qui nō sibi satis superq factum esse corā omnibus profiteretur. Procuratori soli omniū colligen/ dorū fructuū, prouentuūq ac totius rei familiaris administrationē relique bat, reliquā pastoralis curæ solicitudinē sibi reseruabat. Vniuersamq æque familiā, quā sæpenumero in timore domini uiuere hortabatur, optimo ui ctu, secluso tamē semper luxu supfluo, pasci iubebat, ipse cibis cōibus uesce bat, in hisq minime curiosus erat. Semp. n. quid quaq die comesturus eēt penitus ignorabat. Qđ ei parabat, apponebaturq, sumebat. Oī sexta feria quadragesimalibus cibis ꝓ se oīq familia uti, ieiuniūq seruari mādabat. Ie iuniū quoq aduētus domini singulis ānis uelut ī religione faciebat, serua/ re cōsueuerat, quo etiā tpe nōnūq̄ ouis ingrauescēte ætate ꝓ corporis im/ becillitate utebat. Ieiunia uero ecclesiæ nulla penitus, nisi morbi grauissimi causa reliqsset. Lectioni diuinæ, quā ad mēsam semp habebat, ita erat intē/ tus ut nullū posset lector uerbū minus recte proferre, qđ nō statim eius cor rectione emēdaret. Diceres hoīem nō ad cibū, sed ad lectionē accessisse. Cœ na eius aut nulla erat, aut breuissima. Surgebat noctu semp adeoq solicite ut signū matutini officii cathedralis ecclesiæ præueniret. Cūq diuinū offi cium cū suis clericis magna cū attentione ac mētis deuotione persoluisset, reliquum quod erat tēporis usq ad horā diei tertiā lectioni sacræ aut scri/ bēdis libris, de quibus paulopost uerba faciā, tribuebat. Hora tertia missam celebrabat, quā nunq̄ nisi magna urgente necessitate reliquisset. Celebrata missa qđ reliquū erat diei, totum in curæ pastoralis solicitudine, in audien/ disq his, qui multi diuersis de causis ad eum ibant, usq ad serā noctē, præ/ ter id temporis, qđ necessitati corporis cōdonabat, cōsumebat. Neminem inauditū, nec uillissimum quemq a se dimittebat. Satisfaciebat omnibus, quātū in se erat, quippe qui audiendo patientissimus, ac respondendo mi/ tissimus esset. Tanta enim eius ingenio insita erat humanitas, ut neminem etiam domesticū ministrum unq̄ quauis de causa in quouis errato acerbe reprehenderet, ut ne paululum quidem irasci aut excandescere posse uidere

O utinam plures An/ tonii.

Bona pēu perū in nu triendas be stias nō de bent cōsu/ mi.

Atř. Modū ui/ uendi An/ tonii et mo res.

retur. Dixerat olim cum esset in ordine cuidam ex fratribus suis admodũ carissimo se si quãdo quẽpiam in aliquo errato asperius corripuisset nõ id ex animi perturbatione sed ex uiolẽtia quã sibi inferebat efficere. Nullis de niq; uexabat̃ iniuriis, nullis cõtumeliis, nullis iactutis mouebat̃ Antonius. omnibus humanus, affabilis omnibus, ut de illo id uerissime dici posset, qđ de Moyse i libro deuteronomii scriptũ est. Erat. n. Moyses uir mitissimus super oẽs homines qui morabant̃ in terra. Confluebant ad eum oẽs causæ ciuitatis, nõ tãtũ clericorũ, sed laycorũ plurimæ, qui de cõmuni cõsensu in eum tanq̃ in optimũ ac iustissimũ cognitorẽ reiiciebãt. Singulis uero diebus religiosis uiris q̃plurimis domus eius referta erat, q partim elemosinas (oĩa enim bona sua i pauperes distribuebat) partim de rebus dubiis certissima uerissimaq; ab eo iudicia reportabãt. Tãta. n. erat in eo sacrarũ litterarum cognitio, tãta cõsuetudo, tãta deniq; i cõsulẽdo experiẽtia, ut nõ solũ ciues sui uerũ et aduenæ plurimi, principesq; ac prælati de rebꝰ grauissimis eius sententiã plurimi faceret, ob quã rẽ etiã frater Antonius cõsiliorũ appellari cœpit. Q đ si qs libros eius, quos de omni doctrina sacra magnis uoluminibus cõscripsit, perlegerit, dicet tãtã in eo hoie fuisse sapiẽtiam, ut merito totius Italiæ, qn potius iuxta euãgelicũ dictũ tãq̃ sal et cõdimẽtũ quodã totius terræ dici posse uideret̃. Si quãdo uero ex illo negociorũ tumultu dabat̃ aliq̃ uel parua requies, stati ad studiũ litterarũ, diuinãq; lectionẽ uel orationẽ cõuertebat̃. Multa. n. alia ꝑter officiũ usitatũ dicere cõsueuerat. Nã psalmos pœnitẽtiæ dicatos cũ letaniis, officiũq; beatæ uirginis, q̃uis i festo duplici, nullo die dicere prætermisisset. Bis saltẽ in ebdomada officium mortuorũ cũ nouẽ lectionibus, et in festis solẽnibus integrũ psalteriũ dicere usitauerat. Quodq; multa admiratione dignũ est, nihil unq̃ legẽdo, sed oẽs penitus psalmos memoriter recitabat, hoc enim ii q cũ eo psalmodiã dicebãt, experimẽto didicerũt. Asseruit ẽt mihi unus ex suis ueteribꝰ familiaribꝰ se potuisse aiaduertere illũ nõnũq̃ flagris se uerberar̃ cõsueuisse, et hoc ex quo ad Archiepatus dignitatẽ assumptus fuit. Illud sane in eo magnæ grauitatis magnæq; prudẽtiæ signũ erat, ꝙ nulla erat tã magna negociorũ ꝑturbatio, q̃ ei ad diuinaꝝ rerũ speculationẽ reditũ remoraret̃. Adeo nulla molestia ꝑturbatus sũma pace ac qete i terra ãnis fruebat̃. Dederat mihi scĩssimus pater egregiã q̃dã monitionẽ, litterisq; aureis sentẽtiã cõscribẽdã. Cũ. n. molestiã pastoralis curiæ, ac tãtã diuersorũ negociorũ ꝑturbationẽ solus apud illũ detestarer, nõ ẽ inqt possibile plærisq; mortaliũ ac fere oĩbus ob eã, q̃ ex rebus huius sæculi cõsurgit, solicitudinẽ, aliq̃ pace aut qete sedati aĩ ꝑfrui nisi ipse sibi aliquẽ secretũ occultũq; mẽtis secessũ reseruarit, ad quẽ nec negocioꝝ molestia, nec curarũ solicitudo, nec oĩum rerũ agẽdarũ, q̃ foris sunt, ꝑturbatio penetret. Quo cũ negociorũ exercitatio cessa-

Act. opinionẽ Ant. apud omnes.

Quæ officia persoluebat

O magnũ uirum.

Act. diligenter.

uerit, statim omni passione nudatus animus tanquam ad arcem quandam et ad hominem quem Paulus interiorem appellat, confugiat. Ad quod consequendum magna aiebat arte opus est. Cumque hac ipse sedati animi pace ac quiete frueretur, nullum tamen pastoralis dignitatis officium omittebat, nullam sacrorum locorum ac sanctimonialium mulierum uisitationem, nulla missarum sollemnia, nullas altarium consecrationes aut calicum, seu sacrarum uestium benediciones praetermittebat, quibus in rebus omnes consuetas cerimonias diligenter accuratissimeque obseruabat. In ordinationibus uero sacrorum ordinum, itidemque in ecclesiarum collationibus seu confirmationibus nihil muneris penitus accipi aut a se, aut a suorum quopiam patiebatur. Aiebat id genus commercii haud quaquam auaritiae crimine ab eo, quae symonia nuncupatur, alienum esse. Sic etiam reliquis in rebus ab omni munere immaculatas innoxiasque manus seruabat ut non amicicia, non odio, neque precario (ut poetico utar uerbo) a recti iudicii, quam nouisset semita diuertisset. Erat tamen cum illa seueritate summa humanitas, misericordiaque coniuncta, eaque in delictis sacerdotum potissimum utebatur, idque agebat, ut nec impunitum crimen relinqueret, nec etiam ad uiuum putridum uulnus penitus resecaret. Tantumque, sua industria, suaque solicitudine factum est, ut clerum, quem satis inhonestum, satisque deperditum omni genere flagitiorum acceperat, satis modestum satisque emendatum relinqueret. A multis quoque erratis ciues suos, maximeque a commertiis usurariis reuocans, multos ad rectam uiuendi normam perduxit. Coeperat primo in ipsis primordiis sui pontificatus singulis dominicis diebus ad singulas ciuitatis ecclesias accedere, ibique populo qui affuisset, salutis monita ac diuinum proferre sermonem consueuerat. At postea cernens id iam uilescere, cum simul huc alii plures egregii oratores diuini uerbi accederent, decreuit in alium rectius operandi usum id tempus consumere. Sic uir sanctus omnia sui muneris officia magna cum diligentia, maiorique caritate prosequebatur, nullum uitans laborem. Nullum periculum, non frigora, non aestus, non pluuias obseruabat. Omnes etiam robustissimos iuuenes in tolerandis laboribus anteire uidebatur. Accepi ego ab uno ex suis domesticis ministris illum cum per agros ad ecclesiarum uisitationem accederet, cum sub ardenti saepius sole ad opus inceptum exire consuesceret, nonnunquam compressos rememoratosque gemitus, dum equum ascenderet, edere consueuisse, quos ex latenti (ut ille existimabat) ualitudine, uehementique corporis dolore inflictos comprimere, ac dissimulare non poterat. Cumque ille uellet sanctum uirum in ipso itinere remorari, et ad modicam uel parui momenti quietem hortaretur, perge modo aiebat, nostrum iter prosequamur. Illud sane intactum non praeteream, quod ego met in eo uiro singularis patientiae signum conspexi. Cum enim tribus fere annis ante obitum eius relatum fuisset ei suos clericos in maiori ecclesia minus attente, minusque religiose officia matutina celebrare, coepit ipse singulis

Nec hoc praetermiseris.

Agebat quod officii sui.

noctibus ad ecclesiã cathedralẽ imponẽdæ modestiæ causa accedere. Cũq; quãdã nocte magna uis uentorum ac pluuiæ ex hiemis asperitate oĩa pturbaret accessimus duo presbyteri ego et Marcus (de quo prius uerba feci) ad antiquũ patrem ut illum ab icœpto itinere illa tantum nocte retraheremus Cumq; in sententia permaneret, cœpi ego audacius aduersari, asserens senectuti suæ illud icõmodum algoris ac pluuiæ (non enim est unita cathedrali ecclesiæ domus episcopalis) maximũ detrimentũ eius ualitudini afferre posse. Cumq; itidẽ renuenti dicerẽ, non ne heri ac nudius tercius hoc egisti pater? hanc tantum cœpto operi noctẽ interpone, quo te a tanti rigoris, uentorumq; flantiũ tempestate cõserues. Tum ille testimoniũ apostoli tãquam pro contrario sumens argumẽto, in fame inquiens et siti, in frigore et nuditate, cum me tanquã imbecilliorẽ ad remanẽdũ hortatus esset, ipse ad susceptum iam munus prosequendũ properauit. His tantis, tãq; egregiis uirtutibus effectũ est, ut magnũ sibi sapientiæ nomen, magnãq; sanctitatis auctoritatẽ non solũ apud ciues suos, uerũ etiã apud omnes Italiæ populos, apud nobilissimos principes ac Romanæ curiæ prælatos cõpararet. Sũma erat populi sui erga eũ reuerentia, summa pietas, magna de eius sanctitate opinio Quacunq; illũ transeuntẽ intelligebant, accurrebant omnes simulq; genibus flexis proniq; in terram minores pariter atq; maiores, et nobilissimi ciuium atq; optimates pro benedictione ab eo suscipiẽda flectebantur. A sũmis uero pontificibus non solũ amabatur, uerum etiam summa reuerentia summaq; ueneratione dignus esse ducebatur. Eugenius quartus, qui cognita hominis uirtute illũ ad eũ dignitatis gradũ euocauerat, paulopost ut eo copiosius frui posset, Florẽtia illũ ad se Romã accersiuit. Erat enim pontificis summi (ut fertur) intentio, maiori eũ honestare dignitate, fecissetq; uoto satis, nisi paulopost morbo præuentus diem obiisset. In qua ægritudine Antoniũ semper ægrotãti assistere, et per manus eius sacrosanctæ ecclesiæ sacramenta, extremãq; unctionem suscipere uoluit. Non minori eũ dilectione aut reuerentia Nicolaus quintus, qui in pontificatu successit Eugenio, prosequutus est. Integritatem atq; hominis sanctitatẽ nõ solũ admirabatur, uerũ et aliis prædicabat. Diciturq; hoc fuisse ex Nicolai summi põtificis ore prolatũ. Nõ minus ego (ait) archiepiscopũ Florentinũ sanctorum cathalogo ad huc uiuũ adscribẽdũ putarem, q̃ Bernardinũ mortuũ, quem ego multis, uerissimisq; testimoniis omni approbãte ecclesia canonica celebratione decoraui. Magnum profecto uerbũ, atq; immẽsæ sanctitatis testimoniũ, idq; non in Bernardini detractionẽ, sed in Laudem Antonii prolatum fuisse iudicamus. Constituerat etiam idem summus pontifex, ut appellationes causarum atq; iuditiorum, quæ a sententia ipsius Archiepiscopi fierent, ad sedem apostolicã in romana curia non admiterẽtur. Estimabat

enim

agebat dei spiritu.

Quãto in honore apud ciues plebẽq;.

nicolaus. v

laus magna Ant. per Nico. prolata.

enim uir sanctus id quod iudicasset, nullius cuiusquã iudicio infringẽdũ. Nil tũ ab apostolica sede petiisset Antonius, quod siue ꝓ se, siue pro quouis alio facillime impetrasset. Quinetiam cum in quadam penuria ciuitatis nostræ postulata primo a summo magistratu, acceptaq; pecunia publica famelicam plebẽ ac pauperes Iesu Christi pauisset Antonius, cũ perdurante caritate annonæ suis sumptibus prouentibusq; episcopatus sui, qui exiles admodũ sunt supplere nõ posset, a Nicolao papa pro pascenda plebe magnæ pecuniæ subsidium impetrauit. Neq; id semel tãtũ, sed et sæpius a summo magistratu consequutus est. Complectebãtur illum pari caritate, pariq; beniuolentia prælati omnes, ac reuerẽdissimi Romanæ curiæ cardinales, ĩprimisq; uir magnæ auctoritatis ac uirtutis Dominicus sub titulo sanctæ crucis ecclesiæ Romanæ cardinalis firmanus qui de se post obitum magnũ integritatis ac sanctitatis nomen posteris dereliquit. Quid dicam de Petro sub titulo sancti Marci, q Eugenii pontificis nepos fuerat? Quid de Ioanne sub titulo sancti Sixti? Quid de eo, qui nuper sub titulo sanctæ Sabinæ cardinalis effectus est, tũc uero episcopus spoletanus erat, quo amore ac mutua inter se caritate maxime ob similia studia amplectebatur, cõsulebatq; sæpe alter alterum in rebus dubiis? Quid de reliquis cardinalibus loquar, quibus ita carus erat ita beniuolentia deuinctus, ut omnes sancto uiro rem gratam facere summo gestirent desiderio? Neq; hoc ex officiosa Antonii Ambitione prouenerat. Nemo enim hominum erat, qui minus eo ad gloriam et ad excellentiam dignitatum accenderetur. Non pecunia, non laude hominum, non uituperatione, non uoluptatibus ullis mouebat Antonius. Non habitum ordinis sui, non animum, non faciem aut uultũ ex dignitate mutarat. Cupiebat potius, ut sæpius ex eius ore audiuimus, (si licuisset) ad suam reuerti monasticam cellulam, quam ad altiora trãscendere. Memini ego cum quidam ei satis impudenter breui eum cardinalem futurum adulandi gratia dixisset, tum ille de scrobe inquit ac propinqua morte nobis, non de maiori gradu ac exaltatione meditandũ. Cũque alio item tempore alius eum sanctitatis nomine appellasset, Sancti inquit Antonius, in paradiso habitant, nos autem peccatores in terra. Post obitum uero Nicolai, ad Calixtum tertiũ, qui ĩ apostolica sede ei successerat, a summo magistratu nostræ ciuitatis legati Romam missi sunt, inter quos, ut legationi adderetur auctoritas, Antonius primo loco electus, collegæ autem eius Gianocius pandolfinus equestris ordinis, Octonicolinus iuris cõsultus, Antonius Ridolfus, et Ioannes Medices Cosmi filius. Qui cum Perusio iter facientes, Romam magno apparatu peruenissent, statuta die in consistorio publico ad præsentiã pontificis admissi sunt, quo ĩ loco q et personarũ auctoritate et magna hominũ etiã doctissimorũ frequentia celeberrimus erat

quã gratus prælatis curiæ.

Att. Responsa Antonii.

Oratores florent. ad Calixtũ. iii

talis fuit ad summū pontificē oratio Antonii, tanta uerborū ac sententiarū uenustate, tātaqꝫ gestus ac uultus grauitate, uocisqꝫ sonoritate prolata, ut stupētibus oībus nō iā theologus aut orator, sed missus e cœlo angelus pro loquutus esse uideret. Tangebat in ea oratione absconsa mysteria, sententiasqꝫ grauissimas adiecerat, quæ omnia nūc enumerare cū ipsa adhuc extet oratio superfluū iudico. Qua ex re id factū est, ut cū Antonius magnū antea ciuitatis nostræ nomē maiori tū gloria, maioriqꝫ auctoritate illustrasset ad successorē Calixti Piū secundū Romanū pontificē eodē legationis officio fungi summo itidem uolente magistratu cogeretur. Nec fuit ea legatio priore deterior aut apparatu, aut personarū dignitate, in qua etiā elegans ac gloriosa fuit oratio Antonii. Fuerūt autē Collegæ Antonii ĩ hac secūda legatione Angelus Acciaiolus equestris ordinis, Loysius Guizardinus, Petrus Pacius, Guglielmus Rucellarius, Petrus Franciscus Medices. Qua uero beniuolētia ac dilectione Pius papa ex ea parua quā in illa legatione secum habuerat consuetudine Antoniū complexus fuerit, quāqꝫ de eius sanctitate opinionē cōceperit, indicauit postea in obitu eius decretum eiusdē summi pontificis, quam rem paulopost seriosius enarrabo. Illud sane ad maximam Antonii laudē cessisse uidetur, ꝙ cum Pius papa in ipsa prima assumptione sua uellet curiam Romanam in quibusdam minus decenter, minusqꝫ honeste usitatis reformari, et ad id curandum aliquos ex grauioribus cardinalibus constituisset, quos reformatores curiæ appellauit, Antoniū quoqꝫ illis socium, tanquā optimum ac prudentissimum uirum adiecit. Sed ea reformatio maiore urgente necessitate tūc intermissa, et in aliud maioris quietis tempus dilata est. Cum etiam Federicus imperator, qui romam ad coronam imperii capiendam profectus est, ad Italiam aduentare diceretur, elegit summus magistratus nostræ ciuitatis Antoniū legatū qui impatori obuiā fieret. Sed Antonius iā senio atqꝫ corporis imbecillitate cōfectus id honoris ad aliū deferri malluit. Hoc dico ut intelligamus q̄lis erat de prudētia Antonii, deqꝫ eius facundia opinio, neqꝫ profecto falsa. Nā ut cætera omittam in quibus eloquentia Antonii demonstrata est, illud sane silentio prætermittendū esse nō censeo, ꝙ cū ex legatione, quā ad Calixtū habuit ĩ patriā cū collegis reuersus esset Antonius, cūqꝫ ad sūmū magistratū (ut de more est) functæ legationis rationē redditurus accessisset, (totum enim legationis pondus ei incubuerat,) talis, tam longa, tam dilucida, tāqꝫ recenti memoria fuit eorum quæ gesserant in legatione copiosa enarratio, ut a diuino potius quodam quam ab humano ingenio oratio illa habita esse uideretur. Eoqꝫ id magis aduerti, quo omnes, qui tum aderant, plurima admiratione maximoqꝫ stupore perculsos esse cōspexi. In utraqꝫ enim legatiōe sancto uiro comes fui, et secretarii officio functus. Neqꝫ uero usq̄

Oratores ad Piū.ii.

Federicus imperator

in rebus magnis deerat Antonio magnitudo aī, qđ tū maxime patuit, cum etiā magiſtratū ſummū nōnullis in rebus coram redarguere auſus eſt. Idq; potiſſimū fecit eo tempore, quo Frāciſcus Patauinus qui nūc eſt Ferrariē. epiſcopus, tū uero Eugenii theſaurarius huc miſſus ab ipſo ſummo magiſtratu pro uindicādis redimēdiſq; nōnullis noſtrorū ciuiū, qui Romæ detenti erant, uelut obſes captus eſt. Erat tū forte extra ciuitatem uiſitationis cauſa Antonius, qui cum hāc rem accepiſſet, magna ad urbē feſtinatione properauit, ſummūq; ſtatim magiſtratum acceſſit, magnaq; deteſtatione, qđ per illos factū erat redarguit. Clamabat tū ſummo magiſtratui Antonius, non licere quauis de cauſa uiro eccleſiaſtico, uiolētiam afferre. Quod niſi ab incœpto deſtitiſſent, grauiſſimā in eos excōmunicationis ſentētiam publicaſſet. In principio quoq; ſui pontificatus nō minori laude dignum operatus eſt facinus. Cum enim quadā die uiſitādarum eccleſiarum gratia ciuitatem perambularet, uentum eſt ad quēdā locum, ubi ciues multi publice ad talorum alearūq; ludum cōuenerāt. Quod cū uidiſſet uir ſanctus, illuc accedens p̄cedente cruce ſumma cū deteſtatione omnia ludi inſtrumēta ſubuertit. Cū uero ſequētibus annis ſubito in ciuitate noſtra ludus nouus (q p̄ ſortes fiebat) exortus eēt, i quo nō tātū noſtra, uerū et romana ciuitas infecta erat adeoq; deperdita, ut oīs pene populus relicto artiū exercitio illuc ad p̄dēdā pecuniā priuatāq; ſubſtātiā ſe quiſq; cōuerteret, tāta fuit paſtoris īduſtria, ut ſicut repēte aduenerat ludus đteſtabilis, ita repēte penitus extinctus eſſe uideret. Qđ etiā Romæ poſtea ſūmus pōtifex ad imitationē Antonii tolli iuſſit. Ex qua re unū id bonū cōſequutū eſt, ꝙ cū qdā in noſtra ciuitate ſacerdos ex illis ſortibus aureos mille lucratus eſſet, intercepit eam pecuniā Antonius ac pauperibus erogauit, erat enim tūc quoq; plebs famelica in noſtra ciuitate. Nō defuit etiā tū Antonio magnitudo animi, cum ſordidiſſimū hominē ac deteſtabile caput Ioannis Canini, quē hæretica prauitate infectum deprehēderat, nō approbātibus id multis ciuibus flāmis concremādū eſſe adiudicauit. Quid uero in hac extrema poſitus ægritudine, in qua etiā deceſſit, quibus uerbis, quo animo eccleſiaſticā immunitatem tutabatur, cum per publicos magiſtratus lata lex eſſet, in qua contra canones clericorū patrimonia tangebantur, audebat dicere ſe etiā in ſūmū magiſtratū, niſi ea lex abrogata fuiſſet, excōmunicationis ſentētiā, quin ēt ſi opus eſſet, in uniuerſam ciuitatē ſe interdictū eccleſiaſticū immiſſurum. Sic merito eum, ut ſummæ uirtutis uirū uerebant omnes, colebant ut patrē, ut ſāctiſſimū uirū adorabāt. Neq; id imerito. Erat. n. uniuerſorū ciuiū patronus qdā ac pater patriæ, q oīb9 p̄deſſet, neminē lederet oēmq; ſubſtātiā ſuā pauperibus erogaret. Neq; id parce aut minutim. Centū. n. aureos in feſtis paſchalibus in pios uſus et neceſſitates pauperū diſtribuere cōſue-

O magnā Anto. animi p̄ſtātiā

Ludus ſortium.

Att. Rem ridiculoſam et præſtabilē

Agendū ē ad inſtar Antonii.

Pater patriæ Antonius.

uerat, præter quotidinas elemosinas. Nil sibi reseruabat, nil post se in morte nisi necessariã eãq; paruã ac tenuẽ supellectilem dereliquit. Aedificandi quoq; curã aut solicitudinẽ nũq̃ habuit, hoc successoribus aiebat meis faciundũ relinquã. Verũtamen cũ nõ paruis terræmotibus uniuersa esset ciuitas Florentina cõquassata, in restauratione domorũ magnã pecuniã itidẽq; in aliis condẽdis nouis ædificiis ita postulãte necessitate cõsumpsit. Et quoniã terræmotuũ mẽtionẽ fecimus, adiiciẽdũ ẽ illud portẽtũ, qđ apud castellũ sancti Cassiani, qđ a nostra ciuitate octo millibꝫ passuũ distat, biẽnio post terræmotus illos cõtigisse cõspeximus. Nam in uigilia sancti Bartholomæi apostoli summo mane in ipso crepusculo talis tamq; uehemens fuit aeris perturbatio, tãta uẽtorũ procella, ut nulla non modo arbores aut

Vis maxima uẽtorũ

uirgulta, sed ne ædificia quidẽ stare possent. Euulsæ sunt radicitus quercus ingẽtissimæ, aliæ trũcatæ. Pinus quoq; immẽsæ magnitudinis per medium fractæ ac distractæ sunt, uastatiq; sunt agri arboribus. Sed neq; domus ullæ tantã tempestatem perferre potuerũt, omnium tecta euersa ac dispersa, nonnulla etiam integra sublata et longo spacio de loco ad locum trãslata sunt. Plæraq; ædificia penitus ad terrã prostrata sunt, occisi etiã multi promiscui sexus uiri ac mulieres a ruinis oppressi. De pecoribus nihil loquar, cũ in ea procella illud sane poeticũ dici possit. Cũ stabulis armenta trahit. Facta est igitur tunc magna arborum, domorum atq; hominum strages. Illudq; profecto in ea rerum perturbatione multa admiratione dignũ fuit

Tabernaculũ cõporis xp̃i intactum.

ꝙ cum quædam ecclesia magnam ex ea procella ruinam fecisset, corruentibus aliis undiq; muris ac parietibꝫ, solũ tabernaculũ corporis domini intactũ ibidẽ illesumq; ꝑmãsit magnũ sane nostræ fidei argumẽtũ. Fuit autẽ ea rerũ ꝑturbatio ex uẽtorũ cõmotione sine aqua primo, mox subsequuta est ingẽs pluuia, nihilq; in eo turbine salubrius fuit, q̃ breuitas tẽporis, nã octauo fere horæ spacio ꝑdurauit. Breue etiã terrarũ spaciũ ꝑ latitudinem occupauit. Nõ enim integros mille passus cõplexa est. Per lõgitudinẽ uero magis magisq; ad quinquaginta millia passuũ plusue ꝓtracta, et a tyreno (ut fertur) mari eleuata ꝑ Vulteranũ agrũ ac Florẽtinũ, ad Fesulanũq; usq; peruenit. Res sane magni portẽti, ac nostris tẽporibus inaudita. Erat uero Antonius (ut iam ad illũ redeamus) sicut in aliis accuratus, ita sui cõmodi aut cultus corporis negligẽtissimus, adeo ut post menses multos ad cõmutandas plenas sordibus ac pediculis tunicellas et caligas uix cõpelli posset. Quin etiã id quod ab uno ex suis fratribus admodũ sui familiarissimo accepi, nõ tacebo. Sunt. n. quæ nũc a me scribunẽ de Antonio uiris grauibus et his qui iam solido, ut ait Apostolus, utuntur cibo, maxime ædificationis causa, ac magnæ sanctitatis exemplar. Quid uero filii huius sæculi de hisce rebus sentiãt, parui facimus. Aiebat aũt frater ille Antoniũ cũ olim cibum

sumeret, petiisse (ut fit) uinũ sibi misceri. Cumq; frater ille cyathum in quo paulo ante urina fuerat, abluere ac mũdũ reddere festinaret, sic misceto inquit Antonius, nam lotũ illotumue esse nil refert. In qua re beato Francisco simile quid fecisse apparet, qui cinerẽ ferculo immiscuisse dicitur, ne uitio gulæ tangeretur. Vt uero sui ac corporeæ uoluptatis negligentissimus, ita erat æqui iustiq; diligẽtissimus obseruator. Ab eo quod semel bonum rectũmq; esse nouerat, nullis multorũ quoq; ac magnorũ ciuiũ precibus flectebatur. Sic tandẽ ciues omnes illũ admodũ uerebantur, et amabãt plurimum. Quin hæc fuerũt Cosmi multa cum sapientia uerba prolata, qui ut opibus, ita et prudentia cæteros ciuium anteire existimatur. Magnæ aiebat fuerũt hac tempestate nostræ ciuitatis calamitates, maiora pericula bellorum, pestis, inediæ, terræmotuũ, in primisq; occultarũ seditionũ, quæ oĩa meo iudicio) nostram euertissent ciuitatẽ, nisi pontificis nostri merita orationesq; restitissent. O præclara ac sapienti uiro digna sententia. Is etiã ut nuper in successore Antonii, sic prius in ipsa Antonii promotione sua suorumq; postponẽs cõmoda utilitati publicæ cõsulendũ putauit. Illud sane non est prætermittẽdũ, quod ad perfectã Antonii gloriam pertinere uideatur. Nihil enim deest (ut propheta ait) timentibus deum. Si enim Antonio tabulis testamẽtoq; dignitatẽ suam cuipiam legare licuisset, neminẽ ei qui sibi in pontificatu successit, præponẽdũ iudicasset. Eũ enim rectũ doctũq; uirum existimabat, cuius etiã iudicio in dubiis uariisq; sentẽtiis sæpius utebatur. Sed de hoc alias, nunc ad Antoniũ redeamus. Qui cũ iam septuagesimũ ætatis annũ attigisset (tredecim .n. ut diximus annis põtificatũ gessit) ad quẽ cũ quinquagesimũ septimũ ageret annũ assumptus est, febri quadam lenta correptus, quam flegmaticam phisici appellant, non uehemẽti, sed longa ægritudine laborauit. Cumq; cœpisset morbus ingrauescere, uehementiorq; eum febris uexaret, accessi ego ad lectũ, in quo iacebat, conabarq; (ut fit ægrotis) hominẽ cõsolari, simulq; bonã spẽ et cõualescẽtiã pollicebar. Ad quod uir sanctus, fiat inquit uoluntas dei. Et paulopost subiũxit prophetæ uerba, quæ scribuntur in psalmo. Dies inquit annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta annis. Quasi præuidisset uitæ suæ terminũ, cum ad eam iã ætatẽ (ut paulo superius diximus) peruenisset. Imposuerat etiã non multo antea extremã manum ingenti libro magnoq; uolumini, quã summã appellauit, quã longo tempore magno labore, multoq; artificio cõscriptã ut paulopost docebo, nõ ad meatus siderũ, naturæq; occultas uires demõstrandas, sed ad dandã edocendãq; eã salutis scientiã ediderat, quæ in timore domini edocendo cũ perceptione mandatorũ eius ac operis cõsumatione posita est. In quo libro quicquid ad cõsideratione͂ speculationeq; sacræ theoriæ, quicqd ad nobilissimarũ uirtutũ acquisitionẽ, quicqd deniq;

Cosmi sententia obseruanda.

ægrotat Antonius

Laus uoluminũ Antonio, quibus sũma nomen est.

ad bene beateq; uiuendi usum pertinere uideatur, dilucide sapienterq; conscriptũ est. Nil ibi ꝑtermissum, nil obscure, nil cõcise mutilateq; dictũ. Eaq; de causa magno eum uolumine necessario cõclusit. Non enim de uniuersalibus tantũ rebus scripsit, uerũ etiã ad particularia quæq; descendẽs ad hũc nostrũ uiuẽdi usum, et ad singularẽ quandã humanæ uitæ operationẽ, doctrinã accõmodauit. Quã etiã summã, quinq;partitã esse uoluit. Et in prima parte de anima in genere, deq; eius nobilitate, ac de immortalitate animæ disputauit. De infusione eius in corpore. De eius potentiis quæ extrinsecus sunt. De intellectu ac uoluntate. De passionibus animæ. Itẽ de causis peccati. De peccato ac nocumento eius. Itẽ de septẽplici genere legũ. Cuius principiũ est. Quã magnificata sunt opera tua domine. Et uade ad formicã o piger. In secũda parte de septem uitiis in specie, et de eorũ ramis imprimisq; de superbia eorũ capite, et ĩ primo titulo tractauit de symonia et usuris diffuse, in secũdo de restitutionibus. Itẽ de iuramento ac periurio. Itẽ de uoto ac trãsgressione uoti. Postremo de infidelitate eiusq; generibus. Quæ incipit. Cõfregisti capita draconis. In tertia de officiis cuiusq; hoĩs cuiusq; cõditionis fuerit. De omni arte atq; usu uiuẽdi, utilissimũ sane opus quod etiã de statibus hominũ appellauit. In quo etiã de cẽsuris de excõmunicatione. s. suspẽsione interdicto atq; irregularitate copiose ꝑtractauit. Itẽ de septẽ ecclesiæ sacramẽtis. Quæ incipit. Astitit regina a dextris tuis. In quarta uero parte de septẽ uirtutibꝰ, quattuor. s. Cardinalibus tribusq; theologicis. De gratia spiritussancti in genere. De septẽ donis eius, et in dono pietatis adiecit. xlvi. sermones de beata Virgine Maria. Incipit, Benedictionem dabit legis lator. In qnta uero historĩa a principio orbis cõditi usq; ad tpa sua cõplexus est. Quæ incipit. Loquar propositiones ab initio. Alios itidẽ breues libellos, quosdam latino, nonnullos patrio sermone conscripsit, ut sacerdotibus minus doctis, aliisq; idiotis ꝑsonis consuleret, in qbus omissis argumẽtorũ disceptationibus, nudas cõclusiones breuitatis cã cõscripsit. In illo uero magno oꝑe, quã quinq;partitã sũmã esse diximus, nihil oĩo dixit quod nõ multis rõnibus, maximisq; argumẽtis, oĩumq; etiã approbatissimorũ doctorũ, Augustini, Hiero, Grego. Ambro. Thomæ aliorũq; testimoniis atq; auctoritate cõfirmatũ ꝓtulerit, adeo ut nemo unq̃ ĩ tãto oꝑe quicq̃ minus recte, minus elimate aut imprudẽter ꝓlatũ redarguere potuerit. In qua re illud sane multa admiratiõe dignũ ẽ, eũ hoĩem, q prius ĩ ordine suo in cõtinua fuerit ac maxima suorũ fratrũ administratione, deinde ĩ pontificatu in maxima negociorũ ac rerũ agẽdarũ ꝑturbatione cõstitutus fuerit, potuisse tot librorũ uolumina tã uariis materiis cõscripta, tot doctorũ ac sacrorũ canonũ testimoniis et auctoritate cõfirmata conscribere. Cũ igitᷣ Antonius (ut paulo superius diximus) iã libros suos pro suo desiderio

Opera per ipm edita

ad cōmunē hoīum utilitatē exactos reddidiſſet, cū iā clerū ciueſq; ſuos ex mala uitiorū cōſuetudine ad recte uiuēdi normā maxima ex parte reuocaſſet cū deniq; de ſe oībus mortalibus optimū ſanctiſſimæ uitæ exēplū ꝑbuiſſet placuit altiſſimo corona debita tātorū laborū hoiem nō fruſtrari. In ea igit̄ (de qua nuper diximus) poſitus ægritudine, curauit primo oīa eccleſiæ, (q̄d oībus mādat̄ fidelibꝫ) ſacramēta ſuſcipere. Cūq; ī die apoſtolorū Philippi et Iacobi ante crepuſculū extremā unctionē ſimulq; plenariā īdulgētiā aſtātibus fratribus ſuis, q̄ ſanctū uirū ī ea ægritudine aſſidui ac frequentes magna cū caritate obſeruarūt, ſuſcepiſſet, cūq; illi circūfuſi lecto matutinū officiū decātarēt, pueniſſentq; ad laudes, tū uir ſanctus ī ipſa iā mortis anxietate poſitus, magno conatu ī feruore ſpiritus initiū aliis faciens dixit. Deus in adiutorium meū intēde. Quod imēſæ pietatis ſignū, magna fuit gemituū nobis aſtātibus ac lachrymarū reītegratio. Cū uero q̄ſi ad ipſum uitæ terminū deueniſſet, nec iā ulla niſi pauca admodū atq; ea ſemiintegra uerba ꝓferret, hoc ſæpius ex ore eius uerbū auſcultātibus audiebat̄, Seruire deo regnare eſt, Quaſi iā laboris ſui ꝑmiū, paratāq; ante oculos mercedē ītueret̄. Aliud hoc itē uerbū ſæpius ꝓferebat. Sācta et imaculata uirginitas, q̄bus te laudibus efferā, neſcio. Cūq; fratres q̄ totū iā pſalteriū legerāt, eoſdē pſalmos reiterarēt, pueniſſentq; ad eū uerſum pſalmi. xxiiii. qui dicit. Oculi mei ſemꝑ ad dominū, ip̄e eleuatis tūc oculis erectiſq; ad cœlū manibꝫ eūdē repetiit uerſum. Oculi mei ſemꝑ ad dominū, quoniā ipſe euellet d̄ laqueo pedes meos. Simulq; ex cōtinuo labiorū motu, et ex nōnullis perceptis ex ore eius uerbis ītelligebat̄ illū in cōtinua tacitaq; pſalmodia detineri. Maximeq; eū pſalmū ſæpius iterare uidebat̄ q̄ in ultimis matutinis laudibus decantat̄. Laudate dominū de cœlis, et reliqua. Quo etiā in uita, ut ſui fratres aſſerūt delectari plurimū cōſueuerat. Nōnūq̄ etiā porrectā a fratribus breuē domini crucifixi imaginē cōplexus, tāto dilectionis deoſculabat̄ affectu, ut aſtātes oēs nullo pacto lachrymas cōtinere ualeremus. Sequēti igitur die poſt feſtū apoſtolorū hoc eſt ſecūda Maii et in uigilia aſcēſionis dn̄i poſt lōgā anxietatē ſpūs, ille ſanctiſſimus ſolutis corporeis uinculis ad æthereas ſedes euolauit. Quod magnis ſignis ueriſſimiſq; argumētis ita fuiſſe cōprobat̄. Ex q̄bus nō oīa nūc recēſenda, ſed quædā in laudē tātarū uirtutū prætermittenda non ſunt. Illudq; in primis, quod ueriſſima ipſorum fratrum narratione percepimus. Fertur enim quidam ſui ordinis frater Cōſtantius nomine uir magnæ ſanctitatis, cū eſſet in ciuitate Eſculana, et uigilās oraret in eccleſia, uidiſſe manifeſte Antonium eadem ipſa hora, qua ex hac uita migrauit glorioſum ad cœleſtem patriam euolaſſe. Vtq; illud ita eſſe maiori cōfirmaretur argumento, uidit eadem hora alium fratrem qui etiā in alia ciuitate tunc obierat, non iam ad cœlum, ſed ad purgatorias ſedes deſcendere. Quod cum ille aliquandiu reticens ex lætitia inſueta uul-

Att. Antonii uerba ī ultimo uitæ ſuæ.

Obitus antonii.

Cōſtātius Fabrianē. orās uidit Antoniū ad cœlum euolare.

tusq; hilaritate dissimulare nõ posset, pulsat pcibus diu a fratribus tandem id quod uidisset, magno cũ gaudio enarrauit. Et de morte utrorũq; post aliquot dies id ita esse certa rei experientia compertũ est. In ipsa quoq; exequiarũ die dũ corpus i ecclesia sancti Marci positũ esset, accessit mulier quæ altero latere debilitato ac stupido diu manca fuerat, tactoq; sacro corpore antequã de ecclesia recederet, integritatẽ uiriũ in toto corpore se recepisse percepit. Sed anteq̃ ad reliqua quæ uolumus signa narrare accedamus, dicẽdũ est quali eum honore in ipso funere pius Romanus pontifex honestare ac gloriosum reddere uoluerit, qui tũ forte in ciuitate florentina aderat, et ad celebrandũ id conciliũ, quod dietã appellauit Mantuã properabat. Primus igitur omniũ statim post obitũ Antonii funus ipsum diligenter ac magnifice curari pro uiri ac ciuitatis dignitate mandauit, Q uampluresq; episcopos aliosq; platos ad funus deducẽdũ accedere, ac omnẽ archiepiscopi defuncti familiam longis, pullisq; uestibus indui. Ad quod etiam bona pars ciuiũ, magnæq; auctoritatis uiri honestandũ accesserũt. Reuerendissimus quoq; cardinalis sancti Marci (de quo superius uerba fecimus) tum ex amicitia, tum ex pietate cõmotus, in ipsa cathedrali ecclesia officio exequiarum adesse uoluit. Primũ igit ad ecclesiã maiorẽ deductum, unde rite officio celebrato ad ecclesiã sancti Marci et cõuentũ prædicatorum uesperi magna populi subsequente multitudine corpus trãslatũ ẽ. Sic. n. testamento legauerat, ut iuxta fratres suos humi conderetur. Videres tum uniuersam cõmotã ciuitatẽ a maioribus usq; ad minores, et tam mares q̃ fœminas ad sancti uiri manus, pedesq; deosculandos accedere. Hinc gemitus inde suspiria, a multis lachrymæ, a nõnullis lachrymosæ uoces edebant. Neq; hoc tãtum ipsa ciuitas fecit uiciq; in suburbiis positi, uerum ex montibus undiq; descendentes, ac de remotis regionibus innumerabilis populus accedebat. Addiderat etiã summus põtifex maximũ eius uiri sanctitati testimoniũ, ut quicũq; ad sanctũ corpus, benedictasq; manus deosculãdas accessisset, septẽ annos, septẽq; quadragenas idulgẽtiæ ac culparũ remissionis. Factũq; ex noua semp supueniẽtis populi atq; aduenarũ multitudie, ut sanctũ corpus i ipsa ecclesia aliquot dies uidẽdũ oĩbus, deosculãdũq; necessario poneretur, nec nisi octaua die post eius obitũ sepulcro cõdi posset. Illudq; sane multa admiratione dignũ ẽ, tãto tpe reseruatũ corpus exanime nullũ tetrũ odorẽ edidisse. Q uin potius mirabili semp fragrãtia redolebat. Videbatq; omniũ iudicio uenustior, Lætiorq; in mortuo facies q̃ fuerat i uiuo. Insuper manus pedesq; nullo rigore contracti, nulloq; maculati liuore cernebãtur, qđ certe omnibus id cernẽtibus magnũ sanctitatis signũ esse ducebat.

Miraculũ. [margin, beside "id quod uidisset"]

Act. [margin]

Quãta ueneratione funus Antonii celebratũ fuerit. [margin]

Miracula. Ad signa uero, quæ hactenus post eius obitum uisa sunt, nõ omnia tamen enarrãda accedamus, Sed ut pauloante dixeramus, nõ sunt etiã omnia prætermittenda, ne eam partẽ, quæ multis fortasse in eo nobilissima esse uidea-

tur, intactam relinquamus, utq; etiã piis mentibus aliqua ex parte satisfa-
ctum esse uideat. Pauca igitur ex illis, eaq; certissima pstringemus, simulq;
cum singulis diebus noua semper addi uideantur, aliis hoc munus copio-
sius absoluendum relinquemus. Narrauit mihi nuper uir quidam Leonar
dus Antonii ciuis Reatinus non ex infima plæbe se huius sancti uiri me-
ritis nõ tantũ bonã ualitudinem, uerũ etiam incolumitatẽ ac uitam conse-
quutũ. Nam cum ad balneas porrectæ profectus in grauissimã febrẽ inci-
disset, adeo ut iam de sua salute diffideret, recordatus sanctitatis Antonii
pontificis facto uoto statim cõualuit. Filiolũ quoq; suũ, q de alto loco ad
terrã ceciderat, cum medici iam de eius morte patri meditãdũ præciperent,
magna cũ fiducia pater sancto uiro Antonio natũ unicũ toto mentis affe
ctu cõmẽdauit, et paulopost filiũ se habere incolumẽ intellexit. Hæc mihi
Leonardus ipse longiore narratione cũ lachrymis recensebat, in cuius rei
testimoniũ ad sepulcrum Antonii magnã sui ac filioli paruulã imaginem
apposuerat. Accepimus etiã a fide dignis mulierẽ quãdã hinc ciuẽ ac nobi
lem cum in pariẽdo diutius laborasset, nec difficultati partus ullum reme-
dium inuenire posset, superpositis alligatisq; eius uentri paucis admodum
pilis, qui ex barba Antonii iam mortui abrasi cõseruatiq; fuerant, illico par
tus facilitatem ac perfectionem cõsequutam. Reuerendissimus uero Cardi
nalis sancti Sixti uir magnæ sciẽtiæ atq; auctoritatis cũ ætate simul ac mor
bo cõfectus Senis ad ciuitatẽ Florẽtinã accederet, nũciatusq; sibi esset obi-
tus Antonii, oculis simul ac mente ad cœlũ erectis a sancto uiro magnum
sensibiliter ægritudinis suæ ac corporis passionũ leuamẽ impetrauit. Cũq;
postea ciuitatem intrasset, ad sepulcrum Antonii supplex cũ lachrymis in
testimonium tantæ sanctitatis accessit, ibiq; lampadem gloriosam accendi
uoluit. Quid Luisius qui fuerat Antonii domesticus? Nõ ne patrem suũ
Iacobum, qui ob infirmitatẽ ex amentia noctu domũ exire, et solus in tene
bris ciuitatem circuire consueuerat, nec ab hoc morbo ulla medicorũ cura
biẽnio sanari poterat, cũ pro eo filius sancto uiro uotũ fecisset, incolumẽ-
ac sanum parentem recepit? Quod mihi postea ipse Luisius proprio ore
recensuit. Alius itẽ adolescẽs Nicolaus Sacchetus noĩe ciuis noster cũ gra
uissimo apoplexiæ morbo correptus esset, cumq; de eius uita penitus me-
dici diffiderent, eo q ultra uiginti et quattuor horas insensibilis perdura-
ret, contigit ut duo ex fratribus prædicatorum, qui ad uisitandum infir-
mũ accesserãt, cũ illũ pene mortuũ eẽ cõspexissent, reuersi domũ positis ge
nibꝰ ad sepulcrũ Antonii orarẽt, p illo, q statim sequẽti die cõualescere cœ
pit, sicq; nõ multopost cũ magna hoĩum admiratõe ĩcolumitati restitutus
Possem alia multa signa huiusmodi recensere, quæ prætermittẽda censeo.
Pluris eni facienda iudicamus, quæ in eius uita ac moribus uidimus, quæq;

Att. ex eius doctrina ac sapiētia bona nascunt, quæ superius enarrauimus, q̄ ipsa

Miraculū qđ adhuc uiués fecerat. miracula. Quin etiā anteq̄ ex hac uita decederet Antonius, nō caruit eius uita miraculis. Cū.n. aliquot annis ante obitū suū pro officio pastorali suffraganei sui episcopi Pistoriēsis dioecesim uisitaret, (est enim Florētina ciuitas urbis Pistorii Fesularūq; metropolis) cūq; ipsas quoq; alpes uisitãdo circuiret, peruenit ad officinā quādam ferri fundendi, cūq; ipse una cū suis comitibus uidendæ nouæ fabricæ desiderio officinā intrasset, fertur quidā ex his qui fabrili operi intēti erant, calore ignis ac labore fatigatus, cum eos intrātes officinam cōspiceret, idq; moleste ferret, cœpisse perturbati animi uerba ac blasfemias proferre. Mirum est profecto qđ fertur. Statim cœpit ferrū congelari, adeo ut nullo igne, nullo labore, nullaq; arte fundi posset. Sicq; tota illa nocte perdurauit. Sequenti mane officinæ magister, sancto (ut uidetur) spiritu afflatus ad Antonium accedit, eumq; summis precibus exorat, ut ad officinam accedens super illam signum crucis, suamq; benedictionē infunderet. Quod cum fecisset Antonius motus uiri precibus ferrum, quod prius durissimum fuerat, statim fundi cœpit. Hoc mihi hi q cum ipso præsule præsentes fuerāt, postea ut in patriā reuersus est, magna

Itē aliud. cum gratulatione retulerunt. In alia itē uisitatione suæ dioecesis, eius scilicet partis, quæ est Bononiā uersus, quæ mugellus nūcupatur, cū peruenisset ad quādam plæbem, nūciatūq; esset ei plæbanū loci grauiter ægrotare, accessit uir sanctus ad lectū ægroti, cūq; super eo quoddā euāgeliū, certasq; orationes perlegisset, paulopost sacerdos, qui prius de salute sua parū sperabat, cœpit integerrimæ ualitudinis uires resumere. In qua re non dubitabant omnes qui astiterant, id Antonii orationibus impetratum fuisse. Illud sane mihi profiteri licet, qđ in nostra familia experimēto didici. Cū enim alio itē tempore ecclesias rurales uisitaret Antonius, et me alioq; propinquo meo impetrāte ad uillam nostrā Castilionensem diuertisset, ibiq; pernoctasset, cum sequēti luce discessum pararet, cœpi apud illum calamitatē nostrā deplorare, ex eo q̄ cū tres essemus ī familia nostra, ex q̄bus unus solūmodo Dantes nomine uxorē, eamq; multis annis sterilē haberet, breuiq; extinctiōe antiquæ familiæ dubitari facile poterat, simulq; benedictionem domui nostræ in auxiliū suscipiendæ prolis ab eo dari petii, atq; impetraui. Factūq; est non multopost, ut ea quæ multos annos apud uirū suū sterilis fuerat, ipso adhuc uiuente Archiepiscopo, mares ac fœminas, eosq; uenustos cœperit filios procreare. Continueq; in suscipienda noua prole

Att. hactenus perseuerat. In qua re ego benedictionem sancti uiri tantum ualuisse non dubito, ut desiderii nostri compotes efficeremur. Hæc de signis, quæ partim in uita, partim post obitum eius uisa sunt, cum multa alia, ac pene infinita recenseri possint, pro tempore dicta sufficiant.

Non possum autem huius tanti uiri mortem atq; absentiam non summo moerore, summoq; desiderio prosequi. Dicitur beatus Ambrosius cum sibi obitus cuiusdam optimi ac praestantissimi uiri nūciatus esset, multis lachrymis faciem irrigare coepisse. Cūq; ille qui id nūciarat, admiraretur hominē grauissimum in tantam (ut ita dixerim) molliciē flecti, non est inquit Ambrosius deflenda tanti uiri carētia, qualem uix multa saecula producere potuerunt? Merito igitur eius obitum defleuerunt omnes boni, omnesq; uiri religiosi, qui frequētes ad eū accedētes consulebant hoīem in rebus dubiis, quibus tanquā oraculū quoddam totius Italiae certissimas irreprobabilesq; ueritatis sententias proferebat. Defleuerunt eum non immerito pauperes Iesu xpi, quibus patronus, altor, ac tanq̄ pius pater extiterat. Tota deniq; ciuitas, uelut publico luctu sanctū uirū pioq; desiderio ꝓsequuta ē. In primisq; optimi ciues, atq; optimates, qui illū tanq̄ sanctū uirū nō solū uenerabant, atq; colebāt, uerū ēt uerebāt maximā se i eius morte fecisse iacturā ꝓfitent, tāta erat apud illos autoritas sancti uiri. Illudq; sane inauditū, atq; multa admiratione dignū est, q̄ dū eius funus ad ecclesiā sancti Marci deferretur, ab animaduertētibus cernebatur. Vt enim dū uiueret, cōcurrebāt uniuersi uiri ac mulieres ad locum, qua illum transeuntem intelligebant, submissiq; in terram ac proni sanctum praesulem adorare consueuerāt, sic exanimi tunc corpori ac feretro inclinati, positisq; in terra genibus, nō curantes etiam pluuiam (quae tunc forte ingruebat) omnes nō tantum ciues, uerum et aduenae, qui tū multi in nostrā ciuitatē pp̄ p̄sentiā summi pontificis aduenerant, tanquā consuetam ab eo benedictionem accepturi, consuetam adorationem (licet mortuo) humiliter ac deuote praestabāt, magnū de sua erga eum fide ac reuerentia testimonium reddentes, maiorem de tali iactura luctum ostendentes. Quis tātam calamitatem Christiano populo inflictā non deploret? Quis tā praeclarū iustitiae ac ueritatis lumen extinctum non defleat? Vereor ego profecto, ne posthac sublato e medio tāto lumine in obscuram tenebrarum caliginem, atq; in grauissimas temporum rerumq; omnium perturbationes protrahamur. Fuit sanctissimi praesulis obitus anno domini. Mccccli x.

Auctoris uerba.

Frequētes ciues et plebes ad funus Anto.

EPITAPHIVM PRO EIVS SEPVLCRO.

Hic est ille tuus pastor Florentia, pro quo
  Non cessas moesto spargere rore genas.
Patribus haud Priscis pietate Antonius impar
  Qui scripsit quicquid littera sacra docet.

ALIA NOMENCLATVRA ARCHIANTISTITVM LEANDRI ALBERTI.

Paulus Perusinus. Ramūdus ex Medullione.

PAVLVS Pilaster Perusinus Gradensis Patriacha. RAIMVNDVS ex Medullione, uir et nobilitate ac quadam animi lenitate conspicuus circa annum domini. Mcclxxxi. ecclesiam Vapicensem iussu pont. gubernandam suscepit, deinde post nō multū temporis Ebredunensis Ciuitatis Archiepiscopali infula dignatus est. His.n. duabus ecclesiis annis tredecim omni cum laude præfuit. Verum paulopost cōuentum Generalem per patres nostros actum apud montem Pessulanum quem sua præsentia, compositione morum, ac uirtutum elegantia ornauerat, diem suum deuote obiit anno domini. Mccxciiii. apud Buxum, exinde uero ad Cœnobium ordinis nostri Cistarien. Translatus est. Iis adiūgam

Stephanus Nicolaus. Bonacursius. Petrus. Guihel. Matthæus Isuardus. Nicolaus. Alexāder. Andreas Egidius bonoñ. Iacobus. Consilius. Nicolaus. Stephanus Lādulfus. Rostāgus.

STEPHANVM Truchanum Archiantistitē, IOANNEM primo Antistitem Firilandensem, postmodum Archiflaminē Vpsalēsem in prouincia Daciæ NICOLAVM Tyri Archiepiscopū, atq; eius successorē BONACVRSIVM. Quos omnes IVO Gallus doctrina, et fama fulgentissimus urbis Nazarethæ Archipræsul anno domini florens. Mcccvii. sequit̄, cum PETRO de Conflitto Tyrensē, GVILIELMO de Morecha, et MATTHAEO de Constino, ambo Corinthii. Nec prætereundi sunt ISVARDVS Archiflamen Thebanus, NICOLAVS de Seza, Zaratēsis ALEXANDER Hungarus, Cretensis, ANDREAS Græcus, Colocēsis Citabimus post hos EGIDIVM ex nobilissima Gallutiorū familia Bononiēsi ortū uirū sciētia et religione clarissimū Cretēsē archiepiscopū, qui uita excessit anno domini. Mcccxl. Bononiæ inq; sepulcro tanto uiro digno sepultus, quod adhuc cernitur ante aram maiorem Basilicæ prædicatoriæ. Citabimus etiā IACOBVM Tudertinū, CONSILIVM. olim ordinis prædicatorum procuratorē in Ro. Curia Archiflamines. Quid et si accersiuerimus NICOLAVM Archipræsulem in insula Sardiniæ? STEPHANVM Hispanum Treuanū Archiantistitē? LANDVLPHVM antea antistitem de Vico, deinde archiepiscopum Materanum per Clementem. y. procurante Carolo Sciciliæ rege. Mcccvii? et Rostangum Caudolā ex Gallia Narbonensi Sydoniensem episcopum deinde archipræsulē Neupotensem in Achaya declaratum per Clementem pontificem anno domi. Mcccvii? Cæteros omitto ne tādē lectori fastidio essem. Sat igit̄ hos acciuisse mihi uisum est, Ad antistites itaq; mea festinat oratio. Quorum citatio uoluptatem omnibus (ut reor) allatura est.

EPISCOPI EX ORDINE PRAEDICATORVM.

IO. ANTONII FLAMINII FOROCORNELIENSIS PRAEFATIO IN MAGNI ALBERTI VITAM AD LEANDRVM ALBERTVM BONONIENSEM ORD. PRAEDICATORVM.

SOLENT Pleriq; mi Leander eruditi uiri non libēter in iis exercere ingenium, quæ ad religionem christianã pertinere uident, immo tanq̃ uilia sint, ac floccifacienda, si quis operam ab iis talem exigat, dedignant, ac stomachari uidentur, tanq̃ inanem operã sumant, in qua nec eruditionem ostentare, nec facundiam possint, et, ubi non Iouis, non Martis, non Apollinis mentio fiat in iis, quæ ad religionem pertinent, ĩ iis uero, quæ ad præclara uirorum excellentium facinora spectant, ubi non Hannibalis, aut Scipionis, non Pompeii, aut Cæsaris, atq; similium res gestæ memorentur, insipidam esse, ac insuauem orationem arbitrantur. Hinc fit, ut post Hieronymum, et quosdã alios non minus eloquentia, q̃ sanctitate illustres, pauci admodum inuenti sint eloquentes uiri qui claroru hominũ, quorum numerus pene infinitus est, et quorum splēdore christiana res creuit, ac illustrata est sancte, ac fortiter gesta litteris mandauerint tanq̃ materiam artificii quidem, ac eloquentiæ minus capacem. At non sic ueteres illi uiri in sua religione uersati sunt, qui studium omne, ac ingenium ad excolendam illam, et amplificandam contulere, dum alii fastos scribunt, et ritus sacrorum, ac cerimonias omneis diligenti, ac eleganti stilo complectuntur, Alii sanctorum uirorũ dicta, et facta memoratu digna posteris tradunt, Alii deorum laudes impense concinunt. Quare magna reprehēsione digni sunt christiani eruditione, ac facundia pollentes, qui studium omne suum a scribendis his auerterunt. Quo factum quidem est, ut innumerabilium pene sanctorũ res gestæ partim obliuioni traditæ sint, quia defuere, qui scriberēt, partim adeo rudi, ac inepto stilo cõtextæ fuerint, ut illarum maiestati multum incondito, ac insipido sermone detractũ sit, et simul eruditorum aures ab earum lectione deterreantur. Quare ualde tu quidem laudandus es qui hoc intelligens et ipse multa scribis, et simul eruditis hominibus, quos non male operam hanc præstare posse arbitraris, scribendi talia negotium præbes, quemadmodum impræsentia mihi tanq̃ eius nomenclaturæ homini, qui uelim et possim non modo tibi, sed et cæteris uere christianis hac in re morē gerere. Quare, tametsi mearũ ipse uiriũ sim cõscius, et maiora, q̃ possim soleas mi Leãder tibi de me polliceri, quod proximis litteris a me petisti

nō tam tua, cui omnia gratificari maxime cupio, q̄ religionis causa libenter feci, et magni Alberti uiri mediusfidius tam sanctitate, q̄ omniū uirtutum, et disciplinarū genere clarissimi uitā literis mādaui Qua quidē in re, si tibi (ut maxime uolui) satisfecero, putabo, cæteros quoq; nō illitteratos homines nostrū hoc studiū, et operā nō improbaturos. Ab ipsis igitur pene cunabulis exordientes præclarā pueritiæ indolē oculis primū subiiciemus ut omnibus pateat, quibus initiis ad tantū culmen uirtutū, et mirandam uitæ sanctitatem euaserit. Iuuat. n. uidere quibus initiis, et quasi gradibus summi uiri ad eā claritatē, quā adepti sunt, ac nominis īmortalitatē peruenerint

MAGNI ALBERTI VITA PER IOANNEM ANTONIVM FLAMINIVM EDITA

SVEVI GERMANIAE SVNT POPVLI II QVIDem toti regioni, quæ ad Rhenū pertinet, fluuiatili (ut autor est Strabo) supereminēt qui potentia, et hominū frequētia reliquos antecellunt, gens nūc quoq; quēadmodum priscis illis temporibus ut bellicis

Sueuorum potētia.

præclara artibus, ita numero, et claritate uirorū insignis. Sed alios prætereo quorum splendor hanc gentem illustrauerit. Vnus Albertus, cui refertissimus omniū disciplinarū thesaurus Magni cognomentū peperit, satis illustrare potuit in ea gente natus. Sed neq; natio illa, neq; tota Germania tāti capax luminis fuit. In totum orbem christianū sese diffudit, et tanq̄ splendidissimū sidus enituit. Patria illi Longinense oppidum fuit. In eo educando parentes optimi studio, et diligentia, quanta potuit adhiberi, sunt usi, quem, ut statim per ætatem licuit, optimis præceptoribus erudiendū tradiderunt. Magno præcipue cultu, ac ueneratione castissimam dei genitricem per omne uitæ tempus coluit. Igitur pueritiam transgressus, ac sextum decimū ætatis annum agens templum (quod freque̅ter faciebat) semel ingressus orationi tota mente erat intentus, et gloriosam uirginē, imprimis precabatur, ut sibi adesset, ut dubiū, et plenū discriminis adolescentiæ suæ iter in uiā salutis æternæ dirigeret. Affuit illa cōtinuo, et cælesti uoce allocuta supplicē suū bono animo esse omnia de se sperare iussit. Verum illud præ cæteris monuit, ut relictis uitæ huiusce illecebris tutiorē uiuendi modum iniret, et recenti prædicatorū ordini, ac sectæ, quā ipsa nuper a filio ad sustentādū christianæ reipu. labentem statū impetrasset, sese insereret, pollicita fore, ut sapientia sua, quam diuinitus acciperet, ī lumē totius ecclesiæ ingens euaderet. Quod ille maturo tempore, uti mox relaturi sumus, executus est. Postq̄ igitur in grāmaticis quantū res postulare uidebatur, eruditus est. Patauium se cōtulit urbem Venetiæ clarissimā, ubi studia bonarū artiū etiam

Patria Magni Alberti.

Beata uirgo Alber. alloquitur

tũ florebãt, ut illis incũberet. Mos autẽ illi fuit, monasteria frequẽter adire, et cũ cœnobitis præcipue diui Dominici cõsuetudinẽ habere, In quibus erat insignis, et tum multæ uir famæ Iordanes, quẽ libenter audire solebat, et ibi monasticã inire uitã cupiebat. Sed erat impedimento auũculus, qui postq̃ Iordanes id cognouit (morabatur enim et ipse Patauii) non prius destitit, q̃ iureiu- uir clarus rando illum adegit, ut sibi promitteret, fore, ut infra certũ tempus ad prædicatores cœnobitas non accederet. Sed eo tempore decurso ad pristinã consuetudinem rediit. Cumq; in eodẽ proposito ineũdæ melioris uitæ perstaret, dubitaret tamen, ne forte non posset in ea perdurare, et ita cum dedecore ac ignominia cogeretur ab ea deficere, tale forte somniũ uidit. Putauit, Somniũ se liberiori uitæ renunciasse, atq; in cõsortiũ prædicatorũ, quos dixi, et quos Alberti. mire obseruabat, admissum, Sed postmodũ quasi pertæsum monasterii angustias, et asperitatem ad pristinam uitam esse reuersum. Tali quidẽ somnio non parum ab incepto deterrebatur, tanq̃, quod futurũ esset, præmoneretur. Verũ die, qui secutus, diuinitus puto contigit, ut eximia præditum eloquẽtia, et sanctitate uirum Iordanẽ audiret de fraudibus antiqui hostis disserẽtem, et quot modis, et quibus artibus mentes humanas inuaderet, et animis hominũ illaberet, præcipue quos cerneret, uelle se totos deo dicare. Cuius quidem oratione ita cõmotus est, ut mox illũ adierit tanq̃ diuinitus consciũ, quid mente agitasset, et somniũ, quod nocte proxima uiderat, exposuit. Agnouit ille hostis insidias, et sapientissimo consilio suo, ac efficacissimis adhortationibus ita iuuenẽ perpulit, ac postmodũ in sentẽtia confirmauit, ut reiectis uitæ liberius actæ illecebris, atq; repagulis oĩbꝫ, Christũ Albertus cõtinuo secutus fuerit. Fuit autẽ nõ acri admodũ ingenio in adolescentia togã præsua Magnus Albertus, quare primis illis mẽsibus, quibus monasticã uitam dic. sũpsit exorsus est, pueriliter angebatur, ꝙ hebes ingenio esset, atq; ob id cæteris in monasterio æqualibus haberet inferior, qua sic ille cura torquebatur, ut aliquando cogitauerit, ad pristinã uitã, abiecta monastica reuerti. In qua sententia cũ perstaret, tale somniũ uidisse illũ memorãt. Putabat auditorii pa- Att. rietes se se opponere uolenti abire, cumq; per scalas illius cœpisset ascẽdere, Visionem quattuor uidebat forma præcellenti, et cultu uenerabili matronas, quæ ascẽdente illo paratæ ad repellẽdum uidebantur, et ab ea, quæ in ordine prima erat, continuo ita repulsus est, ut parũ abfuerit, quin per scalas deturbaret. Cum tamen postmodũ ille perseueraret in proposito, et iterũ ascendere cœpisset, a secũda similiter repulsus est. Cumq; idem tertio fecisset, a tertia itẽ sed cũ obiurgatione reiectus est, Ait. n. illa. et quonam impudẽs progrederis? Cui Albertus, hebetudo inquit ingenii mei facit, ut hinc abire decreuerim, Neq; n. ferre possum, ꝙ ex omnibus, qui mecum studẽt, mẽ sit nemo hebetior, atq; indoctior. At mox illa, sed ne te hoc deterreat, Est enim no-

biscũ magna dei parẽs, quæ tibi nulla in re defutura est, si ad eã cõfugeris, quã nos quoq; pro te rogare sumus paratæ. Nam eius ancillæ nos sumus. Quibus auditis mire lætatus est ac simul rogare illas cœpit, ut suis eam pre cibus sibi fauorabilẽ redderet, quæ continuo ab illis rogata Albertũ percũ ctata est, quid sibi cuperet. Respondit philosophiæ scientiã. At illa, fies, inqt, uoti compos. Tu modo operã deinceps studio diligenter impende. His di ctis nõ cõfirmatus solũ, uerũ etiam ad permanendũ, et prosequenda studia mirifice accensus est, tanq̃ oraculo per somniũ admonitus. Nec fides abfuit Siquidẽ, quãtũ postea in studiis philosophiæ profecerit, ea, quæ dicentur a nobis, quæq; ille scripsit, facile indicabunt. Verum post hæc rogare crebro ipsam dei genitricem solebat ut ita superno lumine illustraret, ne philoso phorũ opinionibus unq̃, et rationibus deceptus in fide christiana labaret, ne ue se aberrare permitteret. Cui felix ipsa uirgo cælesti præsentia ita futu rum spopondit, eumq; doctrinæ suæ splendore totã ecclesiã aliquãdo illu straturũ, atq; in fidei integritate ab hac uita migraturũ; et ut ita futurum magis crederet, signũ dedit, fore, ut aliquando memoriæ lapsum in publica lectione pateretur. Idq; euentu ipso comprobatũ est. Tenebat aũt flagrã ti religionis amore. Syncæritati mentis maxime studebat. Orationi frequẽ ter uacabat. Labori uero nulli unq̃ in studiis parcebat. Sed erat illi consue tudo ad altitudinẽ cœlestiũ arcanorũ magis precibus, et oratione penetra re, q̃ studio. Quod nõ solũ ipse suis auditoribus dicere solebat, sed etiam in principio suæ summæ testatus est, cuius hæc uerba sunt, Oratione, ac deuo tione plus acquiritur in diuinis scientiis, q̃ studio, illudq; Salomonis ex sa pientia dictũ adducebat, Optaui, et datus est mihi sensus. Inuocaui, et ue nit in me spiritus sapientiæ. Breui autem tantũ profecit, ut uulgo philoso phus nuncuparetur. Artes. n. quæ liberales appellantur, adhuc iuuenis per fecte adeptus est, et naturæ arcana cognouit, quod quidẽ illud idicat, quod in libro de lapidibus ipse scriptũ reliquit his uerbis. Volo narrare, quod ui di, et expertus sum ego ipse, et postea causam ostendere, et modum, per quẽ a natura efficitur imago. Dico igitur, q͏ me existente Venetiis cum essem iuuenis incidebantur marmora per serras ad parietes templi ornandos. Cõ tigit autẽ in uno marmore iam inciso tabulis incisis sibi applicatis appare re caput pictũ pulcherrimi regis cũ corona, et longa barba, neq; in aliquo peccare uidebat̃ pictura nisi in hoc solo, q͏ frontẽ in medio uidebatur habe re nimis eleuatã, et ascendentẽ uersus uerticẽ capitis. Sciuimus autẽ omnes, qui aderamus, hoc a natura fuisse pictũ in lapide. Cũ autẽ a me quæreretur inordinationis causa. frõtis, dixi, lapidẽ illũ ex uapore fuisse cõgelatũ, et in medio p calorẽ fortiorẽ, et uaporẽ iordinate ascẽdisse ultra modũ. Fuit aũt figura eiusdẽ coloris cũ lapide. Erat autẽ illi cũ tãta disciplinarũ claritate, et

Cõfirmat in religiõe a beata uir gine.

Atẽ. Petitionẽ Alberti.

Oratione magisquã studio pro fecit.

Philoso phus nun cupat̃ Alb

excellentia summa integritas uitæ cōiuncta, ut iure omnibus tanq̄ speculū esset, ac uiuendi norma. Paucis igitur annis lector cōstitutus in multis præclaris urbibus magna cum laude docuit. Singulari charitate suos auditores prosequebatur, quorum utilitati, incredibile dictu est, quantopere studeret. Docuit autem primū in Ildensemēsi monasterio, quod est in Saxonia. In triburgensi postmodum. Dein uero Ratisponæ, et Argētinæ. Cum autem postea Coloniæ profiteretur nondū magisterii titulum adeptus, diuus Thomas Aquinas Parisiū missus est, unde opera fratrū, et amicorum suorū, qui retrahere illum ab inchoata monastica uita cupiebant, litteris apostolicis in Italiā reuocatus est, et monasterio montis Cassini a pontifice maximo præfectus. Sed ille onus eiusmodi detrectans, clam fugit ex Italia, et Coloniā se cōtulit, ubi factus est Magni Alberti auditor, donec Parisiū ille transmissus est, ubi iā clarus ubiq; fama theologiæ Magisteriū, et cathedrā sortitus est. Nec tamen tanto rerū successu, et celebritate nominis eius inflata mens est, aut quicq̄ de consuetudine sua et mansuetudine remisit, in tanta hominū de se opinione et admiratione nihil se efferens, mitis in omnes, et mire modestus, quorū sententias minus probaret. Sacra eloquia summa cū reuerentia tractauit, in quib9 siquid inerat nimis arduū, atq; difficile, potius malebat ignarus uideri, q̄ sententiā præcipitare aut aliquid affirmare. Et hic qui dē ueteribus et sanctis uiris mos fuit, qui quanto propiores deo fiebant, tāto sibi minus arrogabant cælestis magistri sententiæ memores, qui ait ī euāgelio, Discite a me quia mitis sum, et humilis corde, quo quidē bono nihil est, quod eē gratius deo possit. Magnū erat Alberti nomē Parisii, cū præcipue sententiarū libros cū ingenti omniū admiratione esset interpretatus. Diuinū erat in eo ingenii acumē. Melle dulcior ex eius ore manabat oratio et quæ docebat, efficacissime auditorū sensibus insinuabat, quorū tāta quidē erat copia, ut cū nō caperet eos consuetū auditoriū, necesse fuerit aliud publice cōstituere, quæ postea Magni Alberti platea nūcupata est. Et quāq̄ studio, et publicæ lectioni tantā operā impenderet, priuatā nihilominus orandi frequenter et cōtemplādi cōsuetudinē nō dimittebat. Sciebat enim qui nā finis esse studiorū deberet, et ad deū oīa esse referēda. Voluit aliquādo antiquus hostis a studio, cui tūc maxime intētus erat, illū retrahere, eius cubiculū sub habitu, et forma monachi cuiusdā ingressus. Sed ille dolū persensit, et salutari crucis in eū signo conuersus, uerba illa de euangelio protulit, Vade retro Sathana, qui fraudē sibi nō cessisse uidens cōfestim euanuit. Anno sui magisterii tertio Coloniā ad profitendū reuersus est, ubi inter cæteros auditorē iterū habuit diuū Thomā, quē sub Magno Alberto nouē annos militasse memoriæ ꝓditū est. Cuius fama in tantū iā creuerat, ut augeri ultra nō posse uideretur. Nec tamē quicq̄ de cōsuetudine sua orandi, et

Profitetur in ꝓclaris urbib9 Albertus.

Diuus thomas Alberti auditor.

alberti magnum nomen Parisii.

Ast. diaboli dolum.

cōtemplādi remittebat, itaq; ut miraculis etiā clarescеret, quæ res quātus apud deū esset, facile indicat, ad quē (ut iam dixi) omnia referebat, Cuius illud super quarto sentētiarū memorabile dictū extat. Scire nihil facit, aut parū ad uirtutē, uelle autē, et operari multū. Incredibile dictu est quāta ueneratione sumptæ carnis a Christo redemptore mysteriū prosequeret. Potest autē id perspici, ex eo tractatu, quē de mysterio eius sacri, quæ missa dicitur, et ex libro, quē de Eucharistia cōscripsit, ubi nō uidetur solito more, sed supra humanā facultatē loqui. Ibi enim sublimius, et excellentius, q̃ credi possit, redemptionis humanæ mysteriū explicauit, ut, qui attente legat, putet, nō humane ore, sed diuino locutū, ubi arcana illa perpaucis nota, recludunt, et tā copiose explicantur, ut tātū autoritatū aceruū iure possis diuinæ scripturæ thesaurū appellare, ut nemo copiosius, atq; diffusius eiusmodi materiā tractasse uideatur, Taceo tractatū quoq; illū, quē de dominici corporis, et sanguinis mysterio edidit, in quo singulis sermonibus illud thema præponit, Venite comedite panē meū, quamq̃ nō desunt qui diuo Thomæ Aquinati illū adscribunt, Sed errant, Siquidē in coloniensi cœnobio prædicatorum extat liber ille magna ex parte ipsius Alberti manu cōscriptus. In quo tamē alterius quoq; deprehenditur quasi ac per uices succedens manus. In fine tamen, sicut et in principio quidā sermones sunt integri eius manu descripti. Neq; hoc dubitari potest, cū multis in locis libri uisantur toti manu illius exarati, ut coloniæ, quæ in euangeliū Matthæi scripsit, et de animalibus. Et hic quidē mos illi fuit, scribere propria manu quæcunq; ederit, sed ita incōdite, ut omnē in codicibus ornatū aspernaretur, sic quidē, ut in quibusdam nec capitales extent litteræ, nec margines, ut imitatus diuū Hieronymū uideri possit, qui in prologo in Iob inquit. Habeant, qui uolunt, ueteres codices uel in membranis purpureis auro, argentoq; descriptos, uel initialibus (ut uulgo dicitur) literis onera magis exarata, q̃ codices, dūmodo mihi meisq; permittant pauperes habere schedulas, et non tam pulchros codices q̃ emendatos. Hæc dixisse uolui, ut sui erroris admoneantur ii qui, quod Magni est Alberti, diuo Thomæ adscribendū putauerint. Crucē quoq; Christi et Passionē mira ueneratione prosequebatur. Plurima sunt huiusce rei passim in eius quidē scriptis indicia, in quibus ubicunq; offertur occasio, cū ingenti affectu orationē extēdit, Vt autē hoc cernere, et ita esse unusquisq; possit experiri, quosdam locos ex multis adnotauimus, in quibus hoc facile animaduerti potest, ut in Lucæ euangeliū capite nono eoq; in loco, Siquis uult, Vbi de uirtute crucis, et laude multa pulcherrime scripsit. Itē Capite xiiii. in illud scribens, qui baiulat crucē, ubi de tota christi passione ac titulo crucis luculenter differit. Itē Esaiæ cap. LI. in illud, Vidimus eū. Et ī tertio sentētiarū distictione xvi, ubi de acerbitate passionis xp̄i copiose disputat.

Att. diligenter.

Liber de eucharistia per Alber. editus.

Manu propria scribebat q̃cūq; edebat.

Crucē xp̄i et passionē app̄me uenerabatur.

In quibus locis oĩbus facile eſt uidere, quantus amator Crucis, et dominicæ paſſionis prædicator extiterit. Adde, q̃ et Crucifixi uenerandã effigiem in eccleſia Colonienſi ipſemet in loco ſublimem ſtatuit, atq; ut maiore cultu, ac ueneratione illam intuẽtes adorarent, ſanctorum reliquias in ea collocauit, ac inſuper illam, cum poſtea epiſcopus eſſet, conſecrauit, ueniãq; anni unius, ac centum quadraginta dierum uere illam adorãtibus ab epiſcopo Recanatẽſi tunc Nicolai tertii Pontificis Maximi legato perpetuã impetrauit, qui etiam non paruam ligni dominicæ Crucis portionẽ auro puriſſimo incluſam, et gemmis ornatam ibidem conſecrauit. Ne quis autẽ addubitaret, ueræ ne Crucis ipſius Redemptoris lignũ foret, igne prius experiri uoluit, in quem coniectũ ſtatim reſiliit. Tanta præterea, et tam conſtãti ueneratione dei genitricẽ (ut iã diximus) proſequebat̃, ut nõ ſolũ frequẽter illi ſupplicaret, ſed ẽt, ubicũq; daret̃ occaſio, ĩ ſuis libris eius laudes nunq̃ prætteriret. Quod inter cætera abunde teſtatur liber ille egregius quẽ de ipſius uirginis laudibus ſcripſit, ut iure ſit creditum, quod initio diximus, fauore illius ad tantam eũ diſciplinarũ omniũ cognitionem, et nominis claritatem perueniſſe. Erat etiam illi conſuetudo uel in horto, uel in alio ſecreto loco cantilenam in honorem ipſius uirginis canere, non ſine lachrymis, quas illi dulcis eius memoria, et incredibilis ſuauitas excutiebat. Complureis etiam ſequentias (ut dicitur) illum compoſuiſſe memorãt, quæ in eiuſdem uirginis honorẽ ſolẽt, in ſacris altaris a prædicatoribus per ſabbata cani. Quæ quidem omnia eximiũ illius amorem, et exquiſitiſſimum cultum in ipſam uirginem abunde teſtantur. Quare non deſunt, qui affirmare audeant, commercio illum quodam beatæ Virginis, et familiaritate uſum, cũ præcipue librum de laudibus eius conſcriberet, in quo nõ tantum eximias dotes animi illius ſummo ſtudio exequit̃, ac enumerat, ſed per ſingula corporis membra gradiens, qualia credendum ſit illa fuiſſe ſingula diligentiſſime ſcrutatur, et tanq̃ in tabula mirifice picta proponit. Quæ faciũt, ut credamus illũ cæleſti præſentia uirginis, et alloquiis etiã frui conſueuiſſe. Inter hæc tamen ſtudia non deſerebat, et ad ueſtiganda cæleſtia arcana mentem attollebat. Sacris igitur libris, ac diuinæ ſcripturæ attentiſſime inuigilabat, et corpore in terris agẽs totus mente in cæſtleibus diuerſabatur, ut iure ciuium ſupernorum conſuetudine, et colloquio frui mereretur. Quod illud indicat atque teſtatur, id quod nunc relaturi ſumus. Inuenta eſt Scheda manu ipſius ſcripta, in qua ſic ipſe de ſe loquebatur. Tutis auribus loquor, cum expoſitionem libri Beati Dionyſii de cæleſti hierarchia laboribus multis perficiſſem, ac aggreſſus expoſitionem de eccleſiaſtica Hierarchia primum Capitulum, quod de Baptiſmatis Sacramento tractat, cum immenſis laboribus tranſiſſem, ad expoſitionem

Crucifixi effigiẽ Coloniæ conſecrauit.

Quãto cultu B. uirginem fuerit proſecutus

Alb. uerba de uiſione ſua mirabili.

secundi Capituli manū mittens, fateor, deficiens desperaui. Ecce post matutinas somniū tale uidi, In quadam .n. ecclesia me inueni, in qua beatus Paulus missam celebrabat, unde plurimū consolatus sperabā per ipsum de intellectu librorū beati Dionysii erudiri. Et cum diceret, Agnus dei, per hostiū ecclesiæ magnus populus ingressus est, quos apostolus placide resalutando requisiuit, quid peterent, Qui dixerunt, Ecce dæmoniacū tibi adduximus supplicantes, ut expulso dæmone digneris hunc curare, qui placide promisit hoc se facturum, et dæmone fugato, communicauit hominem a dæmonio liberatum de parte hostiæ consecratæ. Cūq; post Agnus dei eēt ablutio tribuenda, ego me ad hoc obtuli, et cum reuerentia sum locutus, Domine multo tempore optaui, ut possem de abditis, et profundis in libris beati Dionysii occultatis de uestræ pietatis gratia edoceri, Qui mihi beniuole respondit dicens, post missam ad domum Aaron sacerdotis mecū uenito ultra aquam. Post missam apostolum secutus sum, et cū uētū esset ad aquam, apostolus leniter transibat. Ego autem cum aquam tangerem pedibus meis, excreuit subito in immēsum, ut mihi transitus non pateret. Apostolus uero transiens domum sacerdotis ingressus est, et ego solicitus de sequela a somno excitatus sum. Ego autem mecum rem cogitans me ipsum interpretē somnii feci, et uisionis, quia primum Capitulum per me expositum egit de eiectione dæmonis ab homine per baptismum, et baptizato homine datur participatio sacramenti ad domū Aaron uocatio, qui chrismate ungebatur. Sequens Capitulum, quod de Chrismate est, quo pōtifices consecrantur, inuitabat. Verum aquæ profunditas excrescens me retraxerat a scribendo, cuius mihi transitum beatus Paulus ostendebat diuinæ gratiæ innitenti. Accinctus sum ego in me, et dei adiutorio consumaui ubi in infirmitate propria desperaui. Hæc de se Albertus. Prouincialis patrum Couentus (Capitulū uocant) habitus est in Germania anno a Christi natiuitate. MCCLIIII. in quo Magnum Albertum patres Germanicæ prouinciæ summo consensu præfecerūt. Quam quidem præfecturam tam integre, tam sancte, tam fortiter administrauit, ut nihil ultra ad exactissimā procurationem requiri posset. Quicquid .n. ad integritatem religionis, ac perfectionem pertinebat, tanto studio, ac diligētia procurauit, ut nihil exactius dici queat. Quæ res q̄dē tātū ualuit, ut oēs ad summā obseruantiam cōpulerit, Neq; solū præsenti tempori, sed etiā imposterū maxime profuerit, adeo quidē, ut crebris adhortationibus, sæpeq; admonēdo, et castigando ita rē per totā prouinciā sibi cōmissam composuerit, ut nihil ordinatius nihil sanctius conspici posset. Quod quidē facile indicat, quāti intersit, subditos hunc uel illum sortiri Magistrum morum, atq; Rectorem. Erat Albertus sanctissimi patris sui Dominici uerus imitator, nihilque stu/

Att. Visionem Alberti.

Præficitur Germanicæ prouinciæ.

Quantus in sua præfectura extiterit.

debat magis, q̄ illius familiā in Italia, in Hispania, et Gallia nuper magnis initiis inchoatam, et cotidie magis crescēte pari studio in Germania cōponere, stabilire, et amplificare. Nec deus tātis cœptis abfuit. Illud autē imprimis cauit, ut omnes essent, quos ipse regebat amatores euāgelicæ paupertatis, ac imitatores. Nec inter cætera permisit, quempiam, nisi necessitas cogeret, equo, aut uehiculo uti. Et ut ipse, quod aliis suadebat, ac imperabat, exemplo, atq; agendo comprobaret, et ad ea facienda cæteros alliceret, totā prouinciam suā pedibus perlustrabat, neq; ullū æs secū, aut aliud uiaticum ferens apostolicæ paupertatis memor cū iis, quos in comitatu habebat cotidianū cibū hostiatim emēdicabat. Erat autē longissima illius peregrinatio late patēs, ac difficillima, utpote quæ ab Austria usq; in Sueuos extendebatur. Præterea in Bauariā, Alsatiāq;, et recta per Rheni ripā ad Mosellam Barbātiamq;. Insuper totā permeabat Saxoniā, Vestiphaliā, Missinā, Turingiā, Holandiā, Holsatiā, aliasq; parteis circa Lubeiam ad mare pertingētes. Ex quo quidē facile apparet, quātus uir sanctissimus extiterit paupertatis amator, q̄q; laboris, et incōmodorum patiens. Verū, quēadmodū, quæ præcipiebat aliis, ipse diligentissime seruabat, ita transgressores acriter puniebat. Quare in eos, qui sequenti anno uel in equo, uel in curru ad cōuentū patrū uenere, grauiter animaduertit. Simili modo mulctabat alios, qui quoquo modo in sua, uel patrū decreta deliquissent. Verū non ornamenta religionis solum exteriora petebat, quæ erāt, ut in iis composita essent omnia, qui suæ curæ subditi erant, et oculis intuētiū satisfacerēt, sed etiā, quod magis decebat, magisq; erat necessariū interiorē hominē, et cōscientiā summo studio curabat, ut quātū humano cōsilio, et ope fieri posset, omni labe carerent. Quare, si qua erant loca, ad quæ nō posset accedere, scribebat epistolas, admonebat, hortabat, præcipiebat, quæ fieri uellet, quæq; in generali cōuentu patrum decreta fuissent. Sed, quod pulcherrimum fuit, ac utilissimum, inter cætera statuit, ut in quolibet monasterio semel quotannis unusquisq; præfecto cœnobii, quem uocāt Priorem, arcanum sui pectoris aperiret, et delicta cōfiteret, ut oues suas pastor agnosceret. Præcipue uero cauit, nequis priuatā pecuniā, aut rem aliā inscio præfecto suo uel in monasterio, uel extra in suū, uel alienū usum possideret, ac dispensaret. Quare in prouinciali Cōcilio in deprehēsum quedā ex illorū numero, qui Conuersi uulgo nūcupant, grauissime animaduertit. Siquidē extumulari iā sepultū et ex sacro ꝓpiciloco iussit. Adeo aūt huiusmodi ꝓprietatē rerū damnauit et exhorruit, ut libros a se cōpositos, et manu ꝓpria scriptos relinqueret in cœnobiis, in quibus resederat, cū inde abiret, ne quid priuatū, et tanq̄ suum possidere uideret. Illud quoq; silētio prætereundū non est, consueuisse illū audenter, ac intrepide in malos inuehi mores, ac turpitudinem uitæ illorū,

Att. Miram in laboribus Alberti patientiam.

Qđ aliis pcipiebat is ad plenū obseruabat

Att.

Att. Graue ēanimaduersio nē Alb. in defunctū.

qui uel ĩ cœnobiis uel quoquo modo se se deo dicassent, sic quidem, ut nec episcopis, nec pontificibus etiam maximis adhibito modo parceret, ecclesiasticorum omnium acerrime uitia increpans, et ad meliorem uiuẽdi formã, quanta poterat solertia, reuocare studens. Vnde fiebat, ut a quibusdam ex illorum numero, qui non solent medentis manum reformidare, summis in cœlũ laudibus efferretur, a quibusdã etiã maledictis incessaretur, qui turpitudinẽ suam agnoscentes illius castigationes ferre nõ poterant et odio persequebantur. Hinc factũ esse pleriq; arbitrantur, ut nõ relatus in diuos fuerit, cũ de ipso quoq; referendo plurimus sermo haberet, quo tempore beatus Thomas eius quondã auditor catalogo sanctorũ adscriptus est. Præcedente tempore, cũ Ratisponẽsis ecclesia pastorem suum perdidisset, et inter se dissiderent, quibus deligendi episcopi cura, et potestas erat, Vrbanũ quartũ pontificem maximũ rogarunt, ut ipse pastorem sibi, quẽ putaret optimũ, constitueret. Forte Pontifex opportune Magnũ Albertum ad cõuincendos atq; tollendos quosdã errores Romã acciuerat. Nactus igitur tantã opportunitatẽ satisfaciendi ratisponensiũ uotis, præsulem illũ declarauit reluctantem maxime, et non sine ingenti dolore et lachrymis onus et prouinciam eiusmodi detractãtem. Quod postq̃ fama peruulgauit, icredibile dictu est, quanto mœrore atq; dolore affecti sint, quicunq; sub diui Dominici uexillo militabant, intelligentes, quantã in eo uiro iacturam facerent, si Pontificis Maximi consilium, et iussionẽ sequeretur, Cuius et sanctitatis et doctrinæ splendor iam totũ orbẽ illustraret. Quare Humbertus, qui tũ generalis erat prædicatorũ magister ac moderator, tali nuncio consternatus, litteras ad eũ dedit, Quarũ exemplũ ideo subscripsimus, ut ex iis etiã unusquisq; cõiiciat, quanti apud suos Albertus esset. Charissimo ĩ christo fratri Alberto lectori Coloniensi, frater Humbertus ord. præ. seruus inutilis æternã in cœlo salutẽ, et in terris radiare gloriosis meritis, et exemplis. Rumor p quasdam litteras nuper euolans a Romana curia nostrũ attingens auditũ et nostri cordis uiscera penetrans, nos in direptionẽ interminabilẽ funditus prostrauisset, nisi fiducia sancta, et firma, quã de uobis in omni bono gerimus, restitisset. Siquidẽ accepimus ĩ prædicta Romana Curia uobis mandatũ, ut ad quandã pontificalẽ dignitatẽ accedatis. Quod quidem licet ex parte Curiæ nõ immerito credibile sit, attamẽ, q̃ uos cõsentire possitis icredibile fit iis qui uos nouerint. Quis.n. credere posset, ut in ultimo uitæ uestræ post tãtã gloriã uestrã, et ordinis, quẽ uos gloriosum fecistis, istiusmodi notã ferre uelletis? Quis quæso frater charissime, et amãtissime nõ solum de uestris, sed de oĩ religiõis genere pauperis posthac resistet, si uos ĩ his succumbitis? et nõ potius cæteris excusando uos, et onus deprecãdo exẽplũ p̃beatis? Quis sæculariũ nõ scãdalizet? et q̃libet alius professionis huius hoc

Quã seuera uitiorũ lima Alb.

Cur. inter diuos pluriũ iudicio non fuerit relatus.

lachrymãs Alber. eps declaratur

Hũberti litteræ ad Albertum

audiēs credat nos amare paupertatē, et non potius existimet, eam nos susti
nere tandiu, donec effugere possimus? Non moueant uos obsecro consilia
et preces dominorū nostrorū de Curia quidē emanantia, in qua cito et fa/
cile in sibilū, atq; derisum talia uerti solent. Non frangant uos aliquæ mo
lestiæ ordinis, qui uniuersaliter omnes diligit, et honorat, et de uobis specia
liter in domino gloriat̄, quæ si grauiores etiā essent, q̄ unq̄ fuerint, aut fu/
turæ sint, etiam si alios fatigarent, atq; deiicerent, uestros tamen giganteos
humeros hilariter portare, quātum uos deceat, non ignoratis. Nec flectant
uos præcepta papalia, quæ neminem efficaciter resistere uolentē cogere cō/
sueuerunt. Nec sancta huiusmodi ad tempus inobediētia hominis famam
lædere, sed potius augere solet. Cōsyderet circūspectio uestra, quid accide/
rit illis, qui ad similia se trahi permiserint, quæ fama eorū secuta sit, qui fru/
ctus, qui status, qui deniq; finis. Occurrat uobis, q̄ difficile sit, in regimine
ecclesiarū Germaniæ uel offensam dei, uel hoīum declinare. Deniq; quo/
modo pati poterit anima uestra tota die terrenis implicari negociis, et in pe
riculis peccatorum uersari, quæ adeo uehementer sanctas scripturas, et con/
scientiæ puritatē dilexit? Quod si fructus animarum a uobis quæritur, attē/
dite quæso quomodo per huiusmodi status mutationē et animarum fru/
ctus innumerabilis, quem nō solum in Germania sed fere per totū orbem
indubitanter facitis fama, exemplo, atq; scribendo, penitus peribit. Quem
autem in episcopatu facturi sitis incertū est. Videtis etiam dilectissime fra/
ter, q̄ totus ordo noster de tribulationibus maximis erutus maxima demū
consolatione repletus est. Sed quid esset si in aliquē profundiorem mœro/
rem iterum ex aliquo uestro facto reduceretur? Vtinam dilectum fratrem
meum potius audiam in pheretro, q̄ in cathedra sublimari, ne sic amissa
spe firmitatis, atq; cōstantiæ in talibus aliis cum mœrore de hoc sæculo no
stri recedāt. Flexis ergo genibus cordis, per intemeratæ uirginis, et eiusdem
filii humilitatem uos adiuro, ne statū humilitatis uestræ dimittatis, et quod
hostis sublimitas, et subtilitas in plurimorū damnū, et scādalū procurauit,
in eius caput uertatur, atq; redundet ad nostrā, et uestrā duplicem gloriā,
et honorem. Rescribite consolatoria, quæ nos, et alios fratres nostros, et ue
stros dilectissimos cōsolent̄, et eruāt a mœrore. Orate ꝑ nobis. Gratia do/
mini nostri Iesu xp̄i sit uobiscū, Amē. Verū coactus a Pont. Max. Alber/
tus ea coactione, ac iussu, quē trāsgredi fas nō ē, flēs, ac gemēs ep̄ale onus cū
ingenti suo, et suorū oīum dolore subiit. Igit̄ ad suū ep̄atū ab eodē Pont.
Max. missus est. Qui postq̄ i Bauariā ꝑuenit, et ad Ratisponēsem ciuitatē,
post solis occasum eā ingressus est, et ut humanā pompā deuitaret, ad Cœ
nobiū Diui Blasii, quod prædicatores inhabitant, se se recepit, ubi cum in/
genti patrum gaudio susceptus est. Die, qui secutus est, dum sacra celebra/

rentur, quæ missa maior dicitur, ad episcopalem ecclesiam se contulit, quo quidem cum toto clero populus officii gratia, et ut merito honore nouũ præsulem susciperet, iam conuenerat, qui templum ingressus cum ingenti plausu, et canticis excipit, progressusq; inter psallentiũ turbã ad aram, quæ maxima est, aliquandiu prostratus humi suppliciter orationi primum uacauit. Mox cum effusa omniũ lætitia, canticisq; in episcopali cathedra locatur. Nõ dici posset, quãto omniũ fauore, quãto gaudio fuerit exceptus, qui facile intelligebãt, quãtũ præsulẽ sortiti essent sanctitate, atq; doctrina toti iam terrarum orbi notissimũ. Non est opus dicere, qualẽ se in eo pontificatu præstiterit, unusquisq; facere cõiecturam potest, qui ex iis, quæ iam scripsimus, uitam moresq; hominis nouerit. Consuetam sibi in monasterio uitæ austeritatem seruauit, tenui quoq; uestitu contentus, et cum loca suæ diocœsi subdita uiseret, in uenerabili comitatu suo, qui semper ex grauibus, et optimis uiris constabat, unico iumento pontificalibus insignibus ornato usus ẽ. Negocia quoq; non spiritalia ꝓbatis uiris, atq; fidelibus tractãda cõmisit, ne terrenis occupatus actionibꝰ, ab oratione, et cõtẽplatione et a scribẽdis iis, quæ prodesse hoĩbus possent, frequẽter abstraheret. Quo tempore præclarũ illud in euãgeliũ Lucæ opus edidit, in quo quidẽ specia li dono sancti spiritus, magis q̃ alibi usus uideri potest. Propria insup manu in sacram bibliam scripta glossemata reliquit, quam quidẽ illius manũ in eadẽ ciuitate in cœnobio prædicatorũ testatur eiusdem manu scriptus liber, qui cum ingenti reuerentia, uti res sacræ cõsueuerunt, ibidẽ asseruatur. Memoriã sui (qui mos plerisq; est) in extruendis ædificiis relinquere nullam uoluit, ædificio contentus, quod sibi iandiu in cælestibus extruxerat. In honorẽ autẽ diui patris sui Dominici statuit, ut in ratisponensi ecclesia sacrũ illius anniuersarium suo die quotannis celebraretur, et ut libentius id fieret certam pecuniam ex more Canonicis, qui sua præsentia festũ decorarẽt, cõstituit. Rexerat magna cum laude integritatis eximiæ aliquot annos ratisponensem ecclesiam, cum pertæsus tanti oneris molestias, atq; pericula cũ plurimi nec ferre seueritatẽ suorũ morum, atq; censuram possent, nec ipse illorum uitia pati, Decreuit demũ relicto episcopatu ad pristinũ redire uiuendi morũ, atq; in monasterio, quod erat uitæ reliquũ degere. Impetrata igitur a Clemente quarto Pontifice Max. huius sui Cõsilii uenia Coloniã rediit, ubi cum ingenti plausu a suis exceptus est, Ibi repetito pristino uiuẽdi instituto, et more docendi, et scribendi sanctissime uixit, q̃diu uixit, qui quanto dignior gradu sacerdotii factus erat, et clarior tanto submissior, atq; subiectior in omnibus erat, sed in iis præcipue, quæ ad formulam uiuendi monasticã pertinebant, tanq̃ unus ex minimis esset. Verum quãto se magis demittebat, et abiectiorẽ se facere studebat, tãto crescebat maior hoĩum

Alb. cum ingẽti applausu a populo ratispon. excipitur.

Nusq̃ ep̃s a priori uita discessit

Ep̃atu Albertus abdicat.

erga

erga illum reuerentia, et cum ipso cultu admiratio. Quare non cæteri solũ sed et Coloniensis Archiepiscopus, et alii Finitimarum urbium Antisti-tes, magno illum honore prosequebantur, et illius opera quandoque ute-bantur, quam ille quidẽ benigne rogatus exibebat. Eximius erat pacis ama tor, atq; concordiæ, eratq; oratione uehemens, et efficax, quod quidẽ exem plo quod afferemus, facile constabit. Orta erat discordia ingens inter Colo niensem ciuitatem, et Comitem montensem, quem nunc montensem du-cem, et Iuliacẽsem nuncupant, et ab infestis animis magnam aliquod ma-lum imminebat. Hoc igitur cernens Albertus medium se inter utranq; par tem exhibuit, nec prius uehemẽti studio, et oratione destitit, autoritate simi liter, qua plurimum ualebat, q̃ eos ad pacem, atq; concordiam reuocauit. Iam senio confectus librum de corpore Christi pulcherrimum, et tractatũ, quomodo adhærẽdũ deo utilissimũ scripsit, in quo affectus mirifice mouet ac de se documentum præbet, q̃ tenaciter ipse, et q̃ arcte deo inhæserit. Ve-nerat ad ultimum iam uitæ felix Albertus, quod ne latere illum posset, alma dei parens, quam ille cultu præcipuo (sicut ostendimus) semper fuerat prose cutus, præsagio, quod adhuc iuueni, ac monasticam uitam nuper ingresso, et exire cogitanti futurum illa prædixerat, monuit. Profitebatur ex more die quadam Magnus Albertus in Coloniensi cœnobio admodum senex. Refertissimum erat (ut semper) auditorium. Cumq; interlegendum multa (ut fieri solet) colligeret, ac rationes adduceret quod illi antea nunq̃ accide rat, memoria lapsus est. Cumq; insolita re omnes obstupescerent, ac ille ali q̃diu reticuisset, sic tandem, quasi resumpto animo fari cœpit. Scio miratos esse uos omneis auditores charissimi ac inusitato casu meo perculsos. Sed uideo multo magis miraturos ubi scieritis, quæ causa fuerit, ut ita accideret Diuinitus hoc factũ est. Req; altius exorsus ait, Cũ iuuenis adhuc essem, ac recens diui patris mei Dominici factus miles magnũ, quidẽ antiqui hostis certamẽ primis illis mensibus sum passus, tantũ illud quidẽ, cũ nimia ꝑ id tempus hebetudine ingenii laborarẽ, ut tandẽ decreuerim, ad pristinã uitã abiecta monastica reuerti. Sed affuit mihi ꝓcipua generis humani tutela ca-stissima dei genitrix quæ blãdã oratiõe sua labãtẽ animũ cõfirmauit, ac fore prædixit, ut in philosophia, quã me assequi posse desperauerã, uoti compos fierẽ. Cũq; postmodũ uereri cœpissem, ne philosophorũ rationibꝰ illaquea tus, atq; deceptus a christi fide aliquãdo aberrarẽ, omnẽ mihi eiusmodi me tũ, ac dubitationẽ sustulit fore pollicita, ut ĩ nullo deficerẽ et ĩtegra fide ab hac uita discederẽ, ne uero futurũ dubitarẽ, signũ q̃dẽ, cũ istaret obitus mei dies ꝓcessurũ ut cũ publice profiterer subito ĩ memoriæ lapsũ ĩciderẽ. Per-soluit igit͛, q̃d futurũ ꝓdixerat, felicissima uirgo meq; iminẽtis excessus mei admonuit. Et his dictis cõfestim ex loco abiit, tãq̃ ꝓfessurus ultra nõ esset.

Quantus esset cõcor diæ et pa-cis amator

Memoria Alber. la-psus est.

Cœpit autem omnes continuo stupor ingens, et par mœror, cum cernerēt quantum uirum mox essent amissuri, Sed ante omneis Suffridū Coloniēsem antistitem, qui mira charitate Alberto deuinctus erat, qui tali perculsus nuncio lachrymas continere nō potuit. Ille contra hilari uultu, ac læto animo diem sui excessus expectans, et cum apostolo cupiens dissolui, et esse cū Christo, abiecta iam prorsus omni cura legendi, atq; scribendi, soli deo ua-

Att.

cabat, et cotidie locum sepulturæ suæ inuisens horarium pro se ibidem celebrabat defunctorum officium, Sic tanq̄ in horas paratus ad exitū diem obitus sui præstolabatur. Quare interiecto breui tempore sarcina carnis abiecta agnū secutus est. xvii. Calen. decembris, cum ætatis ageret. lxxxvi. annū Ferunt illum die, qua obiit in cubiculo sedentem circunstantibus cœnobitis suis, ac ubertim flentibus, cum eos ad integritatē uitæ, ac religionis ob-

Quomō ex hac uita migrauerit

seruantiam, diligentissima, et suauissima oratione hortatus esset, multa de deo, deq; cælesti patria locutus, e uita migrasse. Quod ubi per urbē uulgatum est, non dici posset, quanto mœrore, atq; dolore tota ciuitas perculsa sit. Igitur ad celebrandas summo cum honore, ac reuerentia illius exequias non solum Collegia sacerdotum omnia, et frequens populus cōuenit, sed etiam primores urbium finitimarum, apud quos nomen Alberti iandiu ce-

Apparatus exequiarū Alberti.

lebre erat, confluxere, cōuocati a Suffrido urbis antistite, a quo etiam cum ingenti honore ac reuerentia in æde prædicatorum Coloniensi ante aram templi maximam sepultus est. Miraculis autem beatus Albertus, dū adhuc uiueret, multis quidem claruit, sed eorum incuria, qui tunc uiuebāt, memoriæ tradita non sunt. Nec talia curabant eius ætatis patres, cū plurimi essent, qui miraculis clari haberentur. Nec in tanto sanctorum hominum numero magni tunc res erat. Ita ut autor libri apū, qui eius discipulus diu, et auditor fuit, quiq; illius uitam optime nouerat, de miraculis eius in genere loquens particularia non recenseat ita inquiens. Dicimus, quia miraculis cla-

Miracula quæ illius mortē secuta sunt.

ruit, quæ eius meritum ostendūt. Non pauca tamen cōmemorabimus, quæ post eius felicem obitum acciderunt, et illius sanctitatē testari possunt. Graui dolore capitis laborabat cœnobita quispiam ex iis, qui in eodem cœnobio erant, in quo beatus Albertus diem suum obierat. Igitur minime dubitans magnis illum pollere apud deum meritis, tegmen capitis (biretum uulgus appellat) quo ille uiuens usus fuerat, suo capiti fiduciæ plenus

Att.

imposuit. Nec uana fides fuit. Statim enim dolor ille abiit. Præterea cum

Qualiter inuētū cadauer Alberti in sepulcro.

post longum interuallum sepulchrum in quo iacebat, inspectandi grātia, ut solent felicium corpora, fuisset apertum, eius sanctum cadauer, quod initio supinum ex more iacuerat orantis specie, eo fere modo, quo uiuens consueuerat inuentum est, id quod loco miraculi est habendū. Sed rem afferam multomagis admirabilem, qua quidē facile cōsta-

bit, q̃ noluerit omnipotẽs deus tanti uiri merita latere. Erat in eodem monasterio uir optimus nomine Gottifredus, quo Magnus Albertus socio et ministro plurimũ fuerat usus. Is ergo post illius obitũ assidue orationibus, ieiuniis, et lachrymis deum pro illo (ut christianorum mos est) precabatur, ut si forte pœnis aliquibus illius anima esset obnoxia, tali ope iuuaretur. At ille quidẽ pietatis suæ dignã mercedẽ assecutus est. Siquidem oranti illi post matutinũ officium in ecclesia beatus Albertus se se conspiciendum præbuit. Neq; somniũ id fuit. Vigilabat Gottifredus, et orabat. Vidit igit̃ beatũ Albertũ cum inenarrabili splendore ædẽ ingressum pontificiis ornatum insignibus, mitrãq; in capite gestãtẽ, in cuius fronte gemma erat, quæ radios ex se se multos iaciens miro fulgore totã ædẽ illustrabat. Indumẽta etiã multis erãt, et pulcherrimis insignita lapidibus. At ille tãto spectaculo stupẽs (et Albertũ q̃dẽ agnoscebat) percũctari cœpit, quomõ secũ ageret. Recte inq̃t, et ex iis, q̃ cernis facere cõiectura potes, q̃q̃ mẽs humana capax nõ est, ut tantã animo complecti gloriã possit, quã mihi summus ille rerũ pater contulit, cuius magnitudinem, et claritatem gemma repræsentat, quã in fronte positam uides tantũ ex se se lumen iacere lucis diuinæ speciem. At lapilli cæteri, quibus insigniri hoc indumentũ cernis, libri sunt, qui partim fidei defensionem continent, partim scripturã sacram interpretantur, et ueritatis uiã ignaris aperiũt. Verum illud quoq; scito, additũ esse ingẽtẽ gloriæ meæ cumulũ. Siquidẽ pius humani generis Redemptor mihi dedit, ut sex animarum milia sic meis adiuuentur meritis, ut ne purgatorias quidem pœnas attingant. Et his dictis euanuit. Verũ, ne cui mirum uideatur, quod de animarũ liberatione dicimus, meminerit, mirabilẽ esse in suis sanctis deum, nec solere illis auare gratiã suã et gloriam conferre. Neq; res hæc noua deo, aut inusitata est. Scimus etiam, quæ de beato Laurentio uulgata sunt, et opinione recepta, Peculiare priuilegiũ esse illi a deo concessum, ut qualibet hebdomade die, quam sextam dicũt feriã, animã unã ex purgatorii pœnis eximat. Quod etiam Gregorii Turonensis episcopi cõfirmat autoritas, qui rei huius in quodam sermone, quem de beato Laurentio scripsit, meminit, qui testimonium quoq; cuiusdam abbatis probatæ fidei, et sanctitatis affert, qui monasterio Diui Laurentii præerat. Scribit enim abbatem illum precatum esse deum, ut sibi quanti esset meriti martyr insignis aperiret, et factum esse uoti compotem. Vidisse igitur illum continuo ingentem terræ hiatum, in quo innumerabilis animarum multitudo in igne cruciaretur, quæ tamen non sine spe ueniæ essent. Cumq; diro spectaculo summa cũ admiratione esset intẽtus, leuitam uidisse quedã sole splendidiorem cũ ingenti angelorũ caterua descendentem in illã terræ uoraginem, et inde cum ingenti plausu animam unã in cælum educentem, et

Manifesta multis modis gloria Alber.

Att. Maximũ priuilegiũ Alb. cõcessum.

Gratia B. Laurentio collata.

angelum ex comitatu unum sibi dixisse, Abbas, ne ignores, Iste, quem cernis leuita Laurentius est, qui martyrium, et ignem pro Christi nomine passus tanto hoc priuilegio insignitus est, ut qualibet hebdomade animã unã de purgatorio igne possit eximere. Illud quoque idem Gregorius adiecit, beatum Laurentiũ suo fauore, ac defensione efficere, ne antiquus hostis ei nocere possit, qui eadem, quam dixi, feria sexta piis orationibus sui memor fuerit. Quare nemini quidem mirum uideri debet, si eiusmodi priuilegio, deus beatum Albertum decorare uoluerit, qui maximam, dum uiueret, animarum curam gesserit, et eas incredibili pietate sit prosecutus. Sed et alios quoq; ad testandam Magni Alberti gloriã testes adducemus. Illustris quædã in Treueris matrona, cui nomẽ Domicilla, nõ minus uirtutibus, et sanctitatis opinione, q̃ genere insignis ad octogesimum ætatis annum peruenerat. Habuerat hæc præclarũ in treuerensi prædicatorũ cœnobio lectorẽ noie Theodoricũ, cui delicta xp̃iano more cõfiteri cõsueuerat. Huic igitur xv. die post obitũ in suo cubiculo residenti, atq; legenti cõspecta est Domicilla mire splendens, quæ ipsum blande salutatum sic est allocuta, ut diceret, a deo se missam, ut illum de quibusdam certum faceret, ac omnem dubitationem eximeret. Qui continuo illam percunctatus est, qualem uitam ageret, Felicem inquit, Sempiterno etenim æuo fruor. Tunc Theodoricus, Nosti ne Albertum insignem illum nuper inter prædicatores theologum, qui Coloniæ proxime decessit? At illa, Maxime. Cumq; is quæsisset, ubi nã esset, Respondit illa, multo supra nos felicior, et mox euanuit. Erat in Germania sancta quædam fœmina, quæ uirginibus Cistertiensibus præerat moderatrix, ad quas nonnunquã uiuens Albertus accedere consueuerat, et sua doctrina, et saluberrimis consiliis instruere, ac plurimum iuuare. Hæc ubi decessisse illum cognouit, studebat assidue cum suis uirginibus opem illi apud deum ferre, qualem defunctis Christiana religio ferendam cõstituit, et erat illa maxime cupida, scire, qualem uitam is ageret. Facta est uoti compos. Nam cum se die quadam somno dedisset, uidit illum ante altare tanquã paratum, ut apud populum concionem haberet, Cumq; ita exorsus esset, In principio erat uerbũ, et uerbum etc. et usq; ad eum locum peruenisset, Plenum gratiæ et ueritatis, subiecit Albertus ipse, et hæc ego oculis meis uideo, nimirum significãs, se in cõspectu dei felicẽ uitam agere. Fuit et alia Cistertiensis uirgo Mathildis nomine, quæ ab infantia uirginitatem suam deo dicauerat, quam quidem duo uenerandi patres, qui consitentem ex christiana traditione audire solebant, persancte affirmabant, nulla se unquam labe mortifera pollutam deprehendisse. Huic multa Deus arcana patefaciebat. Sed illa, ut eiusmodi amicorum Dei præcipuus est mos, maxime se deiiciens, et omnem deuitans humanã laudẽ talia

Aliud testimonium. Domicilla

Att. Testimoniũ aliud.

Itẽ aliud. Mathildis

diligentissime occultabat, nec illa, nisi ab iis qui ius in eam haberet, coacta pandebat. Sancta igitur, ac uenerabilis hæc uirgo affirmauit, se ipsius beati Alberti, ac diui Thomæ animas uidisse tanq̃ duos illustres principes cælũ conscendisse. Vidit deinde cæli regem in suo throno consedisse, duosq; augusta forma et habitu uiros ad eum accessisse, in quorũ uestibus miro splẽdore micantibus uerba inerant aureis inscripta litteris, quæ singula mirificũ splendorem, ac inenarrabilem odoris fragrantiam emittebant. Ambos autem angeli duo cum accensis cæreis diuinum lumen effundentibus præibant, donec ad sedentem in solio regem peruenerunt. post hæc uocem uirgo audiuit, esse quos uidebat, Albertũ, et Thomã, qui diuino lumine in terris illustrati, et spiritali mutui amoris igne fuerint accensi, quod per angelos duos lumina præferentes significaretur. Per uerba autem aureis inscripta litteris, et tantum ex se fulgorẽ emittentia significari eximiã illorum doctrinã, et libros, quos de Christi humanitate, ac diuinitate conscripsissent, ac docuissent. Ex odoris aũt tanti fragrantia, et suauitate ostendi doctrinæ suauitatẽ, et excellentiam, quæ totum iam orbem impleisset, similesq; effectos esse sanctis omnibus, quibus ob uirtutũ, ac meritorum copiã iure comparari possent. Possem hic quorundã refellere stultitiã, qui delyramenta sectantes anilia, fabulas de uiro sanctissimo quasdam commẽti sunt, ut ii, qui aliquã do affirmare sunt ausi, illum a deo petisse, ut decem dies purgatoriũ ignem experiretur, parum memores, quæ ille de grauissimis purgatorii pœnis olim scripsisset, quarum acerbitatem cũ ipse aliis persuadere maxime studuisset, ac diligentissime cunctos hortatus esset, ut totis uiribus darent operam, ut ita purgati per pœnas sibi sponte irrogatas ex hac uita discederent, ne postmodum fato functi purgatorias experiri cogerentur, q̃ ridiculũ foret affirmare illum eas sibi depoposcisse, ut ii quoq;, qui fabulantur, amasse illum aliquando regis gallorum filiam perperam interpretantes omnia, quæ audiunt, ac peruertentes, quæ fabula unde ortum traxerit, ostẽdam. Erat puella genere nobilis ut pote Comitis Suauembergensis filia in monasterio uirginum educata. Hæc rapi nocturnis quibusdã horis a dæmonibus consueuerat, ac ita asportari, ut non modo intractabilis, sed etiam inuisibilis foret. Habebat illa ex iisdem parentibus fratrem, qui unus ex diui Frãcisci minoritis erat. Hic aliquãdo dæmonibꝰ obsistere conatus ẽ, et sororẽ ĩ gremio, et arctis amplexibus fouens dæmonum audacter præstolabat aduentum. Venere illi quidem ex more, et ui sublatam puellam illo nequicquam reluctante asportauerunt. Beatus ergo Albertus coram Parisiensi Pontifice, cum ibi disputaret, huiusmodi rem, ut gesta erat, atque ut ex aliis ipse audierat, narrauit. Hinc inepti, uel improbi quidam imprudenter, uel maligne cuncta obuertentes Fabulam commenti sunt.

Refellunt delyramẽta quorũdam et cõmẽta in Albertum fabulosa.

Adde, q̃ alii quoq; illud inuulgarunt, illum aliquãdo Romã ad cubiculũ usq; pontificis Maximi momẽto temporis esse uectatũ, q̃ audito dæmonũ colloquio nouerat illũ cũ quadã muliere esse rem tunc habiturũ, et ut obstaret uni ex iis dæmonibus mandasse, ut se cõtinuo Romã perferret longo terrarũ spatio semotũ. Quod ergo sancti Antidii fuit Alberto adscribunt, Nã diuus quidẽ Antidius(uti memorant)cũ per pontẽ Dini Fluminis inãbularet, uidit cateruã dæmonũ, quæ ex iis unusquisq; gesserat, principi suo narrantẽ, inter quos æthiopẽ quendã conspicatus est, sandaliũ(id autem calciamenti genus est)manu tenentẽ, atq; iactantẽ, quod post diuturnam pugnã septimo demum anno pontificẽ maximũ ad concubitũ mulieris compulisset. Quod ubi Antidius audiuit continuo æthiopem illum ad se uocauit, et adiurationibus cõpulit, ut se cõfestim illæsum Romã pferret. Paruit dæmon. Perlatus ergo ad cubiculũ põtificis Antidius rem illi, ut ex dæmonibus cognouerat, narrauit. Cunq; ille factũ negaret, aiunt Antidiũ ostendisse sandalium, et monuisse pontificẽ, ut tanti flagitii a deo ueniã posceret, et eodẽ dæmone se reuectante ad suam ecclesiam incolumẽ redisse. Alia quædã similia memorantur, quæ quidẽ, quia indigna relatu sunt, ac meræ nugæ, silentio prætereũda putauimus, quæ quã leuia, q̃ inania sint, et minime credenda, ex iis, quæ de tanti uiri grauitate, sapiẽtia, et sanctitate, famaq; per totũ orbem uulgata perscripsimus, unusquisq; facere cõiecturã potest His igitur omissis faciam finem dicendi, si prius innumerabilia pene illius opera recẽsuero. Hæc igit̃ sunt, quæ scripsit. Cõmẽtaria i totã bibliã idest

Opera per Albertum edita.

In Genesim.	In Prouerbia	In Zachariam.
In Exodum.	In Ecclesiasten	In Malachiam.
In Leuiticum	Iu cantica Canticorum	In duos libros machabeorum.
In Numeros	In Librum sapientiæ.	In Euangeliũ Matthæi
In Deuteronomium.	In Ecclesiasticum.	In Euangeliũ Marci.
In Iosue	In Esaiam.	In Euangeliũ Lucæ.
In Librũ iudicum.	In Hieremiam.	In Euangeliũ Ioannis.
In Ruth.	In Baruch.	In omnes epist. Pauli.
In Libros q̃ttuor regũ.	In Ezechielem	In epist. Petri et Iacobi
In libros Paralipomenõ	In Danielem	In epist. Ioãnis apost.
In Libros duos Esdræ.	In Osee. In Iohel.	In epist. Iudæ apostoli.
In Librum Neemiæ.	In Amos. In Abdiam	In apocalypsim Io. apo
In librum Tobiæ	In Ionam. In Micheã	In oĩa opa, et epistolas beati Dionysii areopagitæ, q̃ i latinũ trãslata sunt uidelicet
In librum Iudith.	In Naum	
In Librum Hester	In Abacuch.	
In Librum Iob.	In Sophoniam.	
In Psalterium.	In Ageum.	

In Libros de diuinis nominibus.
In Librum de cælesti hierarchia.
In Librũ de ecclesiastica hierarchia.
In Librum de mystica theologia.
In Librũ de symbolica theologia.
In omnes epistolas eiusdem.
In Theologia præter ea, quæ diximus, alia q̃ plurima scripsit, ut
Summã theologiæ.
Sup quattuor sentẽtiarum libros.
De quattuor coæuis.
De Homine.
De Partu hominis.
De Formatione hominis.
De Origine animæ.
De differẽtia spiritus, et animæ.
De Bono.
De Vita spiritali.
De Adhærendo deo.
Defensoriũ mendicantium.
De officio missæ.
De Sacramẽto altaris.
De eodẽ sacramẽto sermões.xxxii.
De Muliere forti.
De Laudibus beatæ uirginis.
De Timore multiplici.
De Oratione dominica.
De Reparatione lapsi.
De Diuinatione et prophetia.
De Vnitate intellectus.
Cõtra aueroistas quæstiones.
De Diuersis quæstionibus.
Quæstionũ.xv. librum unum.
Paradisus animæ.
Orationes super euangelia.
Orationes super sententias.
Sermones de Tempore.
Sermones de sanctis.
De Natura deorum.
De Magistris eligendis.
De Vnitate formæ.
De Morali philosophia libros.xvi
Summam philosophiæ.
De Vniuersalibus librum unum.
De Prædicamentis librum unum.
De sex principiis librum unum.
De Diffinitionibus librum unum
De Periarmenias libros duos.
Priorum libros duos.
Posteriorum libros duos.
Topicorum libros octo.
Elencorum libros duos.
Phisicorum libros octo.
De cælo, et mũdo libros quattuor.
De Natura locorum.
De Causis elementorum.
De generatione, et corruptione libros duos.
De Metheoris libros quattuor.
De Mineralibus
De Anima libros tres.
De Nutrimento et Nutribili.
De Vegetabilibus, et plantis.
De Sensu, et Sensibili.
De Sensu, et Sensato.
De Memoria, et Reminiscentia.
De Morte, et Vita.
De Causa longitudinis, et breuitatis uitæ.
De Iuuentute, et Senectute.
De Respiratione, et inspiratione.
De Somno, et Vigilia.
De Somniis.
De Motibus animalium.
De Animalibus libros.xx.
De Intellectu, et intelligibili libros duos.
Ethicorum libros decem.

Cōmētaria i ethicā Aristotelis.
Politicorum libros octo.
Cōmētaria in Politicā Aristotelis.
Oeconomicorum librum unum.
Cōmētaria in librum Oeconomicorum Aristotelis.
Cōmētaria in Problemata Arist.
De Grammatica.
De Alphabetis. xii.
Cōmētaria i Priscianū maiorem, et minorem.
De Rhetorica.
Cōmētaria i rhetoricā Aristotelis.
De Arithmetica.
Cōmētaria i Arithmeticam Boetii
De Geometria.
Cōmētaria in Geometriā Euclidis
De Perspectiua.
Cōmētaria i perspectiuā Alcenis.
De Musica.
Cōmētaria in Musicam Boetii.
De Astronomia.
De Sphera.
De Astris speculū Astronomiæ.
Speculum Astrolabicum.
Cōmētaria i Almagestū Ptolemæi
De Lanificio.
De Nauigatione.
De Agricultura.
De Aratura.
De Medicina.
Methaphisicæ libros. xiii.
De Causis librum unum.
De Secretis Naturæ.

Hæc tot quidem, ac tam uaria sunt, tantus est scriptorum aceruus, ut quicunq; illa diligenter, ac recte æstimet, stupeat, cum cogitet, quomodo illi fere semper occupatissimo uel publice legendo, uel orationi, et cōtemplationi, quod erat illi proprium, ac familiare, uacando sufficere ætas ad ea cōscribenda potuerit. Quæ facile declarant, diuino hominem ingenio proculdubio diuinitus adiutum documento esse mortalibus, q̃ supra hominē attollantur ii, qui humanam imbecillitatem cælesti fauore muniunt, atq; cōfirmant. Hæc habui, quæ de Magni Alberti uita scribere.

NONNVLLI EPISCOPI EX ORDINE PRAEDICATORVM LEANDRI ALBERTI.

Gualla brixiensis. GVALLA Brixiensis eiusdem ciuitatis antistes uidit diui parentis Dominici spiritū super scalas in cœlum a sanctis Angelis ferri quarum sūmitates a Beata uirgine et filio tenebantur. Obiit in natali solo. Io. theuto IOANNES de Liechtemberg Theutonicus sacrarum litterarum interpres, et doctrina insignis, postq̃ Theutoniæ prouinciam in ordine prædicatorum rexerat, Antistes Ratisponensis declaratus est, sermonū uolumen composuit. Raimūdus Gallus. RAIMVNDVS ex Gallia Narbonensi, uir ingentis litteraturæ, ingentisq; morum honestatis, et prudentiæ, Ecclesiæ Grassensis primus Antistes. Porro translata fuit sedes in Grassam ex Antinopoli anno domini. M ccxlii. Petrus Remensis. PETRVS Remensis Gallus uir peritus et litteratus,

post præfecturam Galliæ prouinciæ, quam egerat in ordine prædic. ad episcopatum Aganensem anno domini. Mccxlii. euectus est. Scripsit ex Glossematibus super utrūq; instrumentū opus compendiosum breueq;, tamen succulentum, et nonnulla alia opera utilia. RAIMVDVS Falgarius oppido Miromonte Tolosanæ dyocesis, uir mira prudentia et eloquētia præditus, ex præfectura prouinciæ, cui præerat in ordine prædic. ad præsulatus Tolosanæ Vrbis apicem anno Domini. Mccxxxi. in festo diui Benedicti abbatis assumptus est. Qua in dignitate annis nouem et triginta omni cū laude uixit. Fuerat aliquando diui parentis Dominici socius et in itinere comes, Auxit q̄plurimū Episcopii prælibati annuales prouentus. Nec quo aduixit fratrum suorum prædicatorum oblitus, quinimo et uerbis, et factis plurimum fuit illis adiumento. Vita functus est quartodecimo Calen. Nouembris media nocte dominica, et in crastino diui Lucæ Euāgelistæ sepultus in templo prædicatorum Tolosæ in calce chori, anno domini. Mcclxx GVIDO ex Turre Claramōtēsis factus est Antistes eiusdē urbis, qua plurimū sui uires īgenii multo tēpore ostendit. Floruit anno domini. Mccxlii SIMON ex Glisso uir celebris opinionis et nominis circa annū domini Mccxlii. Antistes Maglonienśis declaratur. IOANNES Boncambius bononienśis, uir ingentis litteraturæ, de quo in quinto libro latius uerba faciemus, cum eius ad sanctissimam religionem narrauerimus cōuersionem anno domini. Mccxlv. accitus a Pont. Max. ad Curiam Vicecancellarius creatur, deinde nostræ urbis tota applaudente ciuitate Antistes declaratus.

opa p ipsum edita. Raimūdus falgarius. guido gal. Simon. Io. Bono.

b ARTHOLOMAEVS Vicentinus uir et litteratura insignis, et morū honestate præditus, ob eius ingentem doctrinā, Romā uocatus, et Magister sacri pallatii factus, excellētissime diui Dionysii Areopagitæ libros cœpit coram tota Curia enucleare, atq; eos ornare scholiis et glossematibus, quo factū est, ut uisa eius eruditione Pont. max. eum Vicentinū Antistitem declarauerit. Quo in fastigio sic se habuit, ut eius nomen longe lateq; diffunderetur. Porro asserebant omnes unū esse Bartholomæum, qui cæteros Antistites prudentia, ingenio, et litteratura longe superaret. Quare omnes ceu numen, aut aliquem e cœlo delapsum colebant et uenerabant. Quod ut animaduertit Innocētius quartus pont. max. eum Legatum præmisit in Gallias ad Ludouicum regē, qui postea inter Diuos ob eius egregia facinora relatus fuit, Qua in legatione sic se gessit Bartholomæus, ut in Galliis maximum sibi comparauerit nomen. Vnde Ludouicus cernens eius uitæ integritatem præcipua eum sibi deuinxit necessitudine. Compositis rebus, cum remeare in Italiam eum oporteret, cōpulsus est a Rege pro mutuo amore accipere munera. Qui uidens se non nisi munere regio donatum posse recedere ex Galliis, unam ex spinis sacro

Bartholomæus Vicētinus.

Vna ſpina xp̄i bartho a.S.Ludouico donatur.

ſanctæ Coronæ dominicæ, diligēti cuſtodia ſeruatæ et honore ī regiis Thesauris reiectis temporalibus muneribus, ſibi dari petiit. Verum Lodouicus eum uoti compotem reddere cupiēs propriis manibus coram Galliarum Heroibus illi unam precioſiſſimam ſpinam elargitus eſt, Quo ordine, quoue apparatu ei tantum munus contulerit, uideri poteſt in quodā libro Cœnobii Vicentini ordinis noſtri. Non enim duxi hic omnia narranda, alioquin uolumen ingens ex huiuſmodi incidentiis contexerem. Accepta igitꝰ a Rege ſanctiſſimo redeundi in Italiam cum precioſiſſimo Theſauro facultate, cum quodam uenerando patre Aſculano ordinis noſtri, temporibus maligniſſimis, et per loca periculoſa Italiam reuertitur. Et tāto diuiſo Theſauro, partem uenerando patri Aſculano dedit, et partem alteram detulit Vicentiam. Porro Aſculani partem illā excepere ingenti cum honore, quā uſq; in hodiernum diem obſeruant. Quum uero Bartholomæus Vicentiā appropinquaret (iam fama uulgauerat illum ſacram ſpinam afferre) obuiā habuit totam Ciuitatem ſertis redimitam, ac faces accenſas manu tenentē, ſanctum Theſaurum ſuppliciter adoraturam clamantemq;, Benedictus, q uenit in nomine domini. Et quum patres noſtri Cœnobium non haberēt (licet incolerent Vrbem, et in quadam domuncula habitarēt) obtinuit a toto populo in loco prophano magnificas ædes extrui, quo hæreſeos labe infecti homines multo tempore inhabitauerant, ut ubi olim ſuperabundauerat malitia, Dei bonitas et gratia ſuperabūdaret. Igitur exruderato loco, conſtructum eſt ingens Templum, Chriſti Coronæ dicatum, et ſpinæ ſacratiſſimæ poſita ara, in argēteo uaſe recōditæ ad id fabricato auro ac unionibus adornato, quo ſuppliciter uſq; ī noſtram ætatem a ſenatu populoq; Vicentino adoratur. Quotannis etiam luſtrata urbe cum facibus accenſis, præcedētibus pulcherrimis Virginibus ſertis ornatis, crinibuſq; panſis et oībus ſacerdotibus, per totam Vrbem circunfertur, deinde argentea corona ingentis ponderis Templū prædictum, uaſiſq; pluribus cæreis diuerſis coloribus ornatis et imaginibus a ciuitate donatur. Verum de his hactenus. Dū eſſet in Galliis Bartholomæus libros quoſdam diui Dionyſii legit. Igitur poſtq̄ Clero ac Ciuitati ſuæ pluribꝰ āņis moderatus fuerat, uita ſanctiſſime defunctus eſt, atq; ſuo iuſſu in Templo prædicatorum Vrbis Vicentinæ ſepulcro (ut par erat) tanto uiro digno, quod adhuc in parietibus dextris templi præfixū lapide ſculpto cernitur, ſepultus. Dum ipſe in eodē Cœnobio anno domini. Mccccxcv. exiſterem cuiuſdam Ciuis Vicentini iuſſu appenſa lampas eſt, quæ iugiter die noctuq; oleo ſuffuſa, ante eius ſacrum manet accenſa, referentis ſe meritis eius quoddā a domino beneficium promeruiſſe. Poſt gloſſemata in Dionyſium, ſanctorum uitas Bartholomæus, breui epitomate complexus eſt. Sanctiſſimā ſpinam domini Vicentiā detulit

Excipitꝰ ſpina a uicentinis cū igēti honore.

Atē. Quāta ueneratiōe ſacroſancta ſpina a Vicentinis colatur

opa p̄ Bartho. edita.

anno domini. Mcclx. Quod et iisdem temporibus aliam inueni Bononiã fuisse delatã ex Galliis per patres nostros, et locatam in Templo nostro p̃dicatorio, prout refert Hieronymus Albertutius Burfellus noster conterraneus in annalibus suis. Quodq; preciosissimũ munus diligenti asseruat custodia, et præcipua ueneratione colitur a nostra Ciuitate Bononiensi et quotannis in octaua Resurrectionis Domini die a toto populo suppliciter adoratur.

Alia Sãctissima spina Bonon. delata.

Præcipua ueneratiõe colitur

VILIELMVS Antacanensis Antistes uir acris ingenii, et probitate conspicuus Innocentii. IIII. pont. max. iussu cum Hugone de sancto Theodorico Cardinale Canonem Carmelitarum digessit. Sed ut res melius intelligatur, altius exordiar. Fuerũt ab initio Ecclesiæ nascentis in Hierosolimitanis partibus, seu in palestina, et præcipue in Monte Carmello nonnulli uiri soliuagi seu (ut eorum utar uocabulo) hæremitæ, prout fusius in Cronicis et in compluribus sanctorum gestis et actibus uideri potest. Circa uero annum domini. Mccxxvi. horum integrãtatem, moresq; sanctissimos cernẽs Aymericus Malafayda Anthiochenus patriarcha uir insignis, eorum consuetudine plurimum delectatus, spiritualibus eos fouere cœpit auxiliis, Sed cum nullum in scriptis uiuendi modum haberent, Vnum, quo uiuere deberent conscripsit, deinde alium ab alio segregans, criptam, seu tugurium per Carmelli montem cuilibet propriũ tribuit. Postremo, reposuit omnes sub cuiusdam uiri probi cura, et professionis nodo ad illum modum seruandum colligauit, Curauitq; legem per se latam a sancta sede apostolica approbari. Sicq; huiusmodi uiros diuagãtes per Carmelli Montẽ in unũ collegit. Post multos uero annos ad Innocẽtiũ prænoiatũ Lugdunũ uenientes, (pro eo q; Canon dictus nimis grauis uidebat, nec in urbibus, uel uicis habitare licebat) obtinuere, q; cõmitteret totũ eorũ negotiũ Hugoni Cardinali, et Guilielmo Antistiti Antacanensi ordinis prædic. ceu uiris egregiis et ingẽti prudẽtia præditis, ac discretione p̃cipuis. Ii uero iussu Pont. specialẽ canonẽ scripsere, atq; illis tradidere quo ex tũc profitentur et uiuunt. Mccxlvii. Hæc ex Cronica nostri ordinis

g Guiliel.

Aqbus canõ carmelitarũ digestus.

aymericus malafayda

CLEMENS i Scotia Antistes plenus fide et uirtutibus ãno domini Mccl. uita fũctus ẽ. OTto de Malis p̃uinciæ Saxoniæ, cũ esset in armis uir p̃bus animaduertẽs Mũdi pericula, quæ hominibus continue imminent, relicta militia qua pluribus annis strenue se gesserat, sancto afflatus numine, togã prædicatoriã sub parẽtis Dominici uexillo militaturus sumpsit, Deinde factus præsul Mindensis, circa annũ domini milesimũ ducentesimũ septuagesimum primum sanctissime spiritum efflauit. ROBERTVS Anglicus Antistes Cantuariensis, uir sciẽntia, et sanctitate ornatus, floruit circa annũ domini milesimum ducentesimum septuagesimum septimum.

Clemens.

Otto saxonus.

Robertus Anglicus.

ALDOBRANDINVS CAVALCANS FLORENTINVS IOANNIS CAROLI FLORENTINI OR.PRAEDIC.

LDOBRANDINVS Florētinus, Episcopus Vrbeuetanus. Hic ex nobili familia Caualcantium ortus, uir excellēs et oīum sui temporis hominum scientia clarus. Siquidē a teneris annis diuino se famulatui dedens iuuenilia omnia, ut inuisa et incognita superās, ad religionis grauitatē atq; præstantiā cōuolauit. Licet enim multa in adolescēte esset prioris uitæ teneritudo, nihil tamē nocuit ei quominus quæq; religionis ardua toleraret, sed suæ ætatis atq; educationis iura transcendens, omnia inuicto animo percurrebat. Diuino enim cum ageretur amore, uiam mandatorū dei, ut multo ante Propheta prædixerat, facillime læto corde et plano conficiebat itinere. Arta quidem domini uia ē, spinisq; ac uepribus circūsepta, sed negligentibus ac nimiū delicatis. At his qui diuino amore ardescunt facilia omnia, asperum uero nihil durumq; uidetur, ut non iam inter spinas, sed uirtutum flores et lilia uideantur excurrere. Ingressus itaq; ordinem, sanctorū patrū priscorum confestim mores, studiaq; imbibit, omniūq; uirtutū exercitationi q̄ diligentissime incubuit. Præcipue uero multa illi ad deum nostrū deuotio erat, singularis mansuetudo, multa in cōuersatione facilitas uisq; discretionis immēsa. Vitæ quoq; illi integritas fuit, et ī pferēdis omnibus uitæ spiritualis aduersitatibus incredibilis animi magnitudo. Quippe diurnis orationū sanctarūq; meditationum operibus inuicto incumbens animo ieiuniisq; crebris huius uitæ carnem spiritui subiiciens, somni temperatissimus erat. Nam cum semper ad matutinas uigilias surrexisset, breui dormitione contētus, illis demum perfectis, in templo ipse studiosius atq; ardentius pernoctabat, infirmioribus aliis ad sua loca denuo remeantibus. Maxima uero illi cura fuit, deum pro sui ordinis incremento precari, deinde pro hæreticorū perfidia, qui populos iam multos ac ciuitates infecerant, enixe et deuotissime deū exorabat. Obedientissimus aūt in iustificationibus domini, ac suæ religionis institutis atq; præceptis promptissime fuit, nihil omnino prætermittēs aut negligens, qđ uel leuiter ad obediētiæ iura pertinere credidisset. Sui quoq; ipsius contēptor multa humilitate habebat insignis. His igit̄ satis instructus uirtutibus, quo fidei iura aduersus hæreticorū uersutias tueretur, ex his ad studia litterarū se transferēs, quū sacras præsertim litteras studiosissime hausisset, prædicationis officiū summa eloquentia, et grauitate, et amplissimo animarū zelo, et multo feruore assumens, ciuitatibus multis ac populis uerbū domini cōstātissime atq; utilissime prædicauit. Neq; enim magnorum reuerebat̄ potentiā, aut eorū formidabat indignationes, aut terrebat̄ minis,

Vestimenta prædic. sumpsit aldobran.

In ecclesia Aldobrā. pernoctat.

Att.

Obediētiā Aldob.

Att.

nec studium remittebat aut labores effugiens, aut hominũ gratiã cupiens, sed omnibus huius mundi postpositis respectibus, dei solum uoluntati et proximorum saluti operam dare studebat, sui corporis uitam libentissime pro dei legibus et præceptis exponens, fortiaq; omnia inuicto animo gerens, quæ nonnullos alios sua ætate uiderat pertulisse. In ea enim inciderat tempora, quibus adeo inualuerat hæreticorum pestis, ut etiam confligere manu, et armis haudquaq̃ uideretur indignum. His itaq; optimorum exẽplis imbutus nequaq̃ longe mirãdum si eo fuerit ardore effectus, ut cupidissime pro deo, si id fieri uoluisset, mortem excipere, paratissimus foret. Itaq; quũ ex priscis illis beatis patribꝰ nostris Aldobrãdinus extiterit, suisq; uirtutibus mirũ imodũ subesse hactenus didicisset, his exercitationibꝰ iã ad priorotũ cõuẽtus Florẽtini a patribus iudicat idoneus. Erat qdẽ i eo pstãs ingenũ, et sũma prudẽtia, ac pterea nõ nihil hoi afferebat innata nobilitas, qua cæteris eius uirtutibus cũctos facile aĩos nobiliũ in sui gratiã attrahebat. Auctoritas quoq; sũma ei accedebat et dignitas uenerãda, qbus rebꝰ quosq; iugo subderet disciplinæ, ut nullius tãta esset præsumptio, quæ Aldobrãdini nõ putaret se præfectura fœlicẽ. Prioratũ ergo præfati conuentus septimo loco a prima sui conditione cum esset ex patrum omnium uoluntate cõsecutus, in ea administratione longe magis eius probitas ac uirtus emicuit. Neq; enim ea tempestate, aut fortuito casu, aut inconsiderate homines præficiendos censebãt, nec crebris mutationibus congaudebant, sed uirtute ꝓbatissimos atq; excellẽtis ingenii uiros, qui essent mores moderaturi ac temperaturi eligebant. Cumq; iam eum prioratum iniisset, incredibile dictu est quanta mansuetudine ac pace cõmissum sibi conuentum gubernabat, eius nequaquam oblitus sententiæ, qua saluator noster discipulis inquiebat. Si quis uoluerit inter uos maior esse, erit uester seruus. Quocirca (ut beato Augustino in regula placet) iam non se existimabat potestate dominantẽ sed caritate seruiente fælicem, Neq; uero facile declarari posset quam excellenti plurimarum uirtutum feruore atq; deuotione, conuentum omnem promouerit, ac proximorum salutem faciendam uel prouidendam curauerit, ac tandem quanto studio et diligentia, suam iam exurgentem domum et amplificare atq; exornare perrexerit. Nam postquã fratres suos intra claustrum et uitæ sanctimonia, et præclaris uirtutum exemplis instituisset, optimisq; artibus et moribus decorasset, ad exteriora se conferens plurimum operis et laboris assumpsit, ut nouũ hoc quod cernimus templum, ingenti magnificentia fabricaret. Licet autem hoc ei perficere non fuerit a diuina bonitate concessum, cum tamen ea res iuxta designationem (quam nũc cernimus) operis esset imẽsi, sumptus uero amplissimi, queadmodũ Salomoni filio Dauid pater, sumptus oẽs, materieq; fabricæ opportunã multo ante

Mores Aldobrãdini

præficit a patribꝰ cœnobio Florentino.

Att.

Att.

Quã egregie se i dicta pfectura habuerit

tempore præparauit, ita hic Aldobrandinus una cū Pascali uiro in iis utiq; rebus solerti q̄ plurima procurauit, quibus hoc ipsum templum commodius construi, atq; celerius posset ædificari. Vnde eo tempore ecclesiam sancti Iacobi (quæ tum quidem ad burellam dicebatur, nunc uero ad puluerosam) fratribus donari curauit. Plateam etiam (quam nouam dicimus) horū opera populus Florentinus ordini nostro multa largitate concessit, et alia plurima quæ seorsum enumerata, prolixiorem seriem nostræ narrationis efficerent, quam uellemus. Sed ut in summam omnia congeramus, quæcūq; arbitratus fuisset fratrib9 adiumento esse atq; fauori, ac præterea solatio uel recreationi, ea omnia summa diligentia ac studio procurauit. Quūq; iam quinquennio præfuisset absolutionem a patribus postulauit, quatenus ab huiusce laboribus aliqua ratione quiesceret. Quamuis enim omnia summa charitate perficeret, longe tamen illi iocūdius erat nequaq̄ tantis curis inuolui, sed quādoq; suæ indulgere quieti. Quod quū patres eius rogatui satisfecissent, conuentui præfato Henricum Massanum præficere decreuerunt. Quo consimilibus studiis omnia gerente, quum et ipse triēnium transegisset, ab eo prioratu absolutus ad Aldobrandinum denuo fratrum omnium uota se contulerunt. Sed cum ille maiorem in modum refugeret, summo tandem conatu extorsere, ut prioratum assumeret. Resumpto igitur prioratu ad studia priora regressus, omnia fratribus prouenire curabat, quibus liberius et commodius possent domino famulari, et nihilominus populorū saluti intendere. Quumq; in huiusmodi exercitationibus Aldobrandinus pluribus annis incubuisset, quū se requieturum speraret, quandoquidem rē domesticam, et familiarem suo studio plurimū auxisset, tum demū maior illi solicitudo accessit. Namq; eius probitate, atq; uirtute permoti patres romanæ prouinciæ, hanc ei regendam atq; gubernādam tradidere, Quæ tūc temporis cōtinebat Regni Siciliæ et Trinacriæ prouincias. Quocirca quātæ præstātiæ atq; auctoritatis extiterit, hinc maxime intelligi pōt. Itaq; eius prouinciæ administrationem summa omnium gratulatione adeptus, quē admodum priuatæ suæ familiæ ac domui multa cum dignitate et gratia p̄fuisset, ita et longe maiori diligentia et studio hanc prouinciam lustrans, omnibus salutaria monita et deuotonis eximia exempla p̄bebat. Neq; uero labori parcere solitus erat, nec (ut plæriq;) quieti indulgebat, sed ducis et militis officio functus, multos lacessitos bello, ac pene prostratos, monitis, et exemplis prouocabat suis, Nihil in spirituali uita animi magnitudine ac pseuerātia opportunius esse cōmemorās ita seruis dei currēdū fore, ut quēadmodū suadet apostolus aliquid rati aut stabilis cōprehēdamus, ne in icertū cucurrisse, aut aerē uerberasse uideamur. Præterea his exercitationib9 castigari corpus et i seruitutē redigi, quo subacto securius ad cætera oia spūm

Ipso petente a p̄fectura abrogat̄ post quinquenniū, Henricus.

ꝓperare, Qui si uirtutũ īcõsulte defatigemur labore uacationeq́ʒ petamus, ingẽs nobis aīarũ periculũ īminere, ne quos illa et rerum huius uitæ sacietas nos in facinora mala deiiciat atqʒ prosternat. Proinde magno eos aio esse oportere et aduersa omnia æquanimiter tolerare, sicqʒ demum aiebat iuxta Saluatoris sẽtẽtiam eos proculdubio animam possessuros. Atqʒ his et huiuscemodi uerbis cõsternatos animos erigebat, ardẽtioresqʒ facti, quæqʒ ardua et aspera, cõstanter, et fortiter perferebant. Itaqʒ ubiqʒ adesse singulisqʒ rebus atqʒ negociis præesse curabat, per negligẽtiam, aut ignauiã nihil omittens, sed omnia quæ uiderent agenda summa grauitate prudentiaqʒ dispo nens. Quũ uero sanctæ religionis ardẽtissimus zelator et haberetur et esset instituta omnia et cærimonias, ac reliqua uitæ spiritualis documẽta, ut per se ipse seruabat ita aliis seruanda proponens, bonis quidem et naturæ benignitate præstãtibus plurimũ fauoris impẽdere solitus, remissiores uero ac tardos ad quæqʒ optima prouocabat, duros autem et insolentes cohibere atqʒ castigare minime formidabat. Maxime aũt his fauere plurimũ uidebatur, quos animaduertisset ad religionis promotionẽ atqʒ decorem quam aptissimos et idoneos fore, ac præsertim, quos prædicandi exercitationis studio irremisso incumbere cernebat. Consulebat ocissime studia sæcularia percurrẽdo transeunda, omnem uero operam et diligẽtiã in sacrarũ litterarum peruestigatione notitiaqʒ esse reponendã, quibus et suæ et proximorũ saluti cõmodius atqʒ utilius possent prospicere. (Nam et ob eã rẽ nos prædicatores uocari) qua in exercitatione asseuerabat, haud nisi sacras litteras sibi proponendas uideri. (Neqʒ enim ad auriũ pruritum, aut uoluptatẽ, seu ad eloquutionis uenustatem atqʒ leporẽ, sed ad animarũ salutem, ad gratiæ collationẽ nostros homines a deo atqʒ beato Dominico īstitutos atqʒ ordinatos fuisse dicebat) qui uero secus efficerent, eos non satis intelligere q͛d prædicatoris nomine designet. Quo circa unũquẽqʒ eorũ ut suadet Apostolus uocationẽ suã intendere oportere ac nequaq̃ ab officio discedere aut in alienas uias declinare humanissime cõmonebat. Igitur cũ huiuscemodi adhortationibus atqʒ exemplis plurimum Romanæ prouinciæ utilitatis attulisset, miraqʒ et ingenti apud omnes gloria floruisset, clarior quoqʒ apud summos pontifices factus multas procerum et magnatũ familiaritates inierat, qui hoīs uirtute atqʒ integritate ac ꝓterea religiosæ uitæ cõuersatione magnopere delectabanť. Erat uir (ut diximus) multa grauitate et discretionis prærogatiua excellẽs, quiqʒ in cõsulẽdo et adhortãdo plurimum auctoritatis habebat et gratiæ. Itaqʒ Gregorius decimus pontifex maximus quum eius iampridem fama atqʒ opinione fuisset amplissime delectatus, tum sibi hominem propter eas quæ romanæ ecclesiæ molestias imminebant multo necessarium fore arbitratus, ipsum Aldobrãdinum, cuius

Atť. Vnde prædicatores. dicti, et ad quid instituti.

Gregorius decimus.

Antistes urbeuetanus inuitus aldobrā.pfi citur. Atr.

Qualiter se habuerit in episcopatu.

Agebat qđ officii sui.

O rarissimū uirū.

Bonauitus Garaldus. Laurētius ord.præd.

Quātū illi Greg. tribuebat.

Vicarium Gregor. Aldobrā. Romæ dimittit.

Verba Aldob.ad gregoriū .x.

uirtuti tā egregia tribui audiuisset, Vrbeuetanæ ecclesiæ præficiendū existimauit. Qui quū se ulla ratione perhibiturū dixisset esse consensum, tandē pontificis præcepto astrictus, iam recusare nō ualēs, eius ecclesiæ pontifex ordinatus, a clero populoq; multa frequentia est susceptus. Ea uero dignitas nequaq̄ uiro præstantissimo aut pristinā deuotionē aut mansuetudinē q̄ ante habuisset subripuit, sed uno dūtaxat loco cæteris præstare cōtentus, reliquos fastus et ambitiosos tumores diligentius euitabat. Prædicationibus quoq; et optimarū artiū adhortationibus creditas sibi educans ac enutriēs oues, ut uerus et integerrimus pastor earū patrocina prosequebat̄ studio, et solertia singulari. Maxime uero illa curabat, quæ aīs nostris salutē possent afferre, diuinarūq; rerū imprimis habebat diligentiā, ut in sacramētorū collationibus multa esset reuerentia et insignis nitor. In optimorum aūt promotionibus et petulātissimorū obiurgatione atq; emēdatione accuratissime intēdebat. Præcipuū uero ad pietatis opa illi studiū fuit, proq; egenorū subleuatione et adiumēto, in eorum utilitatibus et cōmodis pene singula cōuertebat, nihil sibi nisi q̄ necessitas suasisset aut dignitas postulasset conseruans. Quas ob res dei et hominum beniuolentiam sibi et gratiam comparauit. Illum secuti sunt paterna charitate Bonauitus ex Lanutorum familia ortus et Garaldus Binus ac Laurentius Minerbetus Rugerini præstātissimi equitis filius, qui nequaq̄ passi sunt nisi morte ab eius consortio separari. Nihil ergo in Vrbeuetanorum urbe erat eius fama præclarius, nihil eius pietate illustrius, nihilq; illius auctoritate gratia ue præstātius. Itaq; quū his esset moribus Aldobrandinus et uirtutū gratia decoratus, Gregorius pontifex quū ad Lugdunensem synodū ire disponeret, quē loco sui in urbe Roma relinqueret, eiusq; uices in eis regionibus retineret, Aldobrādino digniorē ac fide maiori præpolentē reperit neminē. Ad hāc itaq; synodū profecturus Romæ (ut prædiximus) Aldobrādinū Vrbeuetanum antistitem uicarium dereliquit, existimās eum uirum egregiū et uirtute singulari pstātē, et talē, qui harū regionū cōtrouersias posset et discensiones oīo prudēter dissoluere, aut saltē solertissime cohibere. Quum ergo prope diē se recessurū pōtifex edixisset, quum nōnulla secretiora ipsi Aldobrādino reseruāda atq; iniūgēda narrasset, tādē si qua ex eo ipetrare uellet pcōtatus ē. Ad quē ipse Aldobrādinus ita loquutus ē. Ego qdē pater beatissime plibēter te hinc pficiscētē fuissem deuotissime psequutus, eoq; uel maxme, ut quū Florētiā puenisses te suppliciter exorarē, ut dissidētes ciues meos ad pacem atq; cōcordiam reuocares. Nihil enim mihi potius fuerat, q̄ intelligere eos positis litibus, sanctissima pace pfungi. Nūc āt quādo tibi placitū est in loco isto cōsistā, enixe oro ac deprecor, ut idē ipse pro tua benignitate efficias. Et quoniā ī ea urbe (ut nosti) gibelinorū atq; guelphorū

factiones ciues omnes et uniuersum populum macularunt, ego utriusq; factionis causas deuotissimis pcibꝫ tuæ beatitudini facio cōmēdatas. Neq; enim aliud cupio, nihilq; desidero, nisi pacificū cernere ac tranquillū ciuitatis statū, quod nulla ratione sunt penitus habituri, nisi hæc inania nomina factionū deleas, exq; ciuiū animis omnino depellas. Quod si tuæ beatitudinis opera fuerit nostra ciuitas consecuta, nobis quidē peropportunum erit, tibi aūt nomen perpetuū et indelebilis fama, nō solū apud nostros, sed etiā apud omnes gentes excrescēt. Ad ea pontifex perbenigne respondēs, ipsius cōprobata sentētia, oīa se quū Florētiā aduenisset, ex eius uolūtate facturū promisit. Roma igitur pontifex mouēs, Florētiā trāsire constituit. Quo quū aduenisset, pace inter partes cōfecta, et obsidibus ex utraq; parte datis, obsides Gibellinorū profugerūt urbe, inquiētes, sibi intētatā mortē, quū primū pōtifex recessisset. Quare pōtifex iratus idibus Iulii urbe excessit anno salutis. Mcclxxiii. excōmunicationis et interdicti interminationes in urbem populūq; relinquēs. Post multū uero temporis Florentiā uenies, quū esset senectute cōfectus, nihilominus nec ppter hoc optima ac sanctissima studia remittebat. Valebat qdē aīo plurimū, et si corporis detineretur imbecillitate. Orationibus. n. et diurnis lectionibus totos absumebat dies. Cōueniebant aūt ad eū pp hoīs dignitatē et sermonis leporē oēs, quibus erat aut cōsciētiæ stimulus aut reꝝ suarū pturbatio atq; molestia, quos oēs senior charitate excipiebat multa, cōsiliisq; fouebat et admonitionibus tuebatur. Præterea ad noui templi fabricā, tā magnopere quū esset intētus undecūq; poterat pie coaceruare meditabatur opes, hos quidē suasu, illos aūt incertorū restitutione ad ea pietatis opera prouocās. Quū ergo huiusmodi multa pro sua domo ac familia egregie ac sanctissime perfecisset, atq; ab aliis gerēda curasset, iam plenus dierū malā incidēs ualitudinē, ubi se morti proximū aīaduertit, circūstātibus illi fratribus suis, quos ingēti semper complectabatur amore perhumane eos ita alloquutus fertur. Se quādiu potuisset pro suæ religiōis et domus pmotione et augumēto plurimū laborasse, nulliq; uirtuosæ hactenus pepcisse rei, q̄ extimaret aliqd suæ religiōi atq; familiæ laudis et gloriæ pueturū. Nūc inqt fratres mei quādo deo placitū ē ut carnis iura psoluā, hic pfecto eo uel maxime lætus discedo, qđ cernā id uos ex me, uel opa mea fuisse cōsecutos, qđ Salomon ipse a Dauide parēte suscepit. Nā quēadmodū materiā lōge multā p domus et tēpli fabrica pparauit, ita et nos uobis, quos filiorū semp hūimus loco, et noui tēpli descriptionē egregiā, quā nō dubitamus oī ciuitati ornamēto atq; decori futurā, et latissimæ domus dignitatē (cui similē fortasse nūq̄ i toto orbe estis habituri) reliqsse i pximos ānos gaudemus. Quæ postq̄ fuerit ad pfectū deducta, cauete ne talis in uobis obrepat uiuēdi modus, ut illud Ciceronis i uos pnūciari possit. O

Gregorius florētiā petit.

Aldob. iā senex Florētiā uenit

Att.

Studia eius in senectute.

Oratio Aldobrā. ad circūstātes in ultima ægritudine cōstituti.

Att.

domus antiqua, quam dispari dominaris dominio. Itaq; si boni, si studiosi siq; spiritualis uitæ amatores per tempora superiora fuistis, perseuerate oro ac deprecor fratres mei, eisq; iustificationibus, quas beatus pater noster Dominicus et primi nostri ordinis fundatores instituerūt, toto aĩ anixu intendite. Quippe, si secus feceritis, aut uos, aut hi, qui ex uobis prouenerint, hoc insigne templū, qđ ꝑfecto insigne futurū est, decoraq; domus ĩprobis habitatoribus, amplissimo erit ludibrio atq; cōfusioni. Neq;.n.(ut sacræ litteræ docét) ꝓꝑ locū gentē, sed e diuerso, ꝓꝑ gētē locū dominus eligere consueuit. Et q̄uis ego hac domo lutea dissoluta ex hac uita demigrē, nō defutura tamē uobis plurima uirtutū exēpla cōfido, quæ sequamini, mō neglígentiæ aut desidiæ minime indulgere uelitis. Proinde uirtutibus operā date. Nā si ita feceritis, et uobis et omni posteritati hāc insignē domū, ac singulare templū, omni proculdubitatione seruabitis. Quæ quū dixisset aderant cognati oēs et q̄ plurimi ciues, qbus fuerat uiuēs pia familiaritate cōiūctus, qui uehemēter eius ingemiscebāt mortē. Ad quos cōuersus antistes huiuscemodi uerbis hortatus ē. Ingēti ꝑfecto cōciues proximis diebus afficiebar lætitia, cernēs uos oēs ad pacem atq; concordiā esse promptissimos. Ad huius rei prosecutionē et perseuerētiā, tota mente uos adhortor et moneo, qua nil melius atq; utilius fore cognosco. Et quāuis ego a uobis morte discedā, legatū habebitis tam excellenti uirtute et gratia decoratū, ut eius opera et studio, si esse uolueritis tales, quales uos futuros esse confido, optimam pacē et quietē firmissimā cōsequemini. Ego quidē cū ualerē(ut scitis) paci magnopere cōcordiæq; uestræ studebā. At nunc quādo uitæ finis aduentat, orationibus apud deū precibusq; iuuabo. Orate uero deū, ut sua benignitate et gratia, me locus talis excipiat decedētem, in quo uobis præsidio esse possim. Hæc ubi dicta sunt ingrauescente lāgore, sacramētorū omniū munimine confortatus, multa deuotione ac fide integerrima suū domino spiritū recōmendās, corā orantibus fratribus collachrymātibusq; pariter, et cognatis animā suo reddidit creatori. Homo certe singularis et præstās, et qui plurimum suæ religioni, ac domui profuit et uirtutis exemplo, et earū rerū quæ religionis opportuna sunt procuratione. Vita uero excessit pridie Calē. Septembris anno christianæ salutis. Mcclxxix. Celebratū ē funus eius ingēti ciuiū pompa et cognatorū prosequutione, atq; (ut arbitror) in ueteri ecclesia primū ueluti sub deposito tumulatū. Procedētibus uero annis et iā nouo ædificato templo(qđ cernimus) in meritū laboris assumpti, in eius loco præcipuo ei sepulcrū insigne iuxta illius ætatis morē collocatū est. Quūq; eius ætatis homines simplicioribus et longe minoribus essent cōtēti, isti uero locus ornatissimus deputatus est, satis hinc intelligi potest Aldobrādinū sūmū uirū atq; omnium memoria dignissimum extitisse.

Verba Aldobrādini ad ciues.

Obitus Aldobrādini uiri ĩsignis

ITEM EPISCOPI ALII LEANDRI ALBERTI.

PETRVS Malirati Auinionensis, Episcopus Vencensis factus est anno domini. Mccxciii. Carolo rege procurante, Cuius fuerat a secretis. GVILIELMVS ex monte Cathano, uir moribus et scientia clarus præsul urgellensis anno domini. Mccxciii. declaratus est. RAIMVNDVS ex Medullione Antistes Vapiscensis uir omni laude dignus, et omni uirtute præfulgidus, uita functus ẽ anno domini. Mccxciiii. magnum posteris humilitatis nomen relinquens. GENTILIS Romanus quẽ Bonifacius. VIII. Cathanẽsi ecclesiæ præfecerat, circa domini annum Mccxcvi. spiritum efflauit bonis operibus fultus. Mccciii. PETRVS POLONVS Caminensis præsul in Polonia, quondam in Curia Romana Pœnitentiarius Genuæ anno Domini. Mccxcviii. diem suum obiit, atq; in Templo prædicatorũ sepelitur. THEODORICVS Borgognonus Lucensis Hetruscus, uir omni religione ornatus, Antistes Ceruiensis, postq̃ annis duobus et septuaginta ordinis prædicatorum togam portauerat, et Ceruiẽsi Ecclesiæ quadraginta duobus præfuerat, et annos tres et nonaginta in humanis egerat, Bononiæ uita excessit, et sepultus in æde maiori Templi prædicatorum ad leuã maioris aræ sepulcro lapideo insculpto, qđ adhuc cernitur, a se constructo, superioribus annis instauratum fuit iam uetustate pene collapsũ per patres nostros. Dictam ædem, prout præsefert inscriptio graphice ĩ eius sepulcro posita, egregie ipse a solo erexit, certe opus insigne, et dignissimum, prout uideri potest, quod minime absolutum fuisse arbitior nisi ingenti, et grandi pecunia. VVLFRANNVS Picardus uir pusillæ staturæ sed magnæ uirtutis, Carolo Rege Siciliæ procurante, p̱ Bonifacium. viii. Pont. Max. Beethlemiticus Antistes declaratus est anno dñi. Mccci. Eo. n. tp̱e in sede Beethlametica Antistites p̱manebãt, porro ea regione nundum ethnici potiti fuerant. RAMBERTVS ex nobili primaditiorum familia Vrbis Bononiensis satus est, uir ingentis litteraturæ, ingentisq; spiritus, fuit Parrysiẽsis doctor, et anno domini. Mccci. factus est præsul Venetiarum, et ibidem diem suum obiit, atq; sepultus in Templo prædicatorũ sanctis martyribus Io. et Paulo dicato. PETRVS de Alamanone Episcopus Cystoricẽsis nobilis genere, sed benignitate ac mansuetudine nobilior, exemplar et norma religiosorum, deo spiritum reddidit, anno tertio episcopatus sui. Mccciiii. in ædibus aquensibus Galliæ narbonensis ordinis prædicatorum. Carolo regi prouinciæ Galliæ Narbon. se se comitem in omnibus præstitit, et a Siculis captum nunq̃ dimisit, ueri amici officio fungens, qui amicum haudquaq̃ derelinquit. IAMIORDANES Romanus litterarum sacrarum optimus interpres, prudens in rebus agẽdis,

Petrus. Guiliel. Raimũdus. Gẽtilis ro. Petrus polonus. Theodoricus Lucẽ. Capella maior erecta Bon. Vulfranus Picardus. Rambertus Bon. Petrus ex Alamanone. Iamiordanes Ro.

maturus grauis, et maxima morum honestate compositus, cum esset Pataui-
uinus Antistes ad præsulatū Bononiensem translatus est quo deuotissime
Guido Vicentinus. uita functus est anno domini. Mccc.iii. GVIDO Vicentinus uir sapiētia
præditus, et religione cōspicuus, ex præfectura prouinciæ Lombardiæ, quā
administrabat ī ordine prædic. per Benedictū. xi. Pont. Max. Antistes Fer-
rariensis declaratus est. anno domini. Mccciii. Quippe Pont. Max. uiri do
Iacobus. ctrinam, mores, et religiositatem nō ignorabat. IACOBVM Benedictus
xi. Episcopio Mantuano præfecit, cuius toties dum in minoribus existeret
prudentiam, religionem, morumq; præstantiam expertus fuerat, Porro so-
cium sui laboris regens ordinem prædic. delegerat. Quāobrem dignū hac
Durandus Gallus. dignitate ornari ipsum putauit, Anno Domini. Mccciii. DVRANDVS
Gallus sacræ theologiæ doctor, et sacri pallatii Magister Meldensis Episco
pus declaratus est. Vita excessit anno domini. Mccciii. Dimisit post se uir
Rodoricus Hispanus. litteratissimus scripta super libros sententiarum. RODORICVS Hispa-
nus Munione Generali Magistro ordinis nostri aspernāte Compostellæ
episcopatum, ultro a Nicolao quarto oblatum, hoc munere donatur. Vita
excessit Compostellæ anno decimo octauo postq̄ ad eam dignitatem eue
Augusti. Hungarus ctus fuerat, paulopost Xpi Saluatoris natalem. Mccciiii. Et AVGVSTI-
num Hungarum uirum sanctissimum ad præsulatum zazabriensem Bene
dictus undecimus pont. in Romana Curia existentem euexit, anno domi-
Garinus Gallus. ni. Mccciiii. et exinde ad Nucerinū, ubi miraculis claret. GARINVM Ce
nomanensem Gallum Sagonensem Antistitem uirum scientia, et pruden-
Io. seruādi tia clarū anno domini. Mcccvi. florentē, atq; IOANNEM Seruādi præsu-
lem Lucensem in Gallatia anno domini Mcccvii Virtutibus micātē, post
Iacob9 lausanensis. hos locamus. IACOBVS Lausanensis doctor parrysiensis uir ingentis sci
entiæ ingentisq; litteraturæ, et sacris apprime litteris politissimus, euectus est
ad præsulatū Ecclesiæ Lausanensis natalis soli. Eius ingenii acrimoniā Cō
opera p̄ eū edita. mentaria super nōnullos sacræ scripturæ libros per eū facta, et prædicabiles
sermones super Euangelia occurrentia per annum et de sanctis, nec nō scri
pta super libros sententiarum optime declarant. Floruit circa annū domi-
benedictus Nouocomensis ni. Mcccxiiii. Hunc comitatur BENEDICTVS Nouocomensis uir mul
ta doctrina multaq; peritia litterarū fultus. Is postq̄ docendo, disputādoq;
Parrysii ostendit ingenii sui uires, tandem Patrii soli Ecclesiæ uidelicet No-
Cōcordātias sup̄ dictis sancti Tho. fecit uocomensi a pont. max. præficitur. Primus omniū diui Thomæ Aquina
tis dicta, ubi contraria aliquando uidentur, adnixus est ad Concordiam re
uocare, atq; conciliare, Quod opus Concordantias ad pellauit. Circa annū
Vuolffāg. domini. Mcccxviii. Floruit. Et his adiungā VVOLFFANGVM ex Stu-
bēbergo Theutoniæ, nobili stēmate ortum, uirū uirtutibus apprime pol-
lentem, (qui togam prædicatoriam, Mundi pompas fastiditus, ī Cœnobio

frizatensi sumpserat)Bambergensem Antistitẽ per clementẽ quintũ pont. max. anno domini. Mcccv/dictum. Rexit is prælibatam Ecclesiam annis tredecim, Qua in urbe duo Cœnobia erexit, alterũ pro fratribus, et pro san ctimonialibus fœminis ordinis prædic. alterũ. Vita exiit præsul micantissi mus. Mcccxviii. sepelitur iuxta diui Henrici Imperatoris sepulcrũ. Cum su perioribus præclarissimis cõnumerabimus GERALDVM ex Monte pes sulano oriũdũ uirũ sanctũ et deuotũ Antistitẽ in urbe Dyataraga prouin cię Persidis, Cuius obitus fuit Thaurisii. Mcccxxii. Calend. Nouembris. Porro post mortem is creberrimis miraculis claruit. Connumerabimus et CONSTANTINVM dignissimũ Vrbeuetanũ præsulẽ qui iussu Ioan nis Theutonici Gen. Magistri quarti ordinis prædic. officiũ, quod in lau dibus diui parentis Dominici exoluitur cũ ipsius uita, egregie edidit, stilo tamen mediocri.

Geraldus ex Monte pessulano.

cõstãtinus Vita Diui Dominici cũ offõ p ipm edita.

ANGELVS ACCIAIOLVS FLORENTINVS IO. CAROLI ORDINIS PRAEDICATORVM.

a NGELVS Acciaiolus episcopus Florentinus, et secundus ex ordine prædicatorum ad eandem sedem assumptus. Hic fuit ex nobili familia Acciaiolorũ i ciuitate Florentia ortus. Qui ut primum in hanc lucẽ emersit, non minori q̃ uerisimile fo ret parentum diligentia educatus, mox ut pueriles domi annos prætergres sus est, non inertia animum aut ignauia corpus implicandum ratus, quum intelligeret cõuentum nostrũ uiris amplissimis esse refertum uerbo et exẽ plo instituẽdæ uitæ plurimũ profuturis eorũ se cupiẽs optime gestis adiice re, reiectis omnibus uite p̃sentis præludiis prædicatorum ordinem indicibi li omnium lætitia anno domini. Mcccxiii. ingressus ẽ. Nihil uero posthac sæculare, nihil mundanũ, nihil deniq; quod secum ferre in potestate non esset eius animo placuit, sed totum se se a seculo ad diuinas res conferẽs bre ui eximiũ degẽdæ uitæ specimen et posteritati exemplar euasit insigne. Nec quicq̃ illi prior in sæculo cõuersatio obfuit uel ob nobilitatẽ uel pp præte rite enutritionis atq; educationis delitias quo minus uiles has nostras exerci tationes ingenti amore perficeret, sed omnia sibi potiora q̃ hos hominum respectus modo diuinis rebus intenderet semper habebat. Litterarum uero tãtũ studiosissime hausit quãtum intelligeret præstanti homini religioso pariter et prædicatori conuenire, reliqua uero percurrẽda saniori iudicio cẽ suit. In his aũt quæ perdiscẽda putauit, tantus illi amor et desiderium fuit, ut pro ingenii sui acumine atq; dexteritate uariam ac multiplicem sacrarũ litterarum cognitionem celebritate adeptus, mirabili eloquentiæ suauitate

angelus or dinẽ prærd. ingredit.

et illius ætatis mãſuetudinẽ facile oẽs fere alios ſuperaret. Oĩa proinde uel memoriæ tenacitate firma uel mẽtis illuſtratione puia illi fuere, ita ut nihil hominem fugeret, nihil lateret, ſed quæcũq; illũ ſcire fas eſſet, id totũ ſummo ingenio penetraret. Itaq; eo tempore ut apes ſolent floribus ipſis inſidere, indeq; quid ſibi conducat aſſumere, non ſecus ille facere properabat, ſed undiq; certiora clarioraq; deligens egregium ſibi ſcientiæ cumulum ſtatuẽdum putauit. Qua ex re factum conſtat, ut nõ diutius eo frui hominibus noſtris permiſſum ſit. Siquidem ſimul ſacerdotii gradum cõſequutus eſt, atq; paulopoſt etſi ætate iunior uirtutibus tamẽ eius in id ipſum poſtulantibus a Ioanne. xxii. pontifice maximo Aquilanus antiſtes declaratus, ex ea quiete quam ſemper amauit et coluit ad paſtorales curas trãſfertur. Quod munus etſi pro maiorum uoluntate atq; obedientia ſumpſerit illud tamẽ ſibi magis oneri q̃ honori arbitrabaẽ, nil clauſtrali quiete acceptius, nil ſuarum orationum ſuauitate iocundius, nil deniq; quod ad animi corporiſq; ſalutem magis conduceret ſolitudine ipſa dicere ſolebat afferri poſſe cõmodius. Permultis enim ab ipſa religione alienis ac propemodum peregrinis occupationibus quibus earũ dignitatũ faſtigia implicantur, fieri interdum non poſſe inquiebat quin animus diſtrahaẽ humanus atq; in diuerſa feraẽ quæ cum ab ipſa contemplationis dulcedine longius abſint, difficillimum eſt illũ ad conſueta optimarũ artiũ ſtudia reuocare. Quo circa gratius ſibi fore cum fratribus ſuis inopem tranſigere uitam, q̃ pontificali ſublimitate ſua omnia ingenti labore quæſita diuturnis huius uitæ fluctibus nequaq̃ conſulte ſatis exponere. Suſcepta igitur (ut prædiximus) ex decreto pontificis dignitate queadmodũ inter noſtros per omnẽ uitam dignũ ſe religioſum præſtare contenderat, ita et nunc digniſſimũ ſe omnibus præſulẽ exhibebat. Quippe manſuetudinem benignitatem inque rebus omnibus pietatem complexus, ocius omniũ ſibi fauorem et gratiã comparauit. Quũq; plurima apud Robertũ Siciliæ regem poſſet, ille uero propter ingentes tumultus quibus tota Italia turbabatur maximos a ſuis urbibus cenſus exigeret, hic mollire animos et tẽperare iras impetuſq; populares frænare ſũmo ſtudio ac diligẽtia procurabat, Eis quibus iureiurãdo fidem polliciti eſſent obtemperandũ, omnia uero pro eorũ ſalute quos ſibi dominos delegiſſent conferenda eſſe cõmemorãs, Nihil ita populis ac ciuitatibus perniciosum fore, ut regum, principum, dominorumq; mutationes, quorũ quũ inchoaueris naturam et mores agnoſcere, tũ primũ ad alium quem minime noueris tranſmigrare periculoſum eſt, Vulgato aũt prouerbio mutationes oẽs caſibus ſimillimas arbitrari, Scire quem haberent, ignorare quem habituri eſſent. His et huiuſce uerbis populos adhortatus, ne in arma prorue rent continebat. Apud regem uero multa pro eorum ſalute et commodis

Angelus p̃ſul aquilanus declaratur.

Angelo paupertas clauſtralis q̃ pontificalis dignitas gratior erat.

Attẽ.

ſuggerebat, Regalem magnificentiam nõ alia magis uirtute q̃ manſuetudine ac liberalitate cõſtare, nihil eius coronæ ita conducere quã ſi auaritiã longius propulſaret, ſi iuſtitiam coleret, ſi populos ſibi ſubiectos amore potius q̃ uiolentia retineret, ſed his dũtaxat cenſibus quos ex fœdere percepturus eſſet contentus eos diuites in ſuo q̃ in alieno regno mallet, id demum eius honori atq; utilitati q̃ maxime profuturũ. Quãtũ uero ad rem eccleſiæ attinet cuius gubernacula ſuſceperat, id ſemper mente retinebat qd ait apoſtolus. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, et diſpẽſatores miniſteriorum dei. Quocirca in epiſcopatu non ita ſe gerebat ut domini, ſed diſpenſatoris fidiſſimi perſonam agens neceſſitatibus egenorũ q̃ maxima pro diligẽtia prouidens. Cauſas quoq; tãta, uel ſeueritate ſi criminalis, uel iuſtitia ſi ciuilis, uel æquitate ſi media fuiſſet proſequebatur, ut nulla in re intẽſior uel remiſſior in aliquo iudicari poſſet. Proinde clerũ omnem ac cæteros diuino famulatui in religionibus deditos tanto complectabatur amore, ut omnes eum uti patronũ ita carum haberent, omneſq; illum ſibi uenerabilem arbitrarent̃ pontificem. Neq; enim quicq̃ labori uel tempori cõcedebat, quominus eorum cõmodis et animi corporiſq; utilitatibus inſeruiret. Tanta præterea, tãq; excellens grauitas et in rebus omnibus moderatio in hoc præſule fuit, ut iure Angelus re et nomine uideretur fuiſſe uocatus. Nã præter nominis gratiã qua p̃pollere cæteris uidebat̃, forma quoq; et corporis habitudo nomini correſpõdebat. In eo egregius oculorũ nitor et faciei decus erat eximium, uox humaniſſima, uerba mãſuetudinis et deuotionis plena, corporis ſpecies grata admodũ ac uenuſta et inceſſus profecto uenerabilis. Quæ omnia ita decenter præſulẽ honeſtabant, ut probe ad noſtros ex monte ueluti e cælo uideretur eſſe demiſſus. His ergo præclaris ſanctiſq; uirtutum generibus comitatus quum pluribus annis ſumma omnium laude ac beniuolentia ciuitati aquilanæ ac populo præſidens ampliſſimum bonitatis ac prudentiæ nomen eſſet conſecutus, tandẽ Benedicto. xii. e uita ſublato quum ad Clementẽ ſextũ res eccleſiæ deueniſſet, ad Florẽtinã ſedẽ ex Aquilana ſuorum (ut reor) opera ciuiũ et ſuaſu qui multo ante futura proſpicerent glorioſiſſime eſt tranſlatus. Ad quã quum ſe ex uolũtate pontificis contuliſſet, offendit rem publicã nonnullorum potentia factionibus perturbatã haud mediocriter cõmoueri, Illorũq; conſiliis in perniciem tanto tempore inclinatam, ut ſperari poſſet (niſi citiſſime fuiſſet occurſum) illam ocius perituram. Quare abũde cõmotus nec ſecus q̃ ſi piiſſimus parens in mortem cerneret filios ſua ſponte ruentes, plurima ſecũ animo uerſans uitam angoribus cœpit ac doloribus plenam conducere. Quid aũt faceret Venerandus antiſtes, quum ex una parte libertatem ciuibus eripi, iuſtitiam, omneſq; bonas artes cerneret extirpari, altera uero ex

Forma angeli.

parte sciret certissime nemine domino militantem et eu ipsum qui sibi existimet deo esse placedum ex apostoli sentetia saecularibus negociis se se implicet oportere. Omnes uero ut ad pastorem oues pro summa auctoritate uiri ad eum undiq confluebant. Illum a deo sibi non alia ratione esse donatum, nisi ut populo ac ciuibus ut deniq toti ciuitati succurreret lachrymarum plenis uocibus asseuerantes. Qui si q religiosus sit memoria referat, debere tamen et q episcopus sit meminisse, quem operepretium est (ut apostolo placet) et cum his qui scadalizantur scadalizari, et cu infirmatibus infirmari omnibusq omnia fieri, ut simul omnes lucrifaciat Christo in hoc quoq ecclesiae praefectura saeculi praestare principibus cofirmabant; quod illa solu feratur i corpora, haec uero animis corporibusq. Quocirca si rem ipsam negligeret, rationi nequaq id consentaneum fore. In his ergo rerum difficultatibus constitutus animo q maxime fluctuabat plurimisq diebus hinc inde multa secu ipse reputabat. Multa naq pro ciuiu suorum pace operatus est. Sed cu cerneret se ab ingratis ciuibus non satis aequis luminibus intueri, ad alia se coferre meditabat loca, ubi quietius uiueret et maiori animi traquillitate frueretur. Anno itaq domini. Mcccxlvii. Ludouicus Hungariae Rex Apuliae regno, qd Ludouicus Tarentinus tenebat, in ultionem Andreae quodam regis terribilis imminebat. Ioanna uero regina a proceribus derelicta, in tempesta nocte tribus longis nauibus in Narbonensem inde Massiliam nauigarat Ludouico marito, et Nicolao Acciaiolo ad Capua cu manu exigua demorantibus. Hi animaduertetes se aduersus potentissimu regem longe impares citato cursu Neapolim properantes paulo post peruetusta naui assumpta ad Herculis portum post in Senensiu agru deinde Florentia aduenere. Interea Ludouicus Hugariae Rex regno potitus, deq Carolo Durachiesiu duce qui Andreae necis auctor fuisse praecipuus putabat, sumpto supplicio, ad nonulla oppida, quae in alterius Ludouici adhuc fide manebat animu intedit. Vbi uero Nicolaus denunciatione audiuit Ludouicu hortatur ocissime ad regina se coferant. Nam ibi posse utilius rebus consulere. Id cu Ludouico placuisset comparatis ad iter oibus nihil in rebus ipsis ex sentetia pueturu uidebat Nicolao nisi frater Angelus Floretinoru antistes, qui ad eum uisitationis gratia se cotulerat, eis se comite praestitisset. Quare sedulo pontifice orare properates ut una cum eis iter assumeret precabatur, Fore si id fecisset, ut inter eos reges sanctissimae pacis cocordiae cociliator existeret, Homine enim praestanti ingenio, suma prudetia, et singulari uirtute nouerat praeditu ac praeterea cu Clemete pontifice maximo haud uulgari iam dudu amicitia iunctu, quibus omnia quae cuperet arbitrabatur facile se impetraturum. Quod ubi propter innatam nostro praesuli humanitatem est cosecutus, Pisas profecti in Narbonesem binis triremibus

Att.

Ludouicus Hugariae rex.

Ioanna regina.

De Carolo sumpto supplicio.

binis triremibus traiicietes quũ accepissẽt reginã a Massiliẽsibus ob lites, q̃s cũ rege Frãcorũ habebãt fuisse detẽtã, terrestri itinere ad Clemẽtẽ uenerũt, breuiq; negocio rẽ oẽm cũ pontifice cõponẽtes, reginæ liberationẽ summa oĩum gratulatiõe cõsecuti sunt. Deinde cũ regina Auinionẽ ꝓfecti, cũ Clemẽte de rebus oĩbus cõsultãtes, recuperãdi regni Ludouico haud minimã causam ꝑstitere. Quæ oĩa quũ præsulis nostri auctoritate atq; cõsilio gesta sint, apertissimũ ẽ eũ insigni uirtute et gratia plurimũ apud summos hoĩes ualuisse. Sed quum instaret pestilentissimus annus, qui nostræ salutis fuit. Mcccxxxxviii. Ludouicus uero Hungariæ rex seuiẽte ꝑ regnũ peste territus in Panonias abire statuisset, ubi hoc Ludouico ac Reginæ cõpertũ fuit grãdi coacta pecunia regiisq; titulis cũ primũ a Clemente susceptis, Præsul q̃dẽ noster Florẽtiã, Nicolaus uõ ad recuperãdũ regnũ cũ ludouico ad opportuna loca se cõtulit. Q đ quũ ꝓꝑ hũgariæ regis fugã nõ multo se sparet labore cõsecuturũ, illo post tꝑs reuerso in sũmũ iterũ rerũ suarũ discrimen adductus, tãdẽ quũ multæ difficultates utrinq; acciderẽt, in pontificẽ Clementẽ oĩa retulere. Ex cuius auctoritate pace firmata, in Panonias Hungariæ rex secessit, ius omne regni nõ minima pecuniæ sũma ꝓmissa Ludouico Tarãtino ꝑmittens. Quibus ita gestis præsulẽ nostrũ qui tanta ꝓ illius dignitate fecisset, mirifice collaudatũ atq; canzalariæ honore donatũ ad se uocauit, summo semper honore ac ueneratione hominẽ habiturus. Cæterũ anteq̃ se illo cõferret in illis perturbationibus ciuitatis, in quibus ciuium nõ minima pars uersabat̃ q̃ uerisimiliter uir tãtus indoluerit, q̃ta memoria quãtisue artibus rẽ fuerit prosequutus, illi optime cõpertũ habẽt, q paterna charitate filios amplectunt̃. Qui si nulla alia rõne multũ mœstitiæ sibi atq; angoris assumeret, hac saltẽ q đ affinitatibus multis et amicitiis esset undiq; circunseptus, eum incredibiliter commoueri atq; dolere oportuit. Multa nihilominus ꝑ idem temporis fecit, quæ summã illi laudẽ et gloriam peperere. Namq; supra uiam pontis instar porrigitur una fere nocte ferunt erigi curauisse, quo inuicem utrasq; domos connecteret, q̃ ante ob id seiunctæ erant incommodissimæ habebantur. Sed et cleri, cuius illi studium ac solicitudo incumberet, quis dubitet curam tanto Pontifici fuisse quam Maximam? Si enim pro sæculi hominibus tantopere laborauit, tantisq; ob eam rem in commodis est affectus, quid eum in illos, quos filiorum habebat loco fecisse putandum est? Quantus præterea omnium illi religionum amor exiuerit, quãtaue ĩ eis fouẽdis et cõseruãdis dilectio nequaq̃ satis explicari potest. Quippe tanta eas solertia et fauore ꝓsecutus ẽ, et tanta cũ dignitate seruauit, ut nihil ferre oĩo posset, quo earũ honor atq; opinio lederet̃. Quid dicã (ut iam de nostris loquar) de suo in prædicatorũ religionẽ amore, de humilitate, de benignitate ĩ suos fratres, deq; admirabili frugalitate in

Ingens pestis.

Cãcelarius regni Angelus.

Quãta pietate fuerit in religiosos.

omnes? Familiæ uero ac domui nostræ licet multa præstiterit, illud tamē cē
seo amplioři memoria dignum ꝙ maioris dormitorii partem ad occiden-
Opa per tem uersam quam nunc ciuitas uel nobis abstulit uel occupauit, scallamq;
ipm facta. lapideam parti illi coniūctam proprio sumptu ædificari curauit, quod ad
nostræ domus perfectionem plurimum contulit atq; illius ornatum. Neq;
uero memorare libet hominis bonitatē Innocentiam pietatē ac ī omnibus
rebus huius deuotionē uiri, quādoquidem ea signa quæ cernimus eū deuo
tissimū atq; piissimū fuisse demōstrāt. Quippe si ad cōes antistitis ædes te
uertas inuenies ad aulæ portā imaginē crucifixi depictā, ad cuius pedes mi-
tra deposita ipse genuflexo tēdēs sacratas ad sidera palmas ab omnibꝰ uide-
ri potest. Deinde si eiusdē domus aram inspicias, et illam quæ ad Sanctum
Antoniū extra urbē habetur spectes, idē profecto cernit̃, qđ est amplissimū
suæ pietatis et miræ in deū deuotionis indiciū. Sūt adhuc apud nostros nō
nulli in manibus huius antistitis libri ī qbus eodē pacto (ut prædiximus) ad
Iesu xp̄i pedes ipse uidet̃ quid a domino supplex suis orationibꝰ postulare.
Prætereo aūt ea quæ religiosis debēt esse cōmunia ut orationes sacras, diu-
turnas uigilias, ieiunia, lectiones, meditationes, ac reliqua religiosorū institu
Att. ta priorū, quibus uir iste excellēter emicuit. Missas facio elemosinas, paupe
Laudes an rumq; subuētiones uberrimas, quibus in rebus liberalissimus fuit atq; pro-
geli. fusus, ac præterea sermones ad populū suauissimos, ac saluberrima cōponē
dæ atq; instituēdæ uitæ cōsilia, quæ pro animorū salute fidelibus cōferebat
Nec memoriæ cōmēdabo adhortatiōes ad clerū piissimas, monita, et obiur
gationes, quibus ut ueri pastoris formulā se præbebat, quoniam ex his quæ
ante diximus facillime hæc omnia intelligi possunt. His igit̃ omnibus piis
et iustis opibus quū pluribus annis in Florētina ciuitate operā oēm et dili-
gētiā cōtulisset, tādē paci suæ ac trāquillitati cōsulere uolēs, quū etiā sæpissi-
me euocaret̃ a rege, tāto principi obsequēdū ratus, ad Mōtiscassini cathe-
drā ex regis uolūtate ab Innocētio .vi. trāsfert̃. Et ne ad inferiorē gradū ui-
deret̃ se cōtulisse, ex pōtificis Innocētii uoluntate atq; decreto mōtiscassini
domū (quæ Abbatia erat) qđ nūc Metropolim dicūt, ꝓ summa huius uiri
dignitate seruanda concessit, qđ nec ante nec postea illi domui audiuimus
cōtigisse. Tādē uero quū apud Ludouicū Siciliæ regē fere qnquēniū trās-
egisset, corporis ualitudine fatigatus, ubi cognouit se moriturū, pie sui ꝑsu
latus domino reddita rōne, oī ꝑteritæ uitæ liberatus cura, diuinis sacramē-
tis deuote pieq; susceptis, quū nostræ religionis habitū annis fere .xxxx. ge-
Obitus an stasset, apud Neapolim ex uitæ huius miseria ānos .lx. nactus ad cœlicos cre
geli. ditur fœliciter demigrasse. Cuius funus a rege ipso cæterisq; regni proceri-
bus insigni pōpa et terū oium apparatu, ut tāto uiro cōueniētissimum fuit
anno salutis. Mccclvii. pridie nonas octobris honestissime celebratū est.

NOMENCLATVRA PLVRIVM EPISCOPORVM LEANDRI ALBERTI.

POST TOT ac tantos citatos antistites cũ inde ad annales nostros oculos admouerẽ imprimis offendi EGIDIVM cũ BARTHOLOmæo Bononien. ambos cõterraneos, et Torcellanos præsules ambos, uiros litteratura ac prudentia insignes, offendi et duos Sacri pallatii Magistros uidelicet PETRVM de Birretto, et DOMINIcũ sacrarũ litterarũ interpretes, alterum postea Mirapicensem, et alterũ Appomagensem episcopum. Nec latuit BERNARDVS Claramontensis inclytus præsul cũ cõmẽtariis super libros sententiarũ, et aliis scriptis, quæ ediderat, ut expugnet aperto marte collatis rationum fortissimarum signis, Henricũ Gandauensem, Gotphredũ ex fontibus, et iacobũ Neapolitanũ, diui Aquinatis Thomæ doctrinã oppugnare adnitentes. Nec longe ab his IOANNEM Scandelandũ Theutonicũ conspexi togã nostræ religionis in Cœnobio Coloniæ Agrippinæ militaturum sub diui parentis Dominici signis assumentẽ, missis mundi pompis, missis illecebris ac uanis ineptiisq; fastis, sic in litteris proficientẽ, ut iussu patrũ Theologiæ professoribus aliquando iungeretur, declarareturq; hæreticorũ Censor, et a pont. max. Tulinensis, Hildesheymẽsis, Vuormacensis, et Augustensis antistes diceret, et ab eodẽ legatus pro quibusdã causis aliquãdo mitteretur. Constat tandem ipsum cõfluentiæ diem sum obiisse et sepultũ in templo prædic. ad dexterã maioris aræ ac nõnulla opera a se edita posteris reliquisse. Post istũ accedit uir ille insignis, et litteratura præclarus, NICOLAVS de sancto Martino prouinciæ Romanæ, qui sua tempestate sic præfulsit supra cæteros doctrina ceu sol supra stellas in splendore præeminet. Qui in humanis agens nõ desidiæ aut inertiæ deditus multo tempore cõcionans per Italiã doctrinæ suæ radios præsetulit. Tandẽ Rachanatensis factus antistes, ibidẽ uita excessit Mccclxviii. Deinde eleuans oculos illũ sanctũ antistitẽ Laudensem RAIMVNDVM nomine ex nobili Familia summa ripa ortũ Cœnobii Laudensis inter fundatores unũ obuiã prodeuntẽ cognoui, Quẽ ut uidi, recordatus fui me in Templo nostro apud Laudã eius lapideũ sepulcrũ hoc distico inscriptũ graphice aliquando uidisse. Ortũ summa dedit claro mihi stẽmate ripa, Dominicus mores, Lauda secunda mitram. Mccxcv. Vix hæc scripserã cũ affuit BARTHOlomæus Bononiensis ille Armeniæ minoris iubar, sidus, et sol fulgentissimus, Cuius laudes nõ sat enarrare me posse arbitror, ex eo q̃ tot sunt, ut profecto alterius doctioris opera expostulent. Paucis tamen narraturus sum quid ægerit ꝓ populo sibi cõmisso. Igitur uir uita et moribus ꝓstantissimus declaratus antistes Armeniæ mox animũ ap/

Egidius. Barth. bononiensis. Petrus. Domini. Bernardus claramõt. opa ꝑ ipm edita. Ioãnes scãdelandus. Nicolaus d. s. marti. Raimũdus Laudensis Bartholo. Bononiẽ.

pulit ad xpi fidē erigēdā, quæ ī ea ꝓuincia iā multo tēpore collapsa fuerat. Quapropter (ut pius præsul, ac bonus ouiū sibi cōmissarum opilio, missa patria, missaq; Italia eo profectus est, et cœpit id quod optimi pastoris offi/cii erat diligenter ac intrepide peragere, uidelicet huc atq; illuc concionādo disputando, docendoq; percurrere, ut oues aberrātes ad uitæ uiam, reduce/ret. Quod deo duce breui admodū tempore perfecit. Igitur pro uoto chri/sti fide posita in tota Armeniæ prouincia Cœnobiū construxit suis cōp̄/dicatoribus, ut imposterum ipsis ducibus in fide omnes cōtinerent. Postq̄ uero (prout optauerat) adamussim his, quæ erant salutis, prouinciales oēs illi edocti fuerant, plenus bonis operibus sancto fine quieuit, atq; ibidem spultus clarens miraculis. Vsq; enim ad nostra tempora sola illa prouin/cia inter Persas constituta Christi Cultum sequitur sub Antistite delecto ordinis prædicatorum. Non enim, exceptis fratribus prædicatoribus, inhabi tant ibi sacerdotes. Ad Iuliū secūdum pont.max. Bononiæ anno domini MDXI. commorantē pro bello secundo Ferrariensi, accessit quidā Vene randus pater Gregorius nomine ordinis nostri ex Armenia, ut de se facta ab Armenis comprobaret electionem. Quippe in antistitē illi eum delege/rāt. Quod Iulius Pont. libēter fecit, quinimo et eū donatum amplissimis priuilegiis, ac aureis nonnullis pro uiatico remisit in patriam. Per interpre/tem enim loquebatur, et negabat ibi sacerdotes esse, nisi ex ordine nostro prædicatorio. Cerimonias ordinis tam in re diuina facienda, q̄ in exoluēdo deo officio utebatur sic accurate, ut illū haudquaq̄ a Latinis nisi in prolo/quutione discreuisses. Hæc oīa Bartolomæi opera deo opitulāte acta sunt, et prouinciales illi ad ueri dei cultum reducti. Optimus equidem censeri po test præsul, atq; egregius Imperator populi sibi cōmissi (quid enim antistes est nisi dux ciuitatis sibi creditæ,) qui patria abnegata, et propria uita (ut ita dixerim) neglecta, oues sibi cōmissas diutius errare nō permiserit, uerū ip̄m a deo præmiū pro suo labore reportasse non ambigimus. sanctum istū an/tistitem RAIMVNDVS de Corsauino Theologus insignis olim sacri pallatii Magister uir deuotione præfulgentissimus præsul Maioricensis, ap/prime sanctissimam parentē cœliq; reginam colens comitabatur cū ingenii sui monumētis, cū IACObo Arrigono Laudēse uiro scientia claro, opinio ne apud omnes sua tempestate et fama fulgentissimo. Quē asserunt obscu rissimis parentibus ortum, et in hūc modū in uirum egregium euasisse. Fo rte uictum diurnum adulescens ex manibus arte cerdonaria sibi comparans puerum seu ioco seu ira stilo confoderat, Quo facto facinoris perterritus ī tēplū sese recepit ueritus ne si aliquādo caperet pœnas admissi criminis lue/ret. Accidit ut quidā Gallus adulescētis liberali forma captus, ip̄o ultro sub sequēte, eū deduceret in Gallias, ubi nostræ religionis togā īduit. Porro cū

bartholo. opa arme/nia fidem xpi subiit.

Gregorius Armenus.

Munificē/tia Iulii.ii.

Att.

Raimundus de corsauino.

Iacobꝫ laudēsis

habitu nostro et uitã cõmutauit. Vnde cœpit absterſa ĩgenii rubigine ſe ſe litteratum studiis impenſe dare, ut omnibus loco miraculi eſſet uidere adu leſcentem litteratum prorſus expertem, ingenio rudem, ac craſſum tam bre ui tempore, multo tamen labore, in uirum inſignem euaſiſſe. Aſſerũt unũ quo oſtenditur magna in ſtudio illus aſſiduitas, Quippe illum deficiente oleo ad dormitorii lampadem frequenter inuigilantem ſtuduiſſe. Igitur ex tra Italiam comparatis bonis artibus, reuerſus in Italiam Romam cõceſſit. Vbi poſteaq̃ de ſe corã uiris litteratis p̃iculũ fecit, cõtinuo multi exiſtimari ab oĩbus cœpit. Nec diu immoratus pont. max. audita uiri præſtantia, eum ſacri pallatii magiſtrum declarauit, Quo munere ornatus ſic in re litteraria ſeſe ante omnes præſtitit, ut maximum nomen ubiq; et præcipue in Con/ uentu Piſano, ubi Alexander. v. creatus fuerat, ſibi compararet. Tandem p̃ ſul Laudenſis natalis ſoli factus, in omnibus ſic ſe exhibuit, qualem talis di/ gnitas poſtulabat. Plura ægit pro conſeruandis eccleſiæ ſuæ iuribus. Cœno bium Laudẽſe ordinis noſtri inſtaurauit, atq; pluribus donauit muneribus et præcipue precioſiſſimis codicibus, qui adhuc cernuntur. Floruit uir præ ſtantiſſimus circa annũ domini. Mccccix. Hos Antiſtites Inclytos ſequeba tur PETRVS Ranzanus orator inſignis Sicilia oriundus præſul digniſſi mus Diui Vincentii Valentini uitam tribus libris diſtinctã ab ſe editã ſtilo haud triuiali manu ferens, cum altero ſiculo Antiſtite HENRICO nomi/ ne, uiro ingenii acris, oſtẽdente cæteris quãtũ in diſceptationibus litterariis apud parrhyſienſes ualuerit. Quẽ ob eminentẽ eius doctrinã atq; prudẽtiã ferdinandus ſenior Neapolis rex ad ſe acciuerat, et in patrẽ elegerat circa an nũ domini, Mccccxxxix. Dum hũc miratur DOMINICVS Forocorne/ lienſis Flaminius ſacratũ litterarũ interpres uir ſcientia clarus Antiſtes ſe ſe obtulit, aſſerens hos merito poſſe comitari, qui floruerat anno domini. Mccccxxxxii. cum MATTHAEO Nouarienſe Ciuitatis Mantuæ præſu/ le uiro integerrimo ex primis inſtauratoribꝰ ĩ Italia uitæ regularis uno, Mã tuæ defuncto. Mccccxlviii. Nec ſegniores FRANCISCVS Ferrarienſis, FRANCISCVS Bononienſis, BARTOLOMAEVSq; medicus An/ tiſtites Comaclenſes, fuere ad hos ſubſequendos, Quinimmo celerrimo paſſu priores præcedere adnitebantur. Quod ut GASPAR ex oppido Sancti Ioannis in Perſiceto territorii Vrbis noſtræ Bononienſis ortus, uir ſcientia, et doctrina clariſſimus animaduertit, indignatus fere animo gradum frequentans cupiebat ſe illis adiungere ne ex ultimis fieret. Qui ſua tempeſtate antequam noſtræ religionis ueſtimenta aſſumeret, omniũ conſenſũ inter primos philoſophos connumerabat. Poſtq̃ aũt multo tp̃e Philoſophiã docuerat, p̃pẽdens Mũdi uolubilitatẽ, quæ maxima ẽ, ad ſan ctam religionem aduolauit, militaturus ſub parentis Dominici auſpiciis.

Oĩa uincit ĩprobus la bor.

Petrus Rã zanus ſicu lus.

Henricus Siculus.

Domini. Imolenſis.

Matthæus Nouariẽſis

Franciſcus ferrarienſis

Frãc. bon.

Bartholo.

Gaſpar bo nonienſis.

Tandem postq̃ omnibus religionis de se specimen præbuit, post professio nem sacrarum litterarum, post Censuram ab se actam contra homines hæ reseos labe inquinatos, in Cõmuni patria Bononiensi, per Nicolaum quin tum pont. max. cuius familiaritate dum in minoribus constitutus esset, fue rat delectatus, Forocorneliensis Antistes declaratus est. Qui ad gregẽ suum mox ut dictus fuit opilio huiusce Ciuitatis pergens, ædes Episcopii in me lius reformauit, ac optime instaurauit, pro ut nunc etiam uideri potest. Ve rum dum moram Ferrariæ pro quibusdam rebus haud parui momenti ex pediendis protraheret, ĩ Cœnobio diuæ Mariæ ab Angelis dicato ordinis p̃ dicatorum uita excessit anno salutis nostræ. Mccccl vii. et in Capitulo cum fratribus suis, prout ipse uiuens mandauerat sepultus. Hunc comitabatur.

Iacobꝰ mã tuanus. IACOBVS de Benefactis Mantuanus Antistes, uir magnæ sanctitatis, illu stratus multis miraculis, quæ ægit in Ciuitate Mantuana post obitum suũ, Aloisius bergome. Cum ALOISIO Bergomense uiro sanctissimo ibidem præsule ornatissi mo. Nec diu cunctatus et ecce sat frequenti gradu sequebantur FRANCI franciscus bononiẽ. scus ex oppido. s. georgii territorii Bononiẽsis p̃sul salubriẽsis, BARTHO bartholo. floretinus. lomæus Florentinus Antistes Coronensis magnus Theologus ualde accu ratus uir, et artificiosus in sermonibus condendis, qui Floruerat circa annũ domini. Mccccl x. et BAPTISTA ex familia Iudicum finariensis Antistes Baptista fi nariensis. Vintimiliensis uir eloquens et in dolandis uerbis artifex optimus, manu fe rens dialogũ illum super Euangeliũ de discipulis euntibus in Emaus do ctum et festiuum, et eloquentia apprime redolentẽ, qui Floruit. Mcccclxix.

PLVRIVM ANTISTITVM NOMENCLATVRA EIVS DEM LEANDRI PER MODVM DIALOGI. INTERLOCVTORES. LEANDER. GRATIANVS.

CVM ENIM tantorum præsulum cateruas, quibus ordo no ster prædicatorius ornatus fuerat, mirarer, et obseruarẽ, ac pe ne præ admiratione fere extra me positus essem, occurrit Gra tianus Laudensis adulescens haud mediocriter doctus in ord. Gratiani Laudẽsis uerba ad Leãdrum. nostro sacris initiatus dicens. Heus o Leander, Vt uideo admirabundus to tus es ob frequentes nostri or. qui ultra progressi sunt, sacros Antistites, q̃d si ostẽdero ueluti Nomẽclaturã, aliã fere inumerabilẽ multitudinẽ? Obser ua igitur, et scribe, ex quo hanc egregiam prouinciam sumpsisti. Petro amplius miraberis, cum hac in re me sicuti Nomenclatorem exhibuero. LEANDER Placet Gratiane huius prouinciæ meæ socius, et particeps, Effare, cita, euoca, coram pone, et ipse albo lapillo hos uiros illustres si gnabo GRATIANVS. Nõ te Leãder prætereat hoc, q̃d narro, oĩ dignũ

obſeruatione, q̄ in cōuentu generali per Gregoriū.x.pont.max.Lugduni Galliæ(quod generale cōciliū uocāt) ultra Antiſtites trigīta noſtri ordinis præter Cardinales tres fuerūt ſimul uita et doctrina clari acciti a pontifice, præter alios inſignes uiros eiuſdē ordinis, qui ſua clara uita, et doctrina laudatiſſima ſe ſe et ordinem noſtrū non parū extulere, quinimmo ſynodum ipſam apprime ornarūt. Quos inter Magnus ille Albertus quondā præſul Ratiſponenſis coram pont.max.et toto cōuentu pro ſuggeſto uerba fecit nomine Romanorū imperatoris, ſumēs illud ſcripturæ ꝓ principio. Ecce ego mittā eis Saluatorem et propugnatorē, qui liberet eos. Interfuere huic ſanctæ ſynodo reges ſeptē, Antiſtites ciuitatū quingēti ſeu epiſcopi, Abbates et alii præſidentes religioſorū plurimi, Græcorū Legati centum uiginti. Inter dictos Epiſcopos noſtræ religionis fuit Hibernus unus, Cuius nomē non prodūt ſcriptores, porro tanta illorū fuit ignauia, ut tanti uiri nomen obliuiſcerēt) uir deuotus et corde lenis, Hic multo tempore eccleſiā ſuam cum fratrū Cœnobio optime rexerat. Quippe uenietibus pro conſuetudine præfectis prouinciæ(quos dicimus Prouinciales)aut Viſitatoribus dictū cœnobiū uiſitaturis, Capitulū ſimul cū cæteris fratribꝰ ingrediebat, et ſicut de Iuſto ſcribit, ꝑmo ſe accuſabat, et reuerēter caſtigationē ſubibat. Cūq; Lugduni in cōcilio eſſet, multiiugis precibus rogauit illū ſanctiſſimū patrem Ioannē Vercellēſem ordinis noſtri Generalē Magiſtrū, ut in Capitulo accuſationes ſuæ(prout cōſueuerat in propria urbe)ceu aliorū fratrū admitterent, nec obtinuit. Non enim tulit Ioannes tantā humilitatem ſancti præſulis. Verū is præſul nō ualuerat ſanctā uim illi, prout præfectis prouinciæ conſueuerat, inferre. Inſtante uero Concilio febribus leuiſſimis captus in cœnobio fratrū ꝑdic. Lugduni in uigilia Aſcēſionis domini. Mcclxxiiii deuotiſſime ſpiritū efflauit. Heus Leandre rem tantam, et tam celebrē mittebas. Sub Nomenclatura ſequētes ſcribe ne tandem ſimus lectori faſtidio et imprimis Saluum Antiſtitem Rechanatenſem, Arnulphū epiſcopum de Humana. GREGORIVM Florentinū Antiſtitē Fauentinū, HVGOlinum Arriminēſem, Senogalliēſem, poſtea Foropilienſem, cum tribus antiſtitibus Arriminenſibus ſucceſſiue, uidelicet LAVRENTIO Arriminēſe, et Hieronymo, et tertio AMBROSIO Florētino. Vidiſtin et FRANciſcum Arriminenſem Ceruiēſem Antiſtitē, et EVERARDVM Brixienſem, præſulem Cæſenæ urbis illos ſequentes, cum THEODORICO Fauentino, ibidem epiſcopo, et RIBOLDO Hungaro, Bergomenſe? Vide quā frequētibus paſſibus PETRVS Placentinus epiſcopus Bobienſis, et FRANCISCVS Cenetēſis præſul, et OTTONELLVS Antiſtes Clugienſis progrediantur, ne ſint in ultimo loco. Aduerte q̄ falerate incedit MATTHAEVS de Bonipartis Nouarriēſis Mātuanus epiſcopus, cuius

Att. In cōcilio Lugdunēſi ultra triginta Epi ord.præd. cū tribus Cardinal. Magnus Albertus orator pro Imparore Quantis prælatis, et regibus, ac oratoribꝰ ſynodus illa ornata.

Att. Sancti antiſtitis bonitatem.

obitus circa annum domini. Mccccxlviii. fuit, cum IORDANE Romano, et GVALTHERO Antistite Castellano in Venetiis, FRANCISco Taruisino Senēsi epo, BENVENVTO Bungisino, Adriēse. SVRLEO Genuēse, præsule de Bugnate. Vides illam turmā appropinquantē? In his est IACOBVS Placentinus, Vintimiliensis præsul, cū alio suo cōterraneo RVPHINO stricto in castro prope Viterbiū Episcopo. P. Lucano, ibidem antistite, IACOBO Perusino, Florentino. N. Narniense. P. saraceno Romano, Interramnēse, P. de Garsino, Anagniæ, ODONE Pisano, Polano, cum alio suo conterraneo GADDO Antistite in Curcita. Videris iam in scribēdo fessus. Non patiaris hāc turmā præclarissimā insignatam abire, primus ille est STEPHANVS Romanus eps Balneoregēsis, et qui ad eius dexterā est MASSAEVS Vrbeuetanus, Clusinus, et ad leuā LEONARDVS Romanus, Aquilanus. Quos sequitur BARTHOLomæus Bononiēsis olim eps Signinus, postea Comaclēsis, et STEPHANVS antistes Lucherinus, SIMON de Puteo Parisiensis doctor præsul Cathanēsis, IVLIanus de Mileto, Chephaludēsis, ANDREAS de Vācarinis, Meliuitanus, FRANCISCVS de Regno, Mazariēsis. Nō cognoscis illū, cui primas partes in illa turma oēs deferūt? Is est IOANNES de Podio Nucis, præsul Cathanēsis olim præfectus fratrū ultramōtanorū, postea regis Siciliæ in tota illa insula uicarius, ob eius præclarissimas animi dotes, Ille alius est ANTONIVS de Pontecurono, Cephaludēsis, olim prouinciæ Trinacriæ præfectus. Qui sequitur MATTHAEVS Cathanēsis, Patrensis antistes. Vides agmen illud ultramōtanorum? Bene intuere ut cognoscas. Primus qui progredit rigida fronte, est ille Transiluanus Antistes BENEdictus Hungarus, cui se præbet socium PETRVS Hungarus episcopus Bosinensis, cum NICOLAO præsule Burglanensi in Dacia, et alio Nicolao episcopo Octoniense, ac tertio Nicolao de rippis, Varuatēse, ISRAELLE præsule Arosiēsi, NARVIA; epo Bergense. Et illū Polonū non cōspicis RAINALDVM uidelicet? Video turmā grādē hos omnes sequentē, Quorū oīūm primus est RAINaldus Spoletinus antistes Theatinus, alius Hieronymus Genuēsis doctor eps Caphēsis alius LVDouicus longo Venetus, Motonēsis anteq̄ a Turcis caperet, ANDReas Crouatus, Craynēsis et THOmas Malūbra Venetus, Curzolēsis, illos comitant cū MIChaele doctore epo Caneæ in Candia, qui Veronæ obiit diem suū. Mccccclxxix. et GALLardo de Vrsisaltu Vocontione antistite Beethlemitico, cum tribus aliis Beethlemiticis episcopis uidelicet IAGardo Gallo, HVGOne de Curtis, P. de sancto Maximino. et ROBERTO NORMano episcopo Paphēse, Iam præteriere innumeri antistites, Scio ialios plures subsecuturos, Ne recesseris igit, quādoquidē alios uisurus sis, ex quibus maximā percipies

uoluptatē. En ille, qui primo occurrit HVGO de sancto Theodorico antistes Vienēsis litterarū sacrarū professor ē, et ille q tā sedulo cū eo loquitur DOMINICVS præsul Tolosanus, qui sequunt ANDREas episcopus Valentinus prouinciæ aragoniæ, in eadē urbe satus, et RAINERIVS uice cancellarius Romanæ Curiæ præsul Magolanensis, THEODORICVS Fauentinus, ibidē antistes, PETRVS de Scala, Veronēsis eps, ADEMARVS, in Oscha, BERENGarius, Berondēsis, THOMas, Senēsis. PAPAnnus Romanus, antistes Spoletanus, DOMINICVS Hispanus, Syracusanus præsul. Iam in Nomēclādo et ipse fastidio afficior, Quare cæteros, q nos præteriere missos faciā, ad illos trāsiens, qui nostrā hāc ætatem illustrauere, quos et tu cognouisti. Ecce, nōne uides illos treis uiros graues ætate? Qui in medio est corpore gracilis, et colore triticeo ueluti macie confectus tuus est ille. MARTINVS Lignanus cōterraneus antistes Cōsentinus uir facetus, et ingenii uiuax, qui te tantopere dilexit, Sed heu uita functus est anno nostræ salutis in Consentia. MDVI. Qui ad dexteram est. MATTHAEVS Lulmus uir doctus episcopus Laodicensis, qui nolēs Cōciliabulo Pisano adhærere exilio mulctatus fuerat anno domini. MDXII. Sed morte præuentus Mediolani, exilium non subiit, ad sinistram THOMas Bergomensis Ceruiensis antistes, cuius obitus fuit. MDXV. Romæ. Quibus adiungas illum LVDOVICVM Viterbiensem episcopum Signinū defunctum. MDXIII. cum FEDERICO antistite fulginei urbis, deferente quadriregium suum uernaculo carmine omni cum festiuitate, ac sententiarum grauitate compositum. Ha ha ne prætermittas illum sanctissimum antistitem Burgensem PASCHASIVM genere Hispanum uirū litteratum, moribus ac sanctitate ornatum, in nostra congregatione alitū et educatum, Qui adolescens ingressus ordinem nostrum, missus ē Bononiam, ut cum doctrina mores in tuo Cœnobio Bononiēsi hauriret, ut suo tempore (id quod optime perfecit postea) in melius Cœnobia Hispaniæ reformaret. Prouincia igitur deo duce per ipsum reformata, tandem uisa uitæ sanctimonia ab regibus Hispaniarum uidelicet Ferdinando et Margarita Burgensis antistes delectus est. Porro in tanto dignitatis culmine constitutus, priorem uitam, licet statum non mutauit, Eadem illi fuit in uestimentis abiectio, eadem in moribus honestas. Memini me aliquando eum uidisse Romam ad Alexandrum sextum euntem, tam abiecte incedentem ut minime nisi a sociis proditum illum esse crediderim. Licet enim ad nouem milia aureorum singulo anno in prouentu Episcopii haberet, tamen sic in templis construendis, ac instaurandis, et in egenis expendebat, ut elapso anno se contraxisse debita magna cognosceret. Nō enim (ut fieri a plæ

Martinus Bononiē.

Matthæus Lulmus.

Thomas bergomē.

Ludouic.

Federicus.

Pascasius hispanus.

Pauci Pascasii nostris tpibꝫ inueniunt

ris* solet)affines aut cõsanguineos ex bonis ecclesiæ ditari uoluerat, quin/ immo neptas ex fratribus(forte humili genere hi erant)constituta pecunia quam sciebat ad id necessariam, humilibus nubere iussit. Postq̃ equidem omnia in pauperes expendit, et in condenda Cœnobia, ad synodum Lateranensem per Iulium secundum Pont. Max. indictam anno Domini MDXIIII. Romam ueniens, captus ingenti ægritudine, cum deficeret eũ pecunia, certiorem pontificem reddidit. Qui sanctum uirum Iulius uenerans centum aureos illi dono misit. At accepta pecunia, non passus eam diu apud se manere, iussit pauperibus erogari. Tandem elapsis paucis diebus spiritum domino reddidit, Et cum hactenus pauper fuisset, et in morte pauperrimus fuit, Vnde cernentibus seruis tanti patris inopiam, cum nõ paterentur sanctum antistitem terræ(prout ipse optauerat) mandare, propriis sumptibus lapideum sepulcrum ante aram maiorem Templi Mineruæ sculptũ tanto uiro dignũ construxerũt. O uirũ hac nostra ætate rarissimum. O uere sanctissimum præsulem, qui tantummodo ecclesiarum, et egentium curã habuit, cæteris posthabitis. Itaq* de eo dicere illud Sapientis possumus. Beatus uir, q post aurũ nõ abiit, nec sperauit ĩ multitudine thesauri. Et mirabilia fecit ĩ uita sua. Plura scribẽda essent de doctrina, de sanctitate, et de morum honestate huius sanctissimi præsulis, quæ ideo prætereũda duxi, quia me compellit. ECCO de Colual saxonus uir probus primo in armis, et callens egregios mores. Cuius uitam dũtaxat uerbis duobus narrare duxi, Eum igitur cum uxor deficeret, spernẽs mundi curas, et detestans opes caducas, sese religioni nostræ addixit. Vbi iactis primum humilitatis, et deuotionis fundamẽtis, tam grãdia de se polliceri cœpit, ut omnes adduceret in maximam spem ipsum aliquando futurum uirum egregium atq* illustrem. Quod optime euenit. Quare minime fraudati sunt opinione sua. Igit̃ hac spe cõcepta a patribus Parrhysium, ut bonas compararet artes, missus est. Qui non segniter agens, tantum breui tempore tam in doctrina q̃ cæteris rebus(quas religio expostulat)profecit, q* fratrũ suffragiis, (porro intellexerant ipsum maximum fructum reportasse ex dicto gymnasio) Cœnobio Sheusensi præficeretur. Qui defungens egregie eo officio, tãtam opinionẽ apud omnes tam laycos q̃ sacerdotes de se præstitit, ut uita functo antistite Mindensi, communi Canonicorum uoto, in præsulem dictæ Ciuitatis deligeretur. Humiliter autem suscepta tiara Episcopali, cœpit intrepide agere quod ex officio sibi incumbebat. Tandem optimum finem bono adiungens initio, uita deuotissime excessit, dimittens sui maximum desiderium. Cuius nomẽ adhuc recens in hominum memoria permanet. Heus Gratiane post omnes uita functos hunc citasti, qui inter pri

Att.

Ecco saxonus.

mos antiſtites connumerare debueras. GRATIANVS. Vt mihi ſeſe ob/
tulit, ſic ipſum citaui, prius nõ cõparuerat. Deinde quid? Vita functos hoc
ſanctiſſimo uiro concludemus. LEANDER. Nun ſunt alii Antiſtites
ex noſtro ordine citandi? GRATIANVS. Sunt, ſed, iam ipſe tædio affe/
ctus receptui canere inſtitui, ſi dũtaxat aliquos, qui modo uitam agunt co/
ram poſuero. Aduertis ne tres illos pariter ambulantes? Tres ſunt AVGV
ſtini. Qui ĩ medio ẽ, ille Iuſtiniana Genuẽſi nobiliſſima familia ortus, litte
ras Hebræas, Græcas, Arabicas, Caldaicas, et Latinas callẽs, nõ minuſq̃ phi/
loſophiam et Theologiam ac oratoriam facultatem. Intuere illud eius mã
cipiũ deferens poſt eũ uolumina illa ingentia uidelicet, utrũq; inſtrumen/
tum ſcriptũ Hebreo, Arabico, Græco, et Latino idiomate duplici, cũ ſco/
liis ab ſe editis, Opus inq̃ egregium, et apprime neceſſarium. Bene (ut ſcio)
noſti uirum. Te aliquando o Leander dilexit, cum profiteretur in Cœno
bio Bononiẽſi. Antiſtes factus eſt urbis Neuiẽſis, ipſo ignorãte. MDXV.
Nec talẽ dignitatẽ niſi ſuaſu amicorum ſubire uoluit. Vir eſt integer, litte
ratus, et clarus. Qui ad eius dexteram incurue incedit ſenio ſatis grauatus
AVGVSTINVS Caietanus, ad ſiniſtrã alius AVGVSTINVS Ragu/
ſinus optimus Theologus, ac uir moribꝫ ornatus. Qui tã delectabili aſpe/
ctu poſt hos ĩcedit aliquãtulũ facetus, ille ille tuus olim ſocius VINCEN/
TIVS Mutinenſis, ſigninus, qui ſubſequit̃ DOMINICVS Coruara Ge
nuẽſis, ſebaſtenſis, Et alios duos nõ cernis, THOMAM. ſ. ex albicis Florẽ
tinum Calienſiem Antiſtitem, et IOANNEEM Hiſpanum, qui utriuſq;
fortunæ uices ambo experti, Tandem aliquando in meliori locõ ſtetere.
Prætermittis tuum illum apprime domeſticũ THOMAM ex ſancto ſal/
uatore ſiculum egregium cõcionatorẽ, Minoris epiſcopum, Nõ te terreat,
q, iclyti Raymũdi cardonæ uiceregis parthenopæi regni pater ſit. His om/
nibus ut eũ adiungas neceſſe eſt, alioquin poterit de te conqueri, Signaſti?
LEANDER. Signaui omnes. Sed oro aliquãdo, prout promiſeras, finem
facito. Iam feſſus, amplius ſcribere haud ualeo GRATIANVS. Placet dũ
modo IACOBVM Deza honeſta familia ſatũ, Vrbe Tauro Zamoren/
ſem, Hiſpalenſem Antiſtitẽ uirũ ĩtegerrimũ, litteratiſſimũ, et oĩ uirtutũ de/
core ornatũ, ac. N. Pauagnotũ Florẽtinũ, Antiſtitẽ Vapenſem, inter iſtos
poſteriores cõnumeraueris. Iam finẽ facio. Salue et. Vale.

Auguſti/nus Iuſti/nianus Ge nuenſis.

Auguſti/nus caieta nus.

Vincẽtius mutinẽſis. dominicus Genuenſis Thomas

Iacobus Hiſpanus.

Liber Tertius de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorũ abſolutus ꝑ Lean
drum Albertum Bononienſem, Ioannem Caroli Florentinum eiuſdem
Ord. Franciſcum Caſtelionenſem Florentinum Canonicũ. S. Laurentii,
et Ioannẽ Antonium Flaminiũ Forocorneliẽſem Oratores Clariſſimos.

D·TOME
AQVINII





LEANDRI ALB. BON. IN QVARTVM LIBRVM DE VIRIS Illuſtribus Or. Prædic. Procemium Ad Reueren. P. D. Philippum Saulum Genuenſem Brugnatenſem Antiſtitem et litteratorum Patronum Optimum.


AVEROES ille Ariſtotelis æmulus, cũ hominẽ ſapiẽtẽ laudare maxime uellet, eũ tãtũ ab litterarũ experte diſtare affirmabat, qtũ animal uita uiuens ab animali ficto uel picto, ſentẽtia profecto egregia, ac ſimilitudine optime accõmodata. Nec longe abeſt ſapiẽtis uatis uerbũ, ad hoc plurimũ faciẽs, uidelicet hoĩes ſapiẽtia præditos ueluti lucidiſſima firmamẽti aſtra eſſe, eo ꝙ ſicut luce ſua noctẽ adornant, ſic iſti homines caligine ignorãtiæ litos illuſtrãt. Quãto igiť honore, quãtaqꝫ obſeruãtia Præſul mitiſſime, homines doctrinam callentes digni exiſtant, tute iudex es, qui nullũ laborẽ, nullũ incõmodũ defugiẽs, te totũ litteris dediſti, nũc Papiæ, nunc Bononiæ matris ſtudiorũ, parẽtis et alumnæ ſcholaſticorũ et uirorũ doctiſſimorum, ſtudẽs. Sed nolo impræſentia tuas laudes ultra proſequi, Dabiť alias locus. Ad noſtra nũc uenio. Quũ igiť Librũ Quartũ de Viris Illuſtribus noſtræ religionis contexerẽ, in quo uiri cõtinenť extra omnẽ ingenii aleam poſiti, ac (ut ita dixerim) inter cæteros hoĩes Semidei, eo ꝙ mortalibꝫ arcana ſupramũdana ſuopte ingenio reſerarũt, ac oſtẽderũt. Quorũ dux et Imperator (ille oĩum diuinorũ (pace aliorũ dixerim) humanorũqꝫ ſecretorũ cõſcius Thomas Aquinas, de quo illud, quod de Ariſtotele aliquãdo ſcriptũ legimus, proferre in eius laude uere poſſumus, uidelicet illi pene fuiſſe infuſum qcqd humanũ ingeniũ excipere poſſet, te unũ ex oĩbus deligẽdũ putaui, cui illũ dedicarẽ. Luſtrabis igiť tot tãq̃ Semideorũ cohortes, tot turmas, Tã uaria ingenia, tam egregia, tã ualida et acuta cõtemplaberis, ut continuo poſſis exclamare. Cedite Romani ſcriptores, Cedite Graii. Quorũ uitas ſi diligẽter examini dederis, cognoſces illos miro quodã modo cũ doctrina, uitæ cõtinẽtiã, et ſanctimoniam cõiũxiſſe. Quibus duobus in hoĩe coeũtibus, Quid amplius in eo deſiderãdũ eſt? Videbis igiť quãtis uiris ordo noſter prædicatorius fuerit exornatus. Qđ ſi cũ aliis ſæculis cõferre uolueris, uix credi poterit, tã breui tpe tot eminẽtiſſimos doctrina et ſanctitate excultos uiros hũc ordinẽ mũdo protuliſſe. Scio te plurimũ his delectatũ ire, quia cũ doctrina præcellis, doctrina præcelſos amas. Nõ.n. fieri põt qn doctos amẽt docti, ut ille clamabat. Duxi uero poſt Diuũ Thomã cæteros uiros litteratos ſub quadã feſtiuitate citare, ut maiore cũ uoluptate ĩ lectione lector deſtineať, quia quæ in hiſtoriis feſtiuiter leguntť, libẽtius legunť. Acciui interloquutores uiros moribus ornatos, litteris ꝑpolitos, et bonis oĩbus artibus ꝑditos, Qui inter noſtri ſæculi luminaria iure optimo cõnumerari poſſint. Hos.n. ſemper tenui, colui, amaui ac ueneratus ſum. Tuus iſte qrtus liber totus erit, Tuoqꝫ noĩ icciırco nũcupãdũ duximus. Tu, q̃ minime dubitamus, fronte ſuſcipe læta, ac Leandrũ tuæ dignationi deditiſſimũ ama.

DEVIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATO RVM LIBER QVARTVS INCIPIT.

IO. GARZONIS BONONIENSIS ORATORIS CLARISS. IN VITAM DIVI THOMAE AQVINATIS ORD. PRAEDIC. PROOEMIVM INCIPIT AD LEANDRVM ALBER. BONON. OR. EIVSDEM

h

ERCVLES VT APVD XENOPHONtē ſcribitur, cum primum pubeſceret, in ſolitudinem exiit. Atq; ibi ſedens, cum duas cerneret uias, Vnā, uoluptatis, Alteram uirtutis, Vtram ingredi meliꝰ eſſet, diu ſecum multumq; cogitauit. Tandem quis eum exitus maneret, ſi ad uiam uoluptatis incumberet, animo agitans, uirtutis uiam cōſectatus eſt. Hæc q̃q̃ a Xenophonte ſcribantur, haud tamē intelligo, quam is uirtutis uiam conſectari potuerit, qui expers penitus ſit ueritatis. Conſecratum eum eſſe affirmat, cum ſempiterno ignis cruciatu torqueatur. Laudabilior ꝓfecto et præſtantior Thomæ Aquinatis ſententia fuit, qui non ad illius uirtutis uiam, quam ſibi Hercules duxit īgrediendam, ſed ad coniungendā cum uera Religione ſapientiam omnes ſuas cogitationes retulit. Nulla erat Herculi ueritatis notio. Thomæ autem illa patebat, quod ſummus ille rerū conditor eum tanto munere affecerat. Quid igitur miramur, ſi non ſolum ipſe ſed qui eius ſecuntur ueſtigia, immortalibus donantur beneficiis? Neq; hercules ſeſe uirtuti ꝓrſus addixit. Multa ab eo ꝑpetrata ſunt, quæ, ne quid iniocunditatis haberet oratio, prætereunda duxi. Thomas, quoad ei uita contigit, nunq̃ induſtria uacuus fuit, Ille ſcribendo, Ille interpretando, Ille docendo, Ille uitia caſtigando ætatem ſuam cōſumpſit. Nec Religionis curam poſt habuit, cuius quanta uis ſit, hinc ſcias, quādo eius præſidio ſeptus plura perceperit, q̃ alii aut legendo aut audiendo. Hinc in ſanctorum numero repoſitus eſt, His cauſis impulſus eius uitam atq; acta ſcribere inſtitui



Quod si alia essem opinione, nō mediocrē, tāto ingenio tantæ litteraturæ, tantæ sanctimoniæ iniuriam facerem. Cui uero ipsam dicarem te ex multis unum delegi Leander, qui eius uitæ exordium imitatus nundū quartūdecimū supergrediēs ānū ad sanctissimā religionē aduolasti, cū Thoma reiectis Mūdi uoluptatibus, atq; spretis huius uitæ labilis illecebris, quæ hominem in pernitiē ducere solent.

DIVI THOMAE AQVINATIS VITA PER IO. GARZ.

QVINVM Latinorū admodum nobilis est ciuitas, ex qua fuit Thomas, patrē habuit Landulfum nobili genere natū, Matrē uero Theodorā Neapolitanā, Fratres præterea duos Lādulfum et Arnoldū uiros spectatæ uirtutis atq; prudentiæ, ac sorores duas honestate pollētes et sanctimonia. Forte ita casus tulit, ut ad Theodorā, quæ per id tēpus in oppido, quā Rochā siccam uocāt, habitabat (siquidē prægnans aluo Thomā cōtinebat) hæremita quidā uir nempe castitatis atq; omnis officii diligētissimus iter cōferret, qui ut salutatione functus est, tibi īquit Theodora gratulor. Exilias gaudio puerū enixura es, cui nomē erit Thomæ. Is doctissimus euadet et rectissimis studiis atq; optimis artibus præditus. Cū igitur puerū edidisset, nutrici traditus est atq; in balneū deportatus. Erant ei ī manibus litteræ obuolutæ, quas nutrix admirata cum eripere conaretur, lachrimas ille profudit. Nutrix pietate cōmota ab īcœpto auertit. Et id nō esse ab re cū animo suo cōsiderans, balneū egressa est. Repente rē ipsam matri nunciauit, quæ admiratione attonita puerū in gremio suscepit atq; assentationibus litteras de illius manibus ademit, quibus illud salutis nostræ principium cōtinebatur. Aue maria gratia plena. Matri uero, quoniā in reddendis litteris tarditate utebatur manū porrexit, qui ut uoti compos factus est, eas absorpsit. Cū autē mater quodnā puero uitæ genus futurū esset, cognoscere instituisset, quidā scīa eruditus ad eā profectus ē, qui si anteq̄ puer inqt, q̄rtū et uigesimū egrediatur mēsem lachrymas effundat, ac re aliqua inspecta modū statuat, eū scito summā ex illa uoluptatē percœpturū. Id ita fore res ipsa docuit. Vt enim puer lachrymas effundebat, cōfestim libello allato illis temperabat, ut qui aderant, nō modo admirarent, sed eū quoq; faterent, q omniū bonarū artiū ac disciplinarū magister futurus esset et princeps. Iam Thomas quintū agebat annū, cū de eo in disciplinā tradēdo, parens curam suscepit. Ab Aquino nō longe abest casinū præclara qdē ciuitas, sed latinorū nouissima. In ea extructū est monasteriū Benedicto dedicatū. Huc post eaq̄ deductus ē Thomas, cuidā, q honestissimis eū moribꝫ et optimis ornaret disciplinis, tradit magistro, quem plærumq;, ut qd deus esset, exponeret,

[Margin notes: a (beside "Thomas, patrē"); roccha sic. (beside "pus in oppido"); Miraculū (beside "puerū edidisset"); Aue maria (beside "cōtinebatur. Aue maria"); Annus .v. Thomæ. (beside "omniū bonarū" / "Thomas quintū"); Casinum (beside "suscepit. Ab Aquino")]

precibus fatigabat. Quæ ab illo proferebãtur, apud memoriã deponebat. Qui sibi arrogantiam sumebãt, eorũ uitabat societatem. Id iocandi genus, quod illiberale, petulẽs, flagitiosum, obscœnum erat, defugiebat, quod uero elegans, urbanum, ingeniosum, eo delectabatur. Nocte interdiuq; plus duas horas in deferendis deo laudibus absumebat, Hæc abbatẽ ĩ admirationis tãtum adduxerunt, ut parenti adolescentem remitteret, quod non paruam ei iniuriam faceret, quando Neapoli tot ingenia floreret, quibus adiutoribus in optimam posset frugem euadere. Cum igitur Neapolim adolescens uenisset, ad grãmaticam rhetoricã, dialecticã ĩcubuit. In his discendis Martino quodã usus est socio, physicã uero naturalẽq; scientiã ex petri hibernici hausit fontibus. Difficile dictu est. quantũ in ea profecerit, Fama percrebrescebat unũ Neapoli esse adolescentẽ, qui eximiis, egregiisq; uirtutibus superaret ætatẽ. Sed cũ animum ad perfectiora cõuerteret, et si tertio et decimo esset anno, sese prædicatorũ ordini addixit instinctu afflatuq; diuino cõcitus Omnes fere ciues, quod nobilissimus adolescens ac magnis opibus affluens omni mundi cura posthabita ad xp̃i Religionẽ aduolasset, maxima tenuit admiratio, cum qui eo uitæ genere delectantur, hos paruis opibus ac facultatibus præditos esse nõ solũ oporteat, sed etiã necesse sit. Eam rẽ pater inimico tulit animo, summoq; dolore affectus est. Nec mater minorẽ, cũ quæ a Thoma acta erant, cognouisset, animo dolorẽ cõcœpit. Igitur magna nobiliũ matronarũ frequentia Neapolim cõtendit. Repente summũ eã uidendi filii cœpit desyderiũ. Qui Thomã custodiebant, ne cũ matre colloquiũ haberet, adnitebantur, suspicione perculsi, ne tanto munere, quanto eos donauerat deus priuarent. Ex quo iussu patrum Romã missus est honestissimis ac sapientissimis uiris comitatus. Vt de eius profectione mater certior facta est, Romam iter cõtulit. Intra urbem mons est, quem auentinum uocant. In eo extructum est templum Sabinæ dicatũ. Eo deductus est Thomas. Vt uero eius præfectus matrẽ uenisse ex nunciis cognouit, nulla interposita mora Thomã Parrhysium mittendum duxit, id quod matri nunciatum est. Sub idem tempus qui Thomæ fratres erant, sub Federici Secundi Imperatoris signis militabant. Is ad oppidum, quã Aquam pendentẽ incolæ uocãt, castra posuerat. Ad eos litteras illa perferri curat, quibus admonet, ut omnem diligentiã adhibeant, ne Thomas parrhysiũ adducatur. Ipsum cum Religiosis prædicatoribus qui sese illi comites præstant intercipiendũ curent, Nec patiantur quæ ipsos in lucem suscepit, matrẽ tanta calamitate opprimi. Quare in miserã, atq; omni spe destitutã pietate cõmoueantur. Has litteras cum hi diligenter accurateq; legissent, uehementer cõmoti sũt.

Tho. tenaci memoriæ.

Tho. Neapoli uenit

Igitur Federico minime dissentiente robustissimos milites ad exitus itinerũ idoneis locis disponũt. Casu Thomas, in cuius societatẽ sese Religiosi quattu or. coniecerant, ꝙ de uia fessus erat, ad puteum quendam sedebat. Ibi eum milites offendunt. Confestim in ipsum manus iniiciunt, conanturq; ueste spoliare. Thomas quãta maxima potest uoce inclamat, ut se missum faciant, Indignum esse, ut qui se deo semel dicauerit, de eo male mereãtur Magnã uim lachrymarum effudit. At milites ut mandata exequant̃ thomã ad fratres deducunt. Nequeo uerbis cõsequi, quãtum mæroris ac luctus ea res religiosis attulerit. In sequenti die, ne matris uoluntati deessent, Thomam haud exigua armatorum stipatum caterua ad eam deduci iubẽt, quæ ne iterum filio spoliaretur, in suspicionem incidit, Quo factum est, ut eum Robustissimis militibus, quibus oppidum tuendum dederat, in custodiam tradiderit. Hæc dum gerebantur, Religiosi prædicatores, quoniam tanto fuerant munere spoliati, ad Innocentium Quartum Pontificem Maximũ querelam detulerunt. Illud ab ipsis iniquius ferebatur, quod Federicus dissimulasset, consensissetq;. Innocentius tantum scelus æquo animo ferre nõ potuit, cum præsertim in agris qui suæ ditionis essent, id Federici milites perpetrassent. Igitur ad Federicum nuncium cum litteris mittit, quibus illũ ut de latronibus supplicium sumat, admonet. Ex quo milites præhensi sũt atq; in carcerem coniecti. Paucis post diebus Religiosos prædicatores, quid petituri essent, exponerent, admonuit. Verum, quoniam in bonam thesauri recuperandi spem adducebantur, causæ suæ modum statuerunt, nec delicti admissi pœnas repetierũt. Interea fratres thomæ se ad Rocham siccam recceperunt, Qui cum tantam adolescentis constantiam intuerent̃, sorores ad se accersunt, has, ut ad Thomam proficiscantur cõmonẽt, atq; tantam opinionem tam penitus insitam, tam uetustam, ex eius animo euellere conentur. Cum ad ipsum uenissent, cœpit adolescens castissimus, quæ in sanctis litteris continebantur, illis plana facere Nihilq; prætermittere, quod ad summam fœlicitatem nãciscendam spectaret. Quæ maior erat natu, soror, contemptis his fragilibus caducisq; bonis, ad signum crucis aduolauit. Tum fratres maiorem animo dolorem concœperunt. Vestes, quas ille induerat discerpserunt, quo pudore adductus, de sententia decederet. At discerptas iterum induit. Nec eo scelere contenti, mulierem uenustam, quæ non nupta diu domum suam omnium cupiditati patefecerat, ac sese palam in meretricia uita collocauerat, ad ipsum in cubiculum deduci iubent. Hãc ut hominem sanctum intuita est, cœpit non solum incessu, et oculorum flagrantia, et sermonis libertate, sed etiam complexu ei molestiam afferre. Cũ

capit̃ tho. a militibus

Deducitur Thomas ad matrẽ.

Innocent. Quartus

Sorores ad Thomam mittuntur

Meretrix impudica.

nimium procax esset, uisus est homo castissimus commoueri, atq; ad con
cubitum allici. Momento temporis, quantum sceleris admissurus esset mẽ
te agitans, ne inquit Christus sinat, Mariaq; cœli Regina, ut tanto me fla
gitio atq; facinore contaminem. Ex quo eam fuste ardente percussit. Illa
coacta cubiculo excessit. Hic subito ianuam occlusit, ac lachrymãs procidit
atq; ita locutus fertur. Ni mihi præsidio fueris Christe optime maxime, nul — oratio thomæ.
la sum nec continentia, nec temperantia. Misericordiam tuam, ne a men
tis corporisq; integritate deserar, et oro, et obsecro. Facito ut nulla inquina
tus libidine, tibi ualeam perpetuam seruire seruitutem. Cum hæc uerba
faceret, insecutus est eum somnus. Tum angeli duo adstiterunt, quorum — angeli duo
alter, quam Thomas locutus fuerat orationem, deo non iniocundam es
se affirmauit. Quin cingulo, quem secum deportauerant, cingendum du
xerunt. Alter te nos, inquit, perpetuæ Virginitatis cingulo, qui imposterũ
minime dissoluetur, cingimus. Id a domino consecutus es, quod ab homi
ne humano possideri nequit. Intercingendum pre dolore uocem emisit,
Ad quam custodes exciti accurrũt, petuntq; quid subsit causæ cur inclama
uerit. Eius rei quoad spiritum duxit, neminem unq̃ conscium reddidit.
Cum uero animam extremis (ut aiunt) labris teneret, Arnoldum quendam
Religiosum, cuius familiaritate plurimum utebatur, non inscium fecit. In
terea Theodora cum Thomæ uoluntatem nusquam inflecti intueretur
ne diuinæ maiestatis bellum sibi concitaret, ut Religiosis Prædicatori
bus ad Thomã accessus pateret, edixit. Nec deerat Ioãnes Religiosus qui
dam, qui quæ opus illi erant suppeditabat. Annos duos in cubiculo inclu
sus fuerat, cum a Theodora in pristinam restitutus est libertatem. Hæc Re — Thomas
ligiosos, ut nocte constituta adessent, qui Thomam fune de fenestra de — de fenestra
misso descensurum acciperent, commonuit. Paucis post diebus, ꝙ illi im — demissus.
perata fecerant, eum Neapolim deduxerunt. Illud Silentio præterire ne
queo. Nam cum tot menses cubiculo inclusus mansisset, perinde liberales — Mirum.
artes callebat, ac si clarissimis præceptoribus usus fuisset. Demum de Reli
giosorum sententia Romam profectus est. Ea tempestate Ioanni Ger
mano, ꝙ disciplina et optimis moribus pollebat, multum tribueba
tur. Hic Thomam parrhysium adduxit, Vbi cum aliquot menses commo — Thomas
ratus esset, Coloniam, quæ ciuitas est Germaniæ, contendit. Per id tem — parrhysiũ
pus, Albertus, cui Magno erat agnomen, theologiam exponebat, quẽ ut — adducitur.
Tho. audiuit magnopere lætatus est, Qui deũ, ut ei aliquãdo hãc optionẽ — Alb. mag.
deferret, ꝑcibus sæpe numero fatigauerat, Nec immerito, quãdo is unus ẽet

qui ĩ omni ſcientiarũ genere præſtaret. Cũ igitur in litterarum ſtudia omni cura intentus eſſet, diuturna taciturnitate uti ſtatuit, imitatus Pythagoræ diſcipulos, qui certũ tempus tacebãt. Quo factũ eſt, ut non ſolũ mutus uideretur, ſed bos quoq; mutus uocaretur. Caſu accidit, ut dionyſii librũ, qui de diuinis nominibꝰ inſcribit̃, Albertus exponeret. Quẽ cũ Thomas auide attenteq; audiret, nec uerba faceret, aderat homo quidã diſciplinis ornatus, hic Thomã autumãs ingenio eſſe obtuſo, percurramus ĩquit, quæ ex Alberto audiuimus. Eius uolũtati morẽ geſſit Thomas. Qui ut illũ e recta uia declinantẽ audiuit, bona ĩquit mi frater, cũ uẽia dixerim, errore duceris. Alia ẽ opinione Albertus. Tũ ille, expone ĩquit, quæ Alberto fuerit ſentẽtia. Thomas nulla interiecta mora ita dionyſiũ expoſuit, ut Albertũ ſuperare uideretur. Cui cũ hoc nunciatũ eſſet, ſumma exultauit lætitia, a quo nõ ſemel ſed ſæpius de illius ſcientia factũ eſt periculũ, ut eum bouẽ futurũ eſſe fateretur, qui ſi ætate procederet, toto orbe terrarum q̃ maximum emitteret mugitũ. Haud falſus uates fuit. Laudanda nimirũ tanti uiri humilitas ac modeſtia, qui q̃q̃, grãmatica, rethorica, dialectica, phyſica, theologia nõ mediocriter eſſet ornatus, nihil tamen arrogantie ſibi ũnq̃ ſumendũ duxit. Erat in more poſitũ apud parrhyſinos, ut qui in theologorũ numerũ adſcribendi erant, primum bacchalariatus dignitate ornarentur. Eo munere ut parrhyſium uenit Thomas donatus eſt. Tũ magiſtri ſententias cœpit exponere, quẽ q̃ audiebant, non admirari nõ poterant unũ ſe parrhyſium recepiſſe, qui ſcientia et ſanctitate omnibus antecelleret. Cum igitur quattuor ſententiarũ libros diligenter expoſuiſſet, qui creandis doctoribus præerat, eum, ut ſibi cõſuleret per nũciũ admonuit, quãdo in theologoũ numero, et cœtu reponẽdus eſſet. Tam altũ dignitatis gradũ cum diu renuiſſet, tandẽ maiorm ſtudiis parendum duxit, quãq̃ trigeſimũ nondum egreſſus eſſet annum. Scripſerat autem contra gentiliũ perfidiã libros quattuor, qui et theologorũ et phorũ occultiſſimi, referti ſunt ſententiis. Permulti Auerois errore impediebantur. Is erat ut idẽ omnibus eſſet animus. Hunc funditus euertit nõ ſolũ xpiana uẽritate adductus, uerũ etiã philoſophorũ rationibus impulſus. Nõ eſt mei cõſilii cæteros errores, quos admirabili ĩcredibiliq; ſciẽtia ſua refellit, referre. Siquidẽ modũ liber excederet. Suæ cõſuetudinis erat, ĩ ſingulos dies acta patrũ audire. Interrogatus, quid ſubeſſet cauſæ ſe animũ ſuũ, et cõformare, et inquirẽdæ ueritati reddere aptiorẽ, reſpõdit ſecutus patris ſui Domĩci ueſtigia, quẽ acta patrũ uehemẽter oblectabãt, ut ĩ eis legẽdis ſummã fuerit adeptus pfectionẽ. Mollariæ, qđ oppidũ haud ꝓcul abeſt ab urbe Ro. Cardinalis Ricardus cõmorabat̃, ad quẽ uiſendũ cũ ſeſe thomas cõtuliſſet,

pythago.

Thomas bos mutus

Thomas nunq̃ arrogans

Thomas bacchala.

Thomas theologus

Error Auerois

Mos Thomæ.

Domini.

Iudæi duo magnis in diuitiis cōstituti ac litteris et īgenio præstantes puene rūt. Si hos posses o Thoma (īquit Ricardus) ab erroribus suis reuocare egre giā nauares operā. Igit Thomas quæ ī sanctis litteris cōtinent, ea cū Iudæis cōtulit. Quæ ad illorū cōuersionē spectabant, minime ꝑtermisit, ad quæ ut postero die respōderēt, admonuit. Interea uir sanctus, ut supior discederet, xp̄m optimū maximū orare atq; obsecrare. Re ī hūc modū cōposita in dis putationē uentū est. Vt Iudæi robustissimas Thomæ rationes ītellexerūt cōfestim acqeuerūt. Ex quo tātis erroribus, qbus tenebant oppressi, libera ti sunt, Mea quidē sententia, qui se religiosos ꝓfitent, si patribus suis audiētes sint, haud mediocria reportant præmia, id quod a Thoma summa est dili gētia factitatū. Nā cū religioso cuidā nulla doctrina exculto cōplura essent obeūda negotia, secretū sibi duarū horarū, quo dei laudibus uacaret, Tho mas sumpserat. Cella egrediens Religiosum habuit obuiū. Vt te mihi comi tē īquit præstes o Thoma, monasterii præfectus iubet. Paruit hic illius uo luntati, qui cū tardius iter faceret, ꝓperato īquit Religiosus opus est. Quā tū īquit Thomas ī me est, efficio. Cū uterq; ꝑ urbē Bononiā iter cōferret, magna sunt ciues admiratione ꝑculsi, quod Religiosus nulla sciētia prædi tus præiret, is sequeret, qui omniū scientiarū esset magister et princeps. Ex quo de tāto errore a ciuibus admonitus, Misellus errati ueniam petiit. M. Cato ille cēsorinus, teste. M. Tullio, reddēdā otii rationē arbitrabat. Id sen su Thomas ex memoria nequaq̄ deposuit, q, ut nocturno tēpore breui ad modū sōno, quo corpus recrearet, operā īpensius erat sanctissimis orationi bus īdulgebat. Reliquū tempus ī litterarū studiis absumebat. Cibi potusq; parcissimus fuit. Illud affirmare ausim, plus eū in tribuēdis deo laudibus ꝓ fecisse, q̄ cæteri aut legēdo aut audiēdo ꝓfecerint Hāc unā ī orationibꝰ suis a deo exigebat operā, ut sapiētia, cuius studiosus sēper fuerat, ībueret. Vt ei uel disputādū uel legēdū uel scribēdū erat, ad orationē primū cōfugiebat, qd ea fretus quæ cogitauerat, assequebat. Nōnūq̄ scrupuli ac dubitatiōes q̄ dā ei iniiciebant, quas ut dissolueret, orationis īplorabat auxiliū. Nūq̄ spes ipm frustrata est. Nā cū Esaiā diuinū illū ꝓphetā planū faceret, īterdū obii cibꝰ qbusdā īpediebat. Igit pluribus diebus ieiunio et orationibus datis ad exitū, q sibi ꝓpositus fuerat, ꝑuenit. Nō mea dilabit memoria qd̄ scriptū ē. Quo. n. tēpore præclarū illud opus, quā tertiā partē uocāt scribebat, eo tp̄e Iacobꝰ Caserta æredituus uir sane nulla uirtute egēs, xp̄i cruci affixi uocē illā se audiuisse affirmauit. Quæ abs te Thoma de me scripta sūt, et bene et eru dite scripta sūt. Quādo me tibi ꝓ tuis laboribꝰ officiosū exhibebo? Tho mā deīde satis supq; ēe respōdisse, si ī ip̄m eēt beniuolētia. Nō referā, quāta fuerit prudētia, cū qui galliis præerat Ludouicus nō semel sed sæpius eū in consilium conuocari iusserit. Formæ dignitas apud peripateticos in bonis

Iudæi duo conuersi.

Obediens Thomas.

M. Cato.

Plus ꝓfe cit thomas orationibꝰ q̄ legendo aut audiē.

Sancte.

Esaias.

Iac. caserta

quæ deme scripta sūt Thoma.

prudentia Tho.

Dignitas formæ. numeratur. Hæc quanta in eo fuerit, hinc sciri potest, cum quibus sui con
ueniendi potestatem faciebat, Eam hi uehementer admirarentur. Nec illæ
Inuidi i Thomã. uirtutes tanti uiri silentio prætereundæ sunt, admiranda frugalitas, liberalitas,
beneficentia, pietas. Non defuerunt qui in tantum uirum æstuarent inui
Egidius Roma. dia, quod quædam eius scripta an probanda essent, in consultatione ponē
da censerent. At Egidius Ro., qui ipsum ãnos ternos denos audierat, quæ
memoria Thomæ ab inuidis obiiciebantur, nulla esse ostendit. Quin ꝑ nugis habuit, Quid
loquar de eius memoria quæ tanta fuisse fertur, ut non solum themistoclē
qui obliuionis artemq̃ memoriæ mallebat, sed simonidem quoq;, q primū
Thomas cōtēpsit honorē etpecūiã memoriæ artem protulit, superauerit. Quæcūq; legerat uel audierat, in me
moriam reuocabat. Nūq̃ honoris nec pecuniæ desyderio captus est. Clemēs
Quartus Pont. Max. ipsum Archiepiscopatus neapolitani dignitate ornã
dum duxerat, Repente illi amplissimis uerbis gratias ægit obtestatus, ut tan
Clemens Pontfex tum honoris aliis deferret. Cum a rege Ludouico una cum monasterii præ
fecto ad sumendum cibum inuitatus esset, nec finis esui esset impositus, di
Rex Lu. uino instinctu animum a corpore abstraxit. Nam demoliendæ Manicheo
rum hæresis cogitatio subierat animum. Tandem manus uola discum pul
sans, nos inquit secundum aduersus manicheos prælium fecimus, quo pro
fugi coguntur deserta et auia petere. Tū præfectus eius uestem leniter ma
nu trahens, rex inquit adest. Suo loco cum manicheis collatis signis dimicã
dum erit. Ille (nam mens redierat) a rege ueniam petiit. Rex tantam Viri sa
pientiam admiratus ad se scribam acciri iussit, monuitq;, ut quæ ille
Crus thomæ egrotum. excogitauerat, hic in libellum referret. Erat Thomæ crus infirma uali
tudine, cui ne totum interiret, admouēdus erat ignis. De quo certior factus
ut medici inquit huc se retulerint, primum uos me conscium reddite. Iace
bat in lecto, cum medicos aduentasse intellexit. Cum suo illi satis officio fa
cturi essent, hic tãtum studii atq; operæ in res diuinarum litterarum obscu
ras atq; difficiles cōtulit, ut in terurendum nullo fuerit dolore affectus. Ma
gnam profecto laudem hi sibi uendicant, qui non modo quæ Religioso ui
ro digna existunt, efficiunt, sed inscios quoq; atq; a religione alienos edo
cent. Hanc prouinciam tam officiosam sibi depoposcit uir sanctus. Cū.n.
uerba facturus erat, infinita hominum multitudo confluebat, tantaq; uolu
ptate audientium animos afficiebat, et tanta uulgi libidine audiebatur, ut q
non affuisset, illius audiendi desyderio miser tabesceret. Permulta memora
tu digna, quoad ei uita suppetiit, effecit, quæ, quoniam ab aliis diligenter ex
plicantur, de industria prætereo. Illud referam, quod in mea memoria peni
diabolus Thomæ molestus tus insedit. Nã quotiēs teterrimus hostis æthiopi minime dissimilis ei mo
lestiã illaturus, sese ad cubiculum referebat, totiens ipsum et contumeliosis
uocibus, et sancto crucis signo in fugam uertebat. Iã uir sanctus atq; omni

sciētia eruditus Germaniam, Gallias, Italiam peragrauerat, cum sese patriæ reddere instituit, ubi cum annum fuisset, consensu patrum Romam uersus iter contulit. Ad Magentiam, quod oppidum est Campaniæ peruenit, ibi eum nullum sumendi cibi desyderiū cœpit, forte apud ipsum erat Ioannes quidam Priuernus summa ei coniunctus familiaritate. Is illius uicē dolens quodnam inquit te cibarii genus oblectat. Vtinam inquit ille mihi essent aleca. Ioannes ad macellū repente proficiscitur. Aleca nulla inuenit, Sardarū cistellam mercatur, quæ ut domū deportauit, in aleca cōuersæ sunt. Sed eum cibū Vir sanctus renuit, quod se æternæ illi maiestati cōmisit. Tandē se cibo potuq; paululū recreauit. Postero die cū ad fossam nouā cōtēderet, forte abbatem Cistertiensem obuium habuit, cuius uoluntati, quod ad capiendum cibum fuerat inuitatus, obtemperauit. Vt ædem intrauit, mi inqt Arnolde hic decedam. Hunc ego locum perpetuo habitabo. Igitur abbatis iussu in cubiculū deportatus est, ubi aliquot dies fuit. Verū monachi quod morbo impediebatur calonū onus subierant. Sed q̄q̄ ui morbi debilitaret, ad eum tā profecti sunt monachi complures, ut Salomonis librū quæ cantica canticorū uocant, exponeret petentes. Accessit illorū sententiæ. Iā ipsum corporis uires deficiebant, cum aīus mortē imminere præsagibat. Quo factū est ut sanctū xp̄i corporis sacramentū sumendū dixerit quod dū ab abbate cōportaret, et si debili esset corpore, tamē ad terrā prostratus (quærebatur enim ex eo, an sacramentū illud dei filiū arbitraret) respōdisse fertur eo animo, ea opinione, ea sententia se esse, qui hūc deū uerū fateretur, et hominē dei patris et Virginis matris filiū. Postero die exeūtium petiit sacramētū. Cum ad singulas formulas respondisset, ei natura uitæ finē fecit. Fertur autē decessisse annos nouē et quadraginta natus. Enimuero libros usq; ad eo multos perscripsit, ut non solū legendo uerum etiā enumerādo fatigare auditorem possint. Sunt eius scripta et multiplicia et uaria. Extant de græcorum erroribus ad Vrbanum libri quattuor.

Thomas ægrotus.

Miraculū.

Arnoldus

Salomon.

Sancte et pie.

mors tho.

libri a tho. scripti.

De fato liber unus.
De Declaratione articulorum aduersus græcos liber unus.
De Indiuiduationis principio.
De p̄ceptis et lege amoris.
De esse et essentia.
De Ecclesiæ sacramentis
De principiis Naturæ
Expositio Symboli librū unum continens.
De Natura Materiæ
Responsio de duodecim articulis librum unum continens.
De Elementorum mixtione.
Responsio de.xxxxi.articulis libros duos continens.
De occultis naturæ operibus.
Responsio de.Lxiii. articulis liber unus.
De motu Cordis liber unus.
Responsio de sex articulis aliis.
De instantibus.

De Verbo incarnato.
De Quattuor oppositionibus.
De Verbo item.
De Demonstratione.
De Natura uerbi et intellectus.
De Fallaciis.
De Angelis.
De Propositionibus modalibus.
De Vnitate intellectus.
De Natura Accidentis.
De pfectione Christianæ religionis.
De Natura Generis.
De Vitæ spiritualis perfectione.
De Potentiis animæ.
Contra Impugnantes religionem liber unus.
De Tempore.
De Regimine principum.
De Formarũ pluralitate
De Regimine Iudæorum
De Natura Syllogismorum.
De Forma absolutionis
Summam logicæ uno libro complexus est.
Decretalis, Firmiter, expositionem uno libro rettulit.
De Inuentione medii
Item aliã decretalis expositionẽ dãnamus uno libro complexus est.
De Natura luminis liber unus.
De Sortibus.
De Natura loci.
De Astrorum Iudiciis.
De æternitate mundi.
Extat prima pars sũmæ totius theologiæ, Item prima pars secundæ, et secũda secũdæ, itẽ tertia pars.
Quodlibeta
Et quæstiones de ueritate.
Libros sententiarum, quattuor uoluminibus expressit.
Aduersus Gentilium perfidiã (ut supra diximus) libri quattuor.
De potẽtia dei, uolumen ingens.
Extant eius quæstiones de uirtutibꝫ in cõmuni, et unione dei, de Aia, de malo, de spũalibꝫ creaturis.
Aureũ opus super Euangeliis.
Expositio super Epistolis Pauli,
Super Esaia.
Super Hieremia. Super Iob.
Super Canticis.
Super Matthæo et Io. in spãli.
Super Dionysio.
Super Boœtio.
Super Omnibus fere libris Aristotelis, et prædicabilibus Porphyrii.
Et libro de causis.
Extat eius Cõpendiũ Theologiæ.
Sermones præterea Dominicales et festiui.
Iussu insuper Vrbani pontificis instituit Corporis Christi officium.
Item scripsit super aliquibus nocturnis Psalmorũ. Et multa alia quæ ad nos non peruenerunt.

A natali uero domini Saluatoris, cum de uita exiuit, anni agebantur mille ducenti septuaginta quattuor, cuius uitam sanctissime actam ac decursam, et miracula, quæ quotidie tenebantur, Ioannes Vigesimus Secundus pontifex Maximus cum animo suo considerans in sanctorum confessorum numero reponendum putauit. Sed, ut ad ipsius obitum redeam, nondum corpus in sepulchro constitutum erat, cum Ioannes Ferentinus utrisq; oculis

oculis captus eo sese deduci iussit, qui ut illius faciei osculū admouit, deū ut tanti uiri meritis in pristinā restitueretur sanitatem, precibus obsecrauit. Su bito uoti compos factus est. Anni quini septuageni intercesserūt, cum eius corpus ad urbem Fundos delatum est. Postremo annis nouenis uigenis exactis ad Tolosam, quæ Galliarum est ciuitas, iussu Vrbani pontificis ma ximi deportatum est. Non referam reliqua eius miracula, quoniā luce cla riora existunt. Quare finē scribendi faciam, si illud unum addidero. Nūdū extitisse aliū, qui Tho. et sanctitate et litteratura superauerit. Quare illum omnium uirtutum fuisse simulachrum fatear, non solùm oportet, uerum etiam necesse est.

VIRORVM ILLVSTRIVM SACRAM SCRIPTVRAM DILVCIDANTIVM LEANDRI DIALOGVS INTERLOQVVTORES HIERONY MVS. LEANDER.

q VVM TERTIO DE VIRIS ILLVSTRIBVS RE ligionis meæ libro finem ante dies Paschales imposuissem, et iam iam ueris se ingererent initia, circa mensis Aprilis lætiferi principium, quo lætari solent omnia, cum Terrestria, tum aquatilia, et præter ea, etiam aerea, ac hominū corda et corpora, ex eo ꝙ re iectis obsoletis temporibus squalidis, imbribus, niuibusq; oppletis, ac uento rum turbinibus, ueluti ad reantiquatum Mundum accedere uideantur, uolens et ipse lætari accito Hieronymo plegaphoeta Vicentino uiro placi dulo, et amœnissimo, cum Matthæo Bandello Nouocastrense homine flo rido, nitido, atq; in scribendo accurato, Philippo Musoto Conterraneo suauissimo Concionatore et delicatissimo, Thoma Radino Thodisco pla centino haud uulgari doctrina elaborato, Bartholomæo Mortario emū cto et cōposito, Gratiano Laudense cū Ioanne Maria Veneto haud illepi dis adulescētibus, nec triuialibus, ꝓfessoribus ord. nostri accessi i quādā gra tissimam planiciem ad Apenini radices montis sitam floribus diuersicolo ribus ubiq; refertam, ultro subsequētibus illis latinæ linguæ luminaribus Ioāne Anto. cum. M. Antonio filio Flaminiis Forocorneliensibus deli tiis obseruādissimis atq; uiris rarissimis, et Philippo Phasianino professore bonarū artiū diligētissimo, cuius i medio fontē isignis pulchritudinis, ma ximo artificio laquearibus ornatam, et siphonibus nouem aquas profun dentibus largissimas conspeximus duos riuulos ex aquis causantē, a sipho nibus deriuatis, obsitamq; quernis tenerrimis uirgultis simillimis ad instar

Hierony. Vicētinus Matthæus Bandellus Philippus Musotus. Thomas Radinus. barth. mo. Gratianus Io. Maria. Io. Anto. M. Anto. Flaminii. Philippus phasianin.

nemoris, et myrtis, necnon lauris, buxisq; in diuersis animalium figuris deductis, quos inter conuolabant omnis generis auiculae dulcissimos concentus emittentes, Allecti igitur opacitate umbratili arbusculorum, et dulcedine auium cantus, aquarumq; crepitantium ex fonte exeuntium susuru, ac loci amoenitate omnifariam, illuc secessimus aliquantulum laxaturi animum communi uoto. Et lotis aut potius refrigefactis aliquantulum frontibus, (porro tum ex itineris diuturnitate, tum aestu promeridiano, et sole desup coquente, plurimum fatigati et percocti fueramus) uiso Diui Thomae Aquinatis illius inq̄ rerum diuinarum ac humanarum optimi cognitoris (quantum mortalis quispiam debili isto nostro intellectu attingere ea potest) Triumpho, Quippe curru ante euectus fuerat, praecedentibus quibusdam, tubis, cornibus, tibiis ac pluribus aliis instrumentis cū crepitaculis signum dantibus, currum ipsum uirginibus quattuor ducentibus magno exilientibus gaudio, cum signis in manu suis, quorum ī primo Iustitiae nomen inscriptum erat, altero Fortitudinis, tertio Temperantiae, et Prudentiae quarto, pluribus turmis subsequentibus uirorum Illustrium Quas albo lapillo notare decreuimus, ut caeteris tantorum uirorū nomina et res gestas fere epitomate uno, quo laetari possint, ac admirari, crederemus Consedentibus omnibus. HIERONYMVS plegaphoeta ille amoenissimus uir omni uirtutum genere suffarcinatus. Quid in eo desiderari licet? Is enim est praestantis formae, affabilis, dulcis, Nec eum Musices consonantiae larent, nec ī organis modulationes, nec in poetica aut oratoria tropi, numeri, figurae, pedes, et caetera ad id genus attinentia, Soleo .n. ipm appellare familiae nostrae amoenissimum uiridarium, et delitias aetatis nostrae, assurgens, (ei enim primum loquendi facultas data a nobis fuerat atq; nomenclandi) in meq; respiciens (porro hanc notandi prouinciā sumpseram, consedentium pari suffragio) Heus LEANDRE infit Diuum Thomā illum Magnum curru euectum, ueluti triumphātem signasti? LEANder. GARZO ille conterraneus meus, ille inquam clarissimus orator, quo quattuor annis, dum in humanis esset, in discenda oratoria, socio atq; adiutore usus fueram, stilo eleganti signauit. HIERONYMVS. Sat est. Signa illud agmen immediate Currum subsequens laureo serto ornatum. Cuius in medio (ut uides) est ille Hugo de sancto Theodorico Cardinalis Ecclesiae Romanae deferens ingentia uolumina seu Commentaria super totam Bibliam ab se edita tanto ingenio elaborata, tanto labore excocta, ut post ipsum nemo eam prouinciam, prout ille fecerat, tot glossematibus, tot scoliis, tot sensuum uarietatibus, odorare ausus est. Quamquam nōnulli (ut reor) scriptorū inscitia aliquando uoluerint Opera per ipsum edita, et praecipue

Laudes hieronymi uicentini

Hugo Cardinalis

Opera per ipm edita.

cōmentaria super psalterium alteri nescio cui falsé et allucinãter adscribere. Et ídices sup utrūq; istrumētū cōcordãtias uocatas Bibliæ secū portat. Sat pro nunc de tanto uiro dictū sit, ad plenum i tertio libro scripsisti de illo. Quem cernis post ipsum tam composite incedentem BERNARDVS de Trilia ex oppido Nemaso Galliæ Narbonēsis est sacrarum litterarum egregius īterpres, qui uita defunctus ē in uirtute sua anno domini. Mccxcv. iiii. Nonas augusti in Cœnobio Auinionensi, et exinde translatum eius cadauer Nemasum natale solum. Hic dulcissimo nectare diui Aquinatis Thomæ doctrinæ apprime imbutus fuerat. Polluit clarissimo, ac exactissimo iudicio, Affirmant eum uiguisse quadam naturali prudentia, et fuisse uirum grauem, maturum, circunspectum, paruiloquum, et oīum uirtutū simulacrum, ingenio acri, prompto, atq; intellectu sublimi et profundo, et aliquãdo Prouinciæ Galliæ Narbonensis cū omni laude præfuisse, atq; id munus iustissime, intrepideq;, patrum nostrorum suffragio ægisse. Edidit uir litteratus Commētaria super psalterium, pro una parte, super Cantica canticorum, super Ioannis euangelium usq; ad. xi. Caput inclusiue, super Apocalypsim. Ad intellectū uero sublimium ueritatum scripsit tractatus duos perutilium quæstionum, unum uidelicet de Cognitione animæ corpori coniūctæ optimum, Alterum uero de cognitione animæ separatæ, sed morte præuentus, nequaq̄ ad finē perductum. Quæstiones de differentia esse et essentiæ, Quæstiones super Astrologiã, Quæstiones de potētia dei, Quodlibeta tria, sed quia illa nundum, quãdo uita excessit, in ordines redegerat pro uoto suo, et quædam quæstiones particulares et sexterni dispersi fuerãt non in publicum exiere. Ille quem intueris ad eius dexteram IOANNES Christophori de Minda est, qui in manibus portat Commentaria sua sup quattuor Euangelia, super Pauli epistolas, super Canonicas, Qui et aliquãdo libros de anima et Elenchos Aristotelis impense notauerat, circa annū domini. Mcclxxi. cum GVILIELMO de Altono sacræ Theologiæ professore deferente postillam super Matthæi Euangelium, item de decem uirginibus, et super Ecclesiasten, Nun uides THOMAM de Suctonia Anglicum cum psalterio ab se glosato? Aduerte illud eius mancipiū post ipm ferens summam theologiæ, cum quæstionibus difficillimis pro declaratione doctrinæ diui Thomæ Aquinatis, et duobus quodlibetis, Item de relatione, super prædicamenta, sex principia, super librum priorum, cum complemento ad scriptum diui Thomæ super librum Peryermenias, Item de Vnitate formæ, circa ãnū domini florentē. Mcclxxvii. Ad eius leuã ille NICOLaus Gorã Gallus incedit cū uolumine satis grãdi cōtinēte cōmētaria ab se edita sup ecclesiasticū egregia et rarissima, et sup canonicas epistolas, in Matthæū, et Lucã, et ī pauli apost. epistolas, cū psalterio scholiis ornato,

Cōcordantiæ.
bernardus de Trilia.
Opera per ipm edita.
Ioãnes de Minda.
Opera per ipm edita.
Gulielmus de altono.
Opera per ipm facta.
Thomas Anglicus.
Opera per ipm edita.
Nicolaus Goram.
Opera per ipm edita.

ornato, et Apochalypsi glossematibus excellentissimis fulta. Ne miseris
Robertus spectari eius distinctiones et Themata per ipsum scripta ualde accurata
Olcoth. circa annum. Mccxcv. Nun cognoscis illum Anglicum ROBERTVM
Olcoth uirum præstantissimũ et moralissimum? In eo, quem cernis, libro
Opera per ab eo delato, commentaria elegantissima ac fusissima omniq; eruditione
ip̄m edita. refertissima per ipsum edita continentur super sapientiales libros, et in se/
ptem prima ecclesiastici capita, cum nonnullis moralitatibus delicatissimis.
Itẽ sup̄ sentẽtias, et quæstiones de naturalibus motibus et effectibꝫ stellarũ.
Domini/ Cuius exitus fuit circa annum salutis nostræ Mccc xiiii. Aduerte q̄ bene pe/
cus tolosa/ dibus suis gradiatur frequentibus passibus ille litteratissimus uir, DOMI/
nus. NICVS Tolosanus secum deferẽs uolumen magnum, uarium, multiplex
Opera eius doctissimum a suo nobilissimo ingenii promptuario depromptum super
Paganus. instrumẽtum uetus in anno domini. MCCCXIIII. Nec PAGANVM
Opera ab prætermittas cum postillis suis super penthatheucum, Librum Iosue, Iudi
eo edita. cum, Ruth, Regum, Paralypomenon, Esdram, Neæmiam, Thobiam, Iob,
Salomonis Parabolas, Ecclesiasten, Cantica, Sapiẽtiam, Psalterium, Quat/
Iacobus de tuor maiores prophetas, super Euangelia, et Apocalypsim, anno Domini
Susato. florẽtem. Mccc xxiii. Vides illos duos subsequẽtes? Alter enim est IACO/
BVS de Susato Cœnobii Coloniẽsis hæreticorum seuerus censor, ac lima.
Opera per Qui ut uir diligentissimus super Matthæũ scripsit, super librum sapientiæ,
ip̄m edita. in Epistolas Pauli ad Hebræos, item in Matthæum uolumina tria fusissi/
ma, in Epistolam ad Titũ duo uolumina ingentia, item uolumen unum
super Missam, super quattuor libros sententiarum ad litteram, Tractatum
de ueritate Concæptionis Beatæ Virginis Mariæ, item Tractatum de hora
mortis Christi, de origine et unitate ecclesiæ, Cronicã unam, Mappam mũ
di, et idem ordinauit ordinis nostri priuilegia, apponens quasdam eorun/
dem defessiones, Edidit Collationes breues latino sermone, et distinctiones
Fœdericus breues, et longas, pro arte colligendi. Item Cronicam breuem rerum gesta/
Venetus. rum ordinis nostri, circa annum domini. Mcccc xv. FOEDERICVS Ve
Opera ab netus alter est magnus Theologus deferens secum materno sermone et ele
se edita. ganti commentaria optima ab se digesta in Apocalypsim. Aduertis illam
Ioãnes the turmam Vltramontanorum tã læta fronte ac hilari facie? Hi sunt uiri do/
utonicus. ctissimi qui adnituntur cum cæteris Diui Thomæ triumphum sua præsen
Opera per tia, suisq; operibus ornare. IOANNES de Erdemberg Germanus præcla/
ip̄m edita. rissimus Theologus, qui ante cæteros incedit ueluti dux, is est portans, in
manibus ingentia uolumina ab se scripta, uidelicet Lecturam super utrũq;
Alius Io. instrumẽtũ, quã Bibliã uocãt, et cõmẽtaria in quattuor sentẽtiarũ libros q̄
theutoni. est ad eius dexterã post, IOANNES de Sterngassen similiter germanus uir
Op̄a eius. uenerabilis cũ scriptis suis sup̄ librũ sapiẽtiæ, psalteriũ, nec nõ cũ lecturis sup̄

sententias, et quæstionibus in totam philosophiã naturalem, in librũ de bona fortuna et Sermonibus, de Tempore et de sanctis, et ad Leuam .N. Theutonicus baiulans cõmẽtaria p se acta super cantica, et tractatũ de ascẽsu cordis, et de arte prædicandi. Et HERMANVM de Terroisit cum postilla super cantica intuere hos sequentẽ, SIBITONEM uienensem, cum tractatu super orationem dominicam. THOMAM spermam Anglicum Theologum præstantissimum deferentem cõmentaria, quæ aliquando cõtexuit, in Geneseos librum, i epistolã ad Hebræos, et super Iacobi Canonicã. Et alterũ THOMAM Anglicũ de Maleis non cõtẽplans sacrarũ literarum doctorem, portantẽ scripta a se facta super psalterium, super sentẽtias, super Augustinum de Ciuitate dei, Tractatũq; de Statu animarũ post mortem? Ille, quẽ cernis tantã de se opinionẽ præseferre, Anglicus est, ille uidelicet egregius cõmentator psalterii, et nõnullorũ aliorũ librorũ Bibliæ ac Augustini Librorũ de ciuitate dei nomine NICOLAVS Treueth. qui non his laboribus cõtentus texuit nobilia cõmentaria in Boetiũ de Consolatione, itẽ super Declamationes Senecæ, super problemata Aristotelis, sup Valeriũ, ad Rufinũ, cum Annalibus ab orbe cõdito usq; ad Christũ Saluatorẽ cũ nonnullis aliis operibus. Nõ ne uides GVILIELMVM de Masser Anglicũ doctorem inclytũ proferentẽ postillas suas super aliquos libros Bibliæ, et Euangeliũ de decem Virginibus, et aliũ eum sequẽtem doctorẽ BERNARDVM uocatũ ex Hispania oriundũ, qui postillas insignes cõscripsit super plures libros Bibliæ, item tria quodlibeta, item quæstiones de spiritualibus creaturis, de potentia dei, de anima coniũcta, de Anima separata, et alia opera multa præclarissima? Reticebo ne TVLLIVM Dacũ uirũ insignem ornatũ cõmentariis, quæ aliquando ediderat in duodecim prophetas minores, et libro de potentiis animæ, aut IOANNEM Genouensem cognomento Catolicone gradientẽ post istos cum postilla super Ioãnem ab se contexta, et tractatu de spiritu et anima, et cum suo illo Vocabulario, quod licet a plærisq; susq; deq; fiat tamen illis ad potiora uiæ initia subministrauit? Facile ẽ inuentis (credite mihi) addere, difficile uero initium inuenire. LEANDER. Iam præteriere omnes ad illam turmam attinentes quare ut aliquantulum te Hieronyme amicabilissime quieti des adhortor, et aquam delibare, ut fauces tuæ refrigescant, Permitte Bandellum aliquãtulũ suos citare. HIERONYMVS. Tuis uerbis suauissime Leander acquiescam dummodo illum, qui ultimo loco cæteros subsequitur, IOANNEM de Verdiaco nomine sacræ Theologiæ Bacchalarium cum libris suis, quos super plures libros Bibliæ scripserat, signaueris. LEANDER Signaui. HIERONYMVS. Heus Bandelle nomenclandi tibi officium permitto.

N. Germ. | hermanus | Sibiton. | Thomas Anglicus. | Alius tho. anglicus cõmẽtari i Aug. de ciuitate dei | Nicolaus Treueth. opera per ipm edita | Gulielmus anglicus. | bernardus Hispanus | Tullius dacus. | Io. genou. | Io. de Verdiaco.

VIRORVM ILLVSTRIVM NODOS THEOLOGALES SOLVENTIVM EIVSDEM LEANDRI NOMENCLA. INTERLOQVVTORES BANDELLVS. LEANDER.

u ERBIS suis a Hieronymo plegaphœta modo adhibito MATTHAEVS Bandellus uir in scribendo floridus, clarus, nitidus, emunctus, et accurratus, cuius insignes dotes si narrare uoluero, me potius tempus deficeret, Eius scripta totum illum effingunt, uidelicet. Aegesipus suus Latinus, quem aliquando uernaculum latine, et erudite loqui fecerat, Orationes diuersæ et imprimis illa per eum habita coram Senatu populoqꝫ firmano anno domini. MDXIII. pro gratiarum actionibus pro synodo nostra, qua origo, et res gestæ firmanæ Ciuitatis tã oppulẽte, tã ample, ac eleganter continenẽ, ut a firmanis exemplũ continuo in archiuis Vrbis pro æterna memoria reponeretur, et carmina uernacule cõposita, ut Frãciscum petrarchã protinus reuixisse omnes testari, ac affirmare possent. Missa facio cætera opera, ut quorũdã illustriũ uirorum ex plutarcho uitas, breui Epithomate cõplexas, et Vitã patrui sui Vincentii Bandelli ac nõnullorũ aliorum uirorũ insigniũ, assurgens dictoqꝫ consedentiũ omniũ audiẽ sese nomenclatorẽ sequẽtiũ præbuit, Heus Leãdre inquiens, ne omittas scribere per me citatos, Quid facis? quid immoraris? En iã pertrãsiit. BONVS HOMO Brito, et cũ eo HELIAS Bruneti de Brageriaco petragoricensis diocæsis uiri scientia et moribus præclari, Qui ueluti duo fulgentissima luminaria Theologiæ circa annũ domini Mcclv. Parrhysii tũc litteras ꝓphitebantur in Cœnobio prædicatorũ, quando uniuersitas studii, auctore uiro illo uafri Guilielmo de sancto amore, aduersabatur prædicatoribus et minoritis. Verũ enimuero, deo duce, sic præualuerat doctrina, ac sciẽtia cũ eloquentia horũ duũ coniuncta, ꝙ cæteris doctoribus omissis, ad eos profitentes quotquot erant scholastici fere omnes accederent, Signasti? LEANDER. Et notaui, et bene notaui. Subsequere, Nec differas, quandoquidem frequenti gressu illam turmam uideo progredi. BANDELLVS. Haha, Cito nota THEODORICVM de Vriburg decorem Theologiæ, qui scripsit libellũ de Visione beatifica, de Generatione lucis, de Quidditatibus rerum, De tribus difficilibus, De defensione priuilegiorũ ordinis, de Mensuris rerũ, de Tempore, de Yride, de Origine prædicamẽtorũ, circa annum salutis. Mcclxxi, cum EGIDIO de Lisciuiis Bacchalario Sacræ Theologiæ, a quo de Vnitate formarũ libellus editus est, et de Immediata uisione diuinæ essentiæ, florẽte in anno. Mcclxxi. et HVLRICO Theutonico similiter Bacchalario cum summa magna Thelogiæ subtili, et Cõmentariis super sentẽtias, et Libros Metheorũ, eodẽ fere anno florente, Nec

Laudes Matthæi Bandelli.

Bonus homo Brito Helias bruneti.

Theodor. opa p ipm edita

Egidius.

Hulricus.

prætermiſeris GVILIELMVM de Quintiano Petragoricenſem Theo/ Guiliel.
logũ clariſſimum Parrhyſii uirum ingentis litteraturæ, Cuius obitus fuerat
anno domini. Mcclxxiiii. in Mõte peſſulano, ubi litteras docebat. HVgo/ Hugo.
nem olim præſidentem Cœnobii Argentinatis cum ſuo theologiæ cõpen/
dio, Mcclxviii. et IOANNEM de Turno uirum optimæ ſciẽtiæ optimæq; Ioãnes de
doctrinæ. Mcclxxviii. Nec VLRICVM Theutonicum cognomẽto En/ Turno.
gelbertum uirũ doctrinæ præſtantiſſimum, Qui licet nõ fuerit doctoribus Vlricus.
Theologiæ adſcriptus, nequaq̃ tamen eis extitit inferior, prout uideri põt
in libro ab eo edito, quo enodantur nodi plures tam in Theologia, q̃ in
philoſophia, ex quibus facile intueri licet huiuſce uiri præſtantiã, Porro ad
eum audiẽdũ frequens ſcolaſticorũ numerus accẽdebat. Tandẽ poſtq̃ pro/
uinciæ Theutonicæ præfuerat omniũ cũ immẽſis laudibus, Parrhyſiũ acci
tus, ut litteras profiteretur, priuſq̃ id attingeret uita exceſſit anno domini
Mcclxxvii. Nota etiam IACOBVM de Mercato uirum magnũ diſcipu/ Iacobꝫ de
lum olim Diui Thomæ Neapoli, ad annum domini. Mcclxxxii. IOAN/ Mercato.
NEM Parrhyſienſem Theologũ præſtãtiſſimũ portantem manibus ſcri/ Io. Parrhy
pta ſuper libros ſententiarum a ſe edita, et libellũ de Yride, et contra corru/ ſienſis.
ptoriũ. S. Thomæ, Item Cõmẽtaria in libros Metheororũ, Itẽ tractatum Opera per
de Vnitate eſſe et eſſentiæ, Itẽ de Trãſubſtãtiatione panis et uini i ſacramẽ/ ip̃m edita.
to altaris, et Apologeticũ de aduẽtu Antichriſti. et RICARDVM Cla/ Ricardus
poel Anglicũ doctorem Theologiæ doctiſſimũ proferẽtẽ ſua commẽtaria Anglicus.
ſuper libros ſentẽtiarũ, cũ libello cõtra Corruptoriũ Diui Aquinatis Tho
mæ, et tractatu de Vnitate formarũ, et de immediata uiſione diuinæ eſſen/
tiæ. Signaſti OLIVERIVM Britonem ſacrarũ litterarum interpretẽ cũ Oliuerius
ſcriptis ſuis ſup ſentẽtias, et libros Elẽchorũ Ariſtotelis, florẽtem. Mccxcii. Brito.
cum RAINERIO Piſano deferente ſuam Pantheologiam opus immẽ/ Rainerius
ſum, et excellẽtiſſimũ, in anno domini. Mcccxiiii? LEANDER. Signaui, Piſanus.
ſed uereor ne nimis intempeſte ſignauerim, eo ꝙ nũdũ proceſſit in his tur
mis. forte in illa turma erit ſubſequẽte, Verum quid agã? BANDELLVS
Ex quo ſignaſti, ſignatus ſit. Vnum illud ne præterieris de tãto uiro, ꝙ cõ
texto opere illo tã præclariſſimo ab eo pro Cõcionatoribus ſacri uerbi, Cui
Raineriana nomen inditũ eſt, et ab ipſo Pantheologia uocata, ex dictis di/ Raineria/
ui Thomæ, et Alexandri de Ales, et aliorũ optimorũ uirorũ, morti appro/ na.
pinquãs, cũ ei ſacratiſſimũ Chriſti corpus pro more in grabato quieſcenti
deferretur, continuo his uiribus, quibus ualebat in terrã proſiliẽs, et procũ/
bẽs ſic orſus eſt. Chriſtus Ieſus orbis terrarũ dominus ſuper acerbiſſimam Att.
crucem ſpiritũ efflauit, propter hominũ amorem, et ego uilis homo, pec/
catis obnoxius, in lecto decumbens moriar? Ne ſinat hoc ipſe redemptor
meus, ut hoc perpetrem. Sicq; aſtãtibus fratribus deuotiſſime uita functus

est, circa annũ domini.Mccdi. Aduerte Leander illam turmã pergrandem ultra progrediẽtẽ, Ille primus qui ante alios tam delectabili aspectu ac eleganti forma graditur, est ille eloquens BERENGARIVS Notarii Arelatensis ex Gallia Narbonensi, uir religiosus, et optima doctrina clarus, parrhysinus doctor, egregiusq; sacri uerbi orator, Qui annis quinq; et triginta sacras litteras docuerat, ac præfuerat prouinciæ illi plurimo tempore, Decessit iam senio confectus in Cœnobio Montis Pessulani, anno domini Mccxcvi, et sepultus in æde ante aram diui parentis Dominici. Qui paululum post eũ incedit aliquãtisper admirabũdus ueluti subdubius, DOMInicus de Alquessa Aragonẽsis est Theologiæ professor, et Parrhysiẽsis doctor, uir celeberrimæ doctrinæ, et ingenii acris. Cuius obitus fuit in Cœnobio Cæsaraugustano. Mccci. infra octauam diui Martini. Et illos Gallos nõ cernis, AMANDVM de sancto Quitino uidelicet, et FERRICVM Metensem uiros ingentis doctrinæ, claræq; scientiæ Parrhysii docentes circa annum salutis. Mccci. et REMIGIVM Florẽtinũ cũ AYCARDO Germano moribus et scientia probatissimo, iussos anno domini. Mcccii. a pontifice doctoratus Romæ insignia accipere? Porro Aicardus ꝓcedente tempore rexit Saxoniæ prouinciã. Cuius doctrinã ueritatis hostes apprime persenserũt. Quin et GVILIELMVM Petri ex Godino Baionensem, uirũ magnæ religionis et scientiæ, præfectum prouinciæ Galliæ Narbonensis obserua, cum RAIMVNDO Guilla Taraconẽse Galliæ Narbonẽsis doctore parrhysino maxima doctrina ornato, Quorũ obitus extitit circa annum domini. Mccciiii. Ha ha cito cito illam prætereũtẽ turmã conspice, qui ab anno. Mcccv. usq; ad annum. Mcccxlv. successiuis temporibus, prout in annalibus Hieronymi Albertutii Bononiensis per singulos annos uideri potest, floruere, quorum obseruationẽ temporũ ideo hic prætermisi ne lectorem fastidio afficerem, Qui in illa turma se ueluti ducem cæteris præfert ARNVLPHVS Leodiensis uir acris ingenii est, Qui ad eius dexteram ille Cathalanus ROMEVS patria Maioricẽsi doctissimus, cum BERENGARIO de Landora, Qui ad leuã RAIMVNDVS de Corsauino ex Gallia Narbonensi oriundus theologus præstantissimus, cum IOANNE Parmense doctore sacrarum litterarũ celeberrimo, Qui post istos incedunt tam festiuiter loquendo IOANNES Neapolitanus uir insignis cum scriptis suis super sentẽtias PEREGRINVS Tolosanus, ALANVS Gallus, RICARDVS Anglicus, IOANNes de Louanio Gallus disceptator acerrimus, uir integerrimus et deuotione apprime pollens, IOANNES Mantuanus sciẽtia clarus, HVMBERTVS de Senonis Gallus, GARINVS de Giaco sacrarum litterarum interpres HVGO de Ductona Anglicus uir litteratura ingenti præditus, qui ali-

Berengarius Arelatensis.

Dominic. d alquessa

quãdo magna cum laude Anglicanã rexerat prouinciã. PETRVS Stroza Florẽtinus ingenio acri, LVPVS Hispanus primus professor Gymnasii Compostellani circa annũ domini. Mccccxliiii. FRANCISCVS Taruisinus uir usquequaq; eruditus et ĩ toto ordine nostro clarissimus. FRANCISCUS Bellunensis doctrina fulgẽtissimus, a quo prouincia Lombardiæ inferioris recta fuerat. Qui aliquãtisper sic disceptãdo ueluti aliquid noui in medium proferẽtes incedũt, IOANNES de Tambacho ille primus est uir ingentis spiritus, coram ponens spectãdũ a se de beatitudine Librũ editum tam insignẽ, ut si eam aliquãdo ad tempus contemplatus in illa cœlesti ac diuina domo fuisset, haud melius fecisset de ea uerba cum libro de consolatione theologiæ, de culpa et gratia, de amore uirtutũ, de ingrato commodo sacerdotũ, de quantitate indulgentiarũ, de proprietate mendicantiũ, de priuilegiis exemptorũ circa interdictum, de moderatione quartæ, de symonia claustraliũ, de reemptionibus, directorio confessorũ, de præconiis sancti Ioãnis euãg. et aliis pluribus operibus. Qui obiit ætatis suæ anno. lxxxiiii. Mccclxxii. Primus omniũ litteras sacras Pragæ docuit circa annum salutis Mcccxlvii. BONIFACIVS de Picena Romanæ prouinciæ optimũ ingenium nactus, BERNARDINVS Foroliuiensis Flaminius multa doctrina, multaq; sapientia fultus, MARCVS Veronensis uir apprime doctus, non ille posterior ex nobili familia peregrina, MARTINVS Claramontensis Gallus perspicacissimi ingenii, cum PARRISIO, et IOANNE Bellunen. uiris eruditissimis, Quos sequitur HENRICVS de Vri homo optimæ sapientiæ, et in scripturis ualde peritus, nõnulla secũ ferens opera, quæ edidit Coloniæ, ubi aliquando Theologiam docuerat, cum DVRANDO Seniore illo Antistite de sancto Portiano, de quo in Tertio sat dictum est, portante commẽtaria bina super sententias, alterum doctrinæ Diui Thomæ adstipulans, et alterum aduersus eam moliens, Ira aliquando percitus hoc ægerat, cum Quodlibetis duobus ualde accurratis, et libello aduersus Ioannem. xxii. de uisione beatifica optimis rationibus suffarcinato. et altero DVRANDO portante scripta ab se edita super quattuor libros sententiarum, et quodlibeta duo, altero florente circa annum salutis Mcccxxii. et altero. Mccclxxxii. cum GALLO Theutonico, corã ponente commentaria in sententiis per se facta, et IOANNE similiter Theutonico cum scriptis suis super sententiis, Nec longe abest ut uidere potes ille insignis uir ROMANVS Theologus optimus Nicolai tertii pontificis maximi nepos, uir ingentis doctrinæ et sanctitatis, Cui aliquãdo Diuus Thomas Aquinas Parrhysii cathedræ cessit, et post obitũ prælibato sancto orãti Neapoli in æde prædicatorũ sese ante oculos uidendum præbuit dicens, Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutũ. Scripsit hic super

Durandus senior.

Alter Durandus.

Romanus

Sicut audiuimus sic uidimꝰ etc

Thomas Anglicus.

quattuor libris sentētiarū. Nec THOMAS de suetona Anglicus Theologiæ doctor cum summa Theologica a se edita et duobus Quodlibetis multis rationibus adornatis ac nonnullis aliis opusculis cū THOMASINO doctore īclyto portante cōmentaria ī libros sententiarū. PETro Gandauēse uiro ingenii acris, ANTonio Pallauicino, IOAnne Stoyco Ragusæo et pluribꝰ aliis, quorū citatio nimis in lōgū protraheret. Aduerte illos tuos cōterraneos q̃ frequēter ꝓgrediant, ut cæteris sese adiūgāt. Primus est BOMBOLOGNINVS portans scripta a se facta super libros sententiarum, secundus IOANNES de biblia uir doctissimus, manu gestans quodlibeta curiosissima, quibus uiri acrimonia cognosci potest, tertius qui ad leuam Bombolognini incedit uultu alacri ac delectabili ANGELVS, et ipse Bononiensis cum scriptis suis super sententias, cum ANTONIO de Auria nobili Bononiense. Qui relictis formalitatum studiis, se prædicationi totum dedit, Et illum Argentinatē VLRICVM nomine nun uides olim Magni Alberti discipulum deferentem summam Theologiæ cum nōnullis aliis opusculis a se conscriptis, cum ARMANDO Beluisio Bononiense uiro ingenii optimi, qui scripsit super sententias, et tractatū de difficilibus terminis. Nota HVGVLINVM Camarinensem sacrarum litterarum interpretem uirum doctissimum, qui anno domini Mcccciiii. florens de sua doctrina periculum fecit, quapropter sacri pallatii magister factus est, Quo in officio sic se habuit tū docendo, tū disputando, ut omnes uisa tanti uiri doctrina, memoriæ tenacitate, et eloquētia in dicendo, in summā admirationē ducerent. Diu enim fuit in Romana Curia, et ab omnibus dilectus, et obseruatus. Nota et ANTONIVM de Alexādria. GASPAREM Bononiēsem, de quo alibi fusissime, THOMAM amoreti Gallum IOANNEM Amantii apud Tolosam magno in pretio habitū PETRVM de federicis Genuēsem optimū Theologū, THOMAM, Eugubiēsem picœnū, BABPtistā firmanū. HENricū siculū Guilielmū Egidii, ANDreā de sauiliano, FACINVM Astēsem IACOBVM de Buruntio, LVDOVICVM de Valle oleti aragonensem olim regis Castellæ Confessorem, uirū doctissimum et optimi ingenii, IACOBVM de Regno, aliquando procuratorem in Curia Romana pro toto ordine nostro uirum diligentissimum et ad quæqꝫ agenda aptissimum. ANTONIVM Parmensem uirum rarū prudentem solertem, et litteratum. Nec omittas DOMINICVM forocornelienſem his adiungere, cū IOANNE Capræolo Tolosano usquequaqꝫ uiro eruditissimo, cum eius scriptis accuratissimis in defensionem doctrinæ diui Thomæ Aquinatis, porro a nonnullis oppugnata fuerat, Quod opus nobile, egregium, doctissimum, laboriosissimū, et utile prorsus est, ac admirandum. Floruisse istū uirū produnt annales anno domini. Mccccxv.

Marginalia: oēs bonō. Bombolognīnus. Ioannes d̄ Biblia. Angelus Bononie. antonius Bononie. Vlricus. Armādus Bononiæ. hugulinus camariēsis. Io. capreolus.

Vidiſtin et illam turmam ſic paſſim progredientem? Ille primus eſt GA- BRIEL Barchinonenſis ille optimus diſceptator, qui aliquando corã Pio Secundo pont. max. circa annum domini. Mcccclxx. in frequenti prælatorum et doctiſſimorum uirorum cætu cum maximis uiris diſceptauerat de materia ſanguinis christi, an, uidelicet, Diuinitas fuerit ſeparata a ſanguine Christi in Cruce effuſo, et uictoriam reportauerat. Ille alius eſt PETRVS Bergomenſis ſanctitate et doctrina conſpicuus, Cuius uitam ſi narrare uoluero, ingens uolumen conficerem. Edidit indicem ſuper opera diui Tho. Aquinatis (quam Tabulã uocant) tam excellentem, ut omnibus miraculo ſit, uidere uiri ingenium et laborem ingentem. Vita functus eſt placentiæ circa annum domini. Mcccclxx. iam ætate grauis, et miraculis claruit, clareteq;. Qui ei comitem ſe præſtat RAPHAEL de pronaſio eſt uir litteratiſſimus, deferens nõnulla opuſcula a ſe facta, et præcipue tractatum de ueritate conceptionis Beatæ uirginis, et alium tractatum de proprio nõ habẽdo apprime optimum, floruit circa annum domini. Mccccl vii cum FRANCISCO Naritonenſe Apulo maximo in re litteraria diſceptatore, florente circa annum ſalutis. Mcccclxxx. et PAVLO de Monilia Genuenſe Magiſtro ſacri pallatii ac Epiſcopo poſtea Chienſe ab Alexandro. vi. pont max. facto, uita functo Budæ Hungariæ legato pontificis circa annum domini. Mccccxcv. His ſe adiunxerat DOMINICVS Mortarienſis delectabili aſpectu, compoſitus, et moratus, optimis litteris præditus. Quem ob morũ honeſtatem, et bonam eruditionem, quam de ſe præſetulerat, Vincentius Bandellus Nouocaſtrenſis ordinis noſtri Generalis Magiſter ſibi comitem et ſocium in his, quæ agenda erant pro ordine, ut in eius uita deſcripſimus, delegerat. Neſcio quid in tãto uiro deſiderari poſſet. Erat ſtatura iuſta, uultu iocundo, eruditione præſtanti, moribus compoſitus, lenis, affabilis, et religione præfulgidus. Nimis heu immature deceſſit. Edidit idicẽ ſuper quattuor uolumina Capræoli breui epitomate, Vita exceſſit Bononiæ anno ſalutis. MDIIII, et ſepultus cum patribus ſuis in cimiterio. LEANDER. Iã ſat eſt hos uiros ſignaſſe, Cæteros miſſos facias uellim, quia fere omnes præteriere. BANDELLVS. Turmam illam inſignatam abire permittis? LEANDER. permitto. BANDELLVS. Abeat igitur. Ad eos uero, qui nũc in humanis agunt, animum adiicias rogo. Vide uide illam turmam uirorũ eminentium. Signa cito, ne prætereat. Ille primus graui paſſũ gradiens cogitabundus SILVESTER ex oppido prierio Italiæ eſt, uir præclariſſimis doctibus ornatus, Qui patriam ueluti Ariſtoteles Stagiram illuſtrauit ſua doctrina, et uirtutum præeminentia. Is enim in adoleſcentia togam prædicatoriam ſumpſit, qua tantũ profecit tũ moribus tum doctrina, ut inter ſacrarũ litterarum profeſſores meruerit adſcribi. Præfuit aliquando Bononienſi

Gab. Barchino ñ.

petrus Bergomenſis.

Raphael d pronaſio.

Franciſcus Apulus.

Paulus de Monilia.

Dominic. Mortariẽ.

Silueſter d Prierio.

Gymnasio tanta cum laude et admiratione, ut ad ipsum audiendum, magnus scholasticorum numerus concurreret. Habet enim in docendo cum claritate uocis optimum tradendi litteras modum, cum quadã festiuitate, quo fit ut audientes attenti et dociles reddãtur, Quod paucis cõcessum est. Exacto profitendi in dicto Gymnasio tempore, ut Pataui profiteretur a senatu Veneto euocatur, Verum postq̃ præfecturam Cœnobii Mediolanensis, Veronensis, Genuensis ægerat, a patribus in Synodo Mantuana anno domini MDVIII. acta toti nostræ Congregationi præficitur, Qua pacta Cœnobii nostri Bononiensis cura fratrum suffragiis illi demandata est Verum anno. MDXIIII. Leo. x. pont. max. audita uiri præstantissima doctrina, procurantibus litteratissimis uiris Cardinale uidelicet sanctæ Crucis et Grimano, Romam ut sacras litteras publice profiteretur statuto stipendio, acciuit. Tandem anno. MDXV. per eundem Leonem pont. max. bononiæ existentem, qui ad colloquium cum Francisco primo Gallorum rege uenerat, uita functo Ioãne Ferrariensi, Thoma Caietano Generali Magistro ordinis nostri procurante, (licet antea ad id faciendum Pontifex dispositus fuerit) sacri pallatii magister Romæ cõsistens dictus est. Multa opera scripsit, in quibus uiri ingeniũ, ac litteratura uideri potest, et ĩprimis, Apologiam de secundis intentionibus, Logicẽ. Epitoma in quattuor libros Capreoli, Additiones in præfatos quattuor libros in quibus illud præsertim quod quicquid de unaquaq; Conclusione quisq; senserit mõstrat. Malleum scotistatum, Commentaria in sphæram Io. de sacro Busto. Commẽtaria in Theoricas planetarum. Libellum Exorcismorum, Libellum Meditationis Christi passionis, libellum historiæ. B. Virginis, libellũ historiæ. B. Mariæ Magdalenæ, item dialogum de eadem, Scallam sancti amoris in uernaculo sermone, Confessionale paruum Cõfessionale maius. Expositionẽ missæ, Item de immolatione agni paschalis; Auream rosam super Euangelia, nunc autem etiam super epistolas occurrentes, Quæstiones super Euangelia, Item Casus. Summam in Casibus Siluestrina dicta. Dialogum super Iob. sermones prædicabiles, Conflatum in Quattuor diuisum uolumina, opus insigne, et plura alia opera ab eo scripta sunt, quæ uiri doctrinã affatim ostendunt.

Opera per ip̃m edita.

Num cognoscis Leander illum, qui cum eo loquitur? Eustachius tuus est nobili Platesiorum familia Bononiensi ortus, Qui adulescẽs sese religioni nostræ diuino afflatus spiritu addixit. In qua non negligens in his quæ religionis et doctrinæ erant sic profecit, ut procedente ætate uisa eius ingenti doctrina, a patribus doctorum numero adiungeretur, omniũ cum applausu. Tandem uita functo Dominico Mortariense uiro insigni (ut præmisimus) Vincentius Bandellus ipsum ueluti hominem ad quæq; pro ordine nostro peragenda aptum, sui laboris socium delegit. Qui non

eustachius Bononiẽ.

abnuens, tanto

abnuens, tanto patri se in omnibus et fidele, et promptum socium præbuit Nec unq̃ illũ dimisit, seu in Italia, seu extra, nisi Neapoli cum luctu sepultũ In eo itaq; officio constitutus, nũq̃, tantum sibi tribuit, quin omnes summo amore, summa hilaritate, summaq; beniuolentia atq; fauore tam insignes uiros, q̃ imbecilles, uideretur complecti. Ex qua re sic omniũ sibi animos conciliauit, ut eum assererent, maiori honore honestatum iri. Igit̃ uita functo Vincentio Bandello uiro optimo, et creato interrege Ioanne gallo, ipso procurante, Bononiam reuersus Gymnasio præficit̃ nostro, et elapso triennio, (non enim præterire licet) fratrum omniũ consensu accœpit p̃ libati Cœnobii præfecturam, deinde in synodo acta Bononiæ. MDX. datis suffragiis, tanto cum omniũ fratrũ applausu nostræ congregationi præficitur ut uix dici posset. Post dictam præsidentiã Cœnobiũ Papiense, Ferrariense, atq; iterum Bononiense omni cum lenitate et mansuetudine rexit Est enim uir mitis, comis, et lenis, Moderans igitur Cœnobium nostrum Bononiense, et Censuram aduersus hæreticos agens, cum procuratore in Curia, ob resignationem a Nicolao saxone uiro insigni factam, ordo noster careret, a Thoma Caietano Generali Magistro ad obeundum dictum officium deligitur. anno domini. MDXV. Est uir in omnibus rebus suis compositus, clarus, et apertus, nihil quod accuratũ sit quærens, sed secũdũ patrum constitutiones incedens, Fundamenta iecit ingentia pro opere con struendo admodum neceessario in Cœnobio nostro, quod dormitorium uocant, Et cum sit uir doctus et elegans, plura opera edidit, in his sententiarum grauitatem cum eloquentia, quã plurimũ callet, coniungens. Nõnulla hic describentur et imprimis super libros sententiarũ. Tractatus de Incarnatione uerbi, De Beatissima uirgine, de angelis, De trinitate, ac plura alia, opera edidit tam eleganti stilo dicta sua confirmans, persuadens, et falsa refellens, confutansq;, ut alterum Lactantium diserentem censueris. Protulit multiiugas orationes, quas aliquãdo pronunciauerat coram pontificibus, max. et tota Curia, ac in frequenti populo, uenustas, elegantes, et sententiarum grauitate refertas, ut ex illo totius linguæ latinæ fõte Cicerone ipsæ exisse uideantur. Plura dici possent de tanto uiro, quæ eius uitæ continentiam ostenderent, sed ne illi adhuc uiuẽti eblandiri uidear mittenda duxi. Vt certo Leander in eius laudes conscribendo, non defatigans, LEANDER qs fatigaretur tanti uiri laudationes describere? BANDELLVS. Ad cæteros accedamus. Iam instant. Prope sunt, Festina ne prætereant. Aduerte cito illum præstãtissimum uirum qui ab Eustachio manu in signum immensi amoris deducitur, is est Magnus ille VINCENTIVS Vicentinus nobilis genere sed moribus et litteratura nobilior, inter sacros doctores adscriptus, et nũc Gymnasii Bononiensis præfectus, Quid si dixerim inter primos in

Opera per ip̃m edita.

Vincẽtius Vicẽtinus.

re litteraria disceptatores nõ ultimũ sibi uẽdicare locũ? Id quod Philippus ex oppido Tiberiaco seu(ut uulgo dicitur)Bagnacauallo Minorita homo litteratissimus, Alexander Achillinus Bononiensis optimus Pihlosophus, et Ioannes Hispanus bonis artibus præditus, cum aliis uiris litteratis affir/mare soliti erant. Vir est recti animi, rectiq; consilii, nec se multi facit, Ad eum audiendum (ut dixi) nunc Bononiæ profitetur frequens audito/rum numerus accedit. Aspice q̃ alacriter, iucunde, ac festiue incedat ille

Frãciscus Ferrariẽsis FRANCISCVS Ferrariensis nostræ ætatis delitiæ, uir optimi ingenii et ad quæq; intelligenda, prodendaq; accommodati. Vt uides, non illi corporis, optima habitudo, aut forma deest, non facilitas, non humanitas, qua ad se amandum omnes alliciat, Callet enim litteras græcas et latinas logicã, phi/losophiam, et theologiã. Quid loquar de eloquentia, quæ ei peculiaris est? Quid de musica, qua apprime delectatur? Vnum (absit inuidia uerbo) di/xerim, rarus est imo rarissimus homo, soleo dicere in ipsum procreãdo om nes suas uires naturam congessisse. Edidit plura opera, et imprimis stilo al/

Opera per ipm edita, to uitam præclarissimæ Mulieris Osannæ Mantuanæ ex tertio ordine no/stro, qua uere ostenditur eum esse latinum, sex libris distinctã digessit. Scri psit in libros, quos diuus Thomas Aquinas contexuit aduersus Gentes cõ mentaria egregia et fusissima, quæ ne modo procudantur, Horatianũ illud obstat, uidelicet editio ne præcipitet, sed nonũ præmatur in annũ. Cito ta/mẽ ea uisuri sumus, prætereo scholias, et glossemata more paraphrastico ab ipso edita in libros posteriorũ et multiiugas orationes &c. quæ hominis in genium ac litteraturã ostendunt. LEANDER. Qui sunt illi duo ueneran di seniores qui paulo ante processerunt, Num aduertisti? BANDELLVS,

Angelus Veronen. Dominic. Gargnan. Non aduerti, Puto tamen alterũ esse ANGELVM Veronensem, et DO MINICVM Gargnanum alterum, ambos Theologos, et bonæ mentis, bonæq; conscientiæ uiros. Quorum prior præfuit Cœnobio Bononiensi. Mediolanensi, et ter suo Veronensi ac pluribus aliis, demum toti Congre gationi, Vir certe integerrimus et iustus, alter uero ultra annos quadragin/ta per Italiam uagatus intrepide ac optime in frequentibus populis immen sa cum laude concionatus est et Censuram multo tempore aduersus hære/ticos et præcipue Mãtuæ impauide ægit. Nunc(ut cernis) uix præ senio in/cedere potest. Vir Venerandus et bonus, et quadam bonitate dulci orna/tus. LEANDER. Ha ha præcessit quidam statura procerus capite pergrã di, colore subaquilo cum alio quodã gracili corpore, Vidistin? BANDEL

Hierony. uigleuané. LVS, Vidi, alter enim eorum est HIERONYMVS fantonus Vigleuané sis magnus corpore sed litteris maior, qui anno præcedenti Bononiensi gy mnasio præfuit et Censuram aduersus homines hæreseos labe inquinatos seuere ægit. Edidit uir doctissimus indicem super quattuor uolumina Ca/

præoli, seu ut dicitur, tabulam tam accurate, ut si quis eam habuerit totum illam sub quodam claro epitomate se habere gloriari potest, Scripsit præterea aliã tabulã super opera Scoti, optima eruditione pro Aquinatæa schola refertã. Alter uero CHRYSOSTOMVS est Casalensis uir plurimæ doctrinæ plurimæq; religionis, Qui uitam sibi, quantum permittunt instituta patrum, quietam delegit. Vir bonus, et prudens cum Francisco Ferrariense inter sacrarum litterarum professores Bononiæ hoc anno uidelicet MDXVI. adscriptus est. Aduertis Leandre illum seniorem tam passim, ac male gradientem? GEORGIVM Casalensem uirum doctrina omnifaria ornatum, et ingenio pergrandi, litteris Græcis, hebræis, latinis, non minus q̃ philosophia, Theologia, ac oratoria summa pollẽtem, eum scito esse. Qui superioribus annis Congregationi nostræ licet corpore inualidus præfuit, Qui post eum incedit ueluti præfectus alicuius prouinciæ fratrum multitudine septus, HIERONYMVS Monopolitanus ẽ, uir doctissimus nõ nulla secum deferens opera a se edita. Is enim multo tempore Patauii publice omni cum laude litteras professus est, nunc uero patrum iussu prouinciam regni gubernat. Qui ad eius dextram, est IACOBVS Mantuanus uir præclaris dotibus ornatus, et ad eius sinistram THOMAS Reathinus ille ille pacidulus uir, litteratus, et optimus concionator, cum BENEDICTO de floriano uiro ingenioso GASPARE et NICOLAO Perusinis uiris haud ineruditis BENEDICTO Lucense, ANTONIO Caietano, ac nonnullis aliis uiris egregiis sacrarum litterarum professoribus, Quorũ citatio longa esset, Signa et illam turmam grãdem, quæ nunc nunc præsto erit ANTONIVS Caramanicus præfectus Terræ sanctæ ille qui primum progreditur est, qui pusillæ staturæ est ad eius dexteram, et cum eo sedule loquitur scito eum MICHAELEM Sarauetium hetruscum esse. LEANDER, Sarauetius meus est ille? BANDEL. Ille inq̃ est. qui aliquando tecum litteras sacras in Cœnobio Bononiensi hausit, Vir doctus, et Bene litteratus, En secum portat multiiugas quæstiones Theologicas ab se enucleatas, facientes ad stomachos (ut dici solet) delicatos. Nunc Romæ publico stipendio litteras profitetur. Post hunc sequitur Gallus unus, qui Gymnasio parrhysino ordinis nostri præest, uir ingentis litteraturæ, Cuius nomen memoria lapsum est. Bene noui hominẽ, cum IOANNE Fabri Augustensi uiro usquequaq; eruditissimo, Cuius doctrinam Gymnasiũ Bononiense totum hoc anno eo q̃ de se periculum in litteraria disciplina fecerat, admiratum est. et ZACHARIA Rauenate nunc præfecto prouinciæ Grætiæ homine docto, Quod si cito non notaueris hos, præteriet ISIDORVS Mediolanesis nundum inter doctores sacros cõnumeratus cum cæteris subsequentibus, Qui baiulat manu quædam sua opuscula haud tri

Opera per ipm edita. Chrysostomus casal. Georgius Casalensis Hierony. d monop. Iacobus mãtuanus Thomas reathinus. benedictus Antonius. Antonius Caraman. Michael sarauecius. Io. Fabri. Zacharias Isidorus.

Baptista uialia, præteriet et BAPTISTA Mediolanensis, aliquantulum linguæ
Bartholo. captus stribiligine, sed ingenio acri, ac eruditione præcipua fultus, cũ BAR
THOLOMAEO Pisano haud ineleganti uiro, cum opusculis suis do-
Bartholo. ctissimis, et BARTHOLOMAEO Manzolo Bononiense hoie oibus
Bonon. bonis artibus referto. Quem si trutinaueris inuenies eum iura imperatoria
pontificiaq; philosophiam, Theologiam, cum oratoria ac poesi callentem
Eius liber ab se editus uidelicet de formalitatibus non minus ingeniose q̃
scire uirum doctum non triuialiter sed apprime doctum ostẽdit, cum aliis
Tho. Ma- opusculis suis. Nota et tuum THOMAM MARIAM Becchadelũ Bo-
ria. noniensem litteris maximis ornatum, et IOANNEM Bergomensem tuũ
Becchade. olim condiscipulum, cum CORNELIO Mediolanense. LEANDER.
Io. cornel. Video turmam a longe frequẽtibus uenientem passibus, ceu currentem, ut
his se adiungat, Quo nomine appellitatur primus ille macie confectus sta-
tura pusillus, moribus compositus, et pergrandi (ut uidetur) ingenio? BAN
Io. hurtan DELLVS. Non aduerteram, Ille primus. IOANNES Hurtandus hispa-
dus. nus est uir probus et doctus, cuius industria, dei spiritu actus, ad uerum ob-
seruandi institutionum patrum modum pene totam Lusitaniam prouin-
Hierony. ciã reduxit. Ille alius, qui cũ eo incedit HIERONYMVS penyaphel Hi-
penyaphel spanus est homo doctrina, prudentia, et solertia præditus, ingenioq; acri.
Nun uides illum uenerandum uirum pluribus Germanis hominibus do-
ctissimis et inter sacros doctores adnumeratis septem? LEANDER. Video
sed obsecro ne prætermittas eorum nomina citare, BANDELLVS, Ex
quo prior eam turmam prodisti, quam ipse non aduerteram, eorum nomi
na citabo. Is uir, cuius nomẽ scire exquiris HERMANVS Rab præfectus
Saxones. prouinciæ saxoniæ est, uir bene doctus, et religione præclarus, Quem se-
quuntur plures Saxones uiri doctrina prominentes, ueluti ducem suum, ui
delicet GASPARVS Bur, IOANNES kelez præsidens Gymnasio Er-
fordiæ, VVIROLDIS de Meppis, summa admiratione uir apud Senatũ
lubicensem cum IOANNE Pizin Vicario Nationis Marchiæ, et MAT-
THAEO. Sturzio, IOAnne de Ecaelfendia, et ECARDO Meyt Lube-
cense. LEANDER. heus Bãdelle hos præclarissimos doctores, ni ipse præ
uidissem, omittebas. Agedum, iterum bene considera agmen illud iunio-
rum tam festiue incedentium, Quorum in medio, duo uiri doctissimi loca
ti uidentur. Nostin illos? BANDELLVS. Noui, et bene noui. Alter eorũ
ludouicus est LVDOVICVS. Landrianus Mediolanẽsis et alter CHRYSOSTO
Lãdrianus MVS Mirandulanus, uiri doctrina præditi, cum HIERONYMO forna
ria papiense nobili familia sato, ingenio uersatili et optimo, illos duos affa-
Turma tim prosequente, Quos cernis tam festiuiter inter se loquentes ANGE-
grandis. LVS fauentinus. VINCENTIVS Placentinus iunior, cũ BAPTISTA

Massiliense, CIPRIANO Lupro, Bononiense, LAZARO de sancto colum bano sunt. Vide uide etiam AVGVSTINVM Mediolanésem. LEANDER. Video. Omnes certe ꝓgredi ut possint inter priores cōnumerari festinant. Nisi in uia defecerint cum plærisq; aliis, quos cernis subsequentes, suo et nostro sat facient uoto. Ecce ecce unus comparuit corpore paruus sed animo magnus, ut uideri potest. Quis est? BANDELLVS. ANTONIVS Ferrariẽsis. LEANDER. Antonius Ferrariẽsis ille? Qui doctrinam simul cum religione coniūxerat, relictis mundi illecebris cum studiis philosophicis, et sese totum religioni et sacris litteris dicauerat, BANDEL. Ille inq̄, Cui censura contra hæreticos et præfectura Cœnobii Ferrariensis priore anno demandata fuerat. A quo, Glossemata super psalmos secundum quattuor sensus tam latino q̄ uernaculo sermone emanarunt, et expositio per modum lectionum super Iob, Quinquaginta Homeliæ elegantissimo stilo super Epistolas Canonicas Petri. Quadraginta item homeliæ altiori stilo super Beati immaculati, Item cōmentaria in primam partem S. Thomæ, bifariam diuisa in primam partem primæ, et secundam partem eiusdem, et cōmentaria super Methaphysicam, Physicam, libros de anima, posteriorum, Perihermenias, prædicamentorum, de Cœlo et Mundo, prædicabilia Porphyrii, in logicen, et edita logica, Cōmẽtaria in sphæram, Quodlibeta quædam, in quibus nonnullæ quæstiones difficillimæ physicales, Methaphysicalesq; prolixiores cōtinẽtur. S. de subiecto Methaphysicæ, de Analogia Entis, de maximo et minimo &c. Item prolixa materia de intentionibus, nonnulla Cōsilia ad diuersas materias pertinentia, Declarationes quorūdam casuū conscientiæ, et multa alia. Itẽ quoddam opus per modum Lectionum et Quæstionū, in quo prolixe materies defecerunt Archiepiscopi declarat. Interrogatorium prolixum pro introductione Inquisitorū hæreticæ prauitatis, in quo multa pulchra de tali materia cōtinentur, Item pulcherrimus tractatus tam latino q̄ materno sermone de corpore Christi, et duo Quadragesimalia pro prædicatoribus, unum uidelicet de Legibus. Et nonnulli sermones tam de Tempore q̄ de Sanctis. Triginta Homeliæ de B. Virgine, qui liber Mariale appellat̃, Quadraginta orationes emunctæ et tersæ pro diuersis materiis. Quidam libellus pro simplicibus personis uernaculo sermone editus, qui scalla spiritualis profectus nuncupatur, et quidam tractatus an in Adam uel in Abel ecclesia icæperit, et q̄ plura alia opera emanata, Quibus eruditionẽ uiri intueri licet. Solus sic pedetentim gradatimq; procedit ceu aliquid magni momenti ponderans, Quod facit ut melius Diuum Thomā triumphantem aliqua noua inuentione ornare ualeat. Scito mi Leander ipsum non minus solum esse q̄ cum solus fuerit. Tamen si bene consyderaueris, post eum cōtemplaberis illum seuerū ac rigidū

Antonius Ferrarien.

Opera per ip̄m edita.

usuualdus Hungarus VSVVALDVM Hungariæ præfectũ cũ LADISLAO ac CLEMENTE Hungaro, uirum doctum et bonum, nec nõ et plures Gallos, uiros ꝓbatiſſimos, Quorũ nomina ignoro, tamẽ dignos, de quibus uerba fierent. LEANDER. Ha ha citaſti hos ultimo loco, quos antea citare debueras, BANDELL. Montes illos pertranſire oportuerat, ideo ultimo loco uenerunt, Sat eſt ꝙ cũ ſeſe obtulere, illos lubenti animo nominaui. Vide illos

Poloni. Polonos uiros inſignes uidelicet LVDOLPHVM uirũ doctrina ac opinione apud omnes in ſua prouincia præclariſſimum. NICOLAVM de Szneua religionis optimũ zelatorẽ et ALBERTVM, cũ IOANNE de Secmaydnys, et altero IOANNE aduocati, Quos ut uides ſequitur ANDREAS Cracouienſis elegantis conuerſationis IACOBVS Vuratiſlauienſis, ALBERTVS Thaurini, MATTHIAS Gola cum STANTISLAO ac DOMINICO Gracouiẽſe Veniunt et nõnullæ aliæ turmæ tam Italorũ, q̃ exterorũ, ſed q̃d agã, ſubdubius ſum. LEANDER. Sat dictũ eſt Nimis intempeſte uenere, Ipſe aliquantulum feſſus, mihi indulgere cupio. BANDELLVS, Et idẽ efflagito. Iam Muſote prouinciam hanc nomenclandi omniũ conſedentium ſuffragio tibi demando, Iã me quieti dedo, et his aquis faciẽ recreabo, fauces, et guttur.

SACRI VERBI ORATORVM SEV CONCIONATORVM ord. prædic. eiuſdẽ Leandri Alberti Dialogus.
Interloquutores Muſotus. Leander.

POSTEAQVAM Bandellus iam fere in Nomenclãdo tot ſapientiſſimos Theologos feſſus eſſet, cõticens ꝓuinciã PHILIPPO Muſoto Bononienſi ſacri uerbi oratori exactiſſimo clariſſimoq; permiſit, Qui in Concionando uerba et ſcite, et ſapienter dicta, reſecta, leuigata, et accurata profert, nõ minus q̃ ſententiarũ referta grauitate. Omnes eo ueluti amœniſſimo uiridario diuerſis floribus, diuerſiſq; fructi-

Laus Philippi Muſoti Bononienſis. bus fulto, delectantur. Cuius quidẽ rei teſtimoniũ primariæ Ciuitates Italiæ et imprimis noſtra Bononiẽſis utriuſq; patria, qua in frequẽti populo his diebus, quos quadrageſimales uocãt huius anni. MDXVI. pro ſuggeſto in templo Diui Petronii celeberrimo concionatus eſt, afferre poſſunt. Porro à me cithara huiuſce noſtræ ætatis appellari ſolet. Is enim eſt delectabili aſpectu, forma pergrãdi, plurimis adornatus moribus, Nobiliq; ſcemate ortus. Accepta igit̃ ſuos ſceuocandi poteſtate a Bandello et aliquãtulũ ſe ſe ad ſpectãdũ eleuans, Eia Leandre inquit accelera, præſto eſte ſcribe, nota, et ſigna illud agmen, quod adeſt. Leander. Notabo, ſed illius

Albertus piſanus. primi nomen dicito. MVSOTVS. ALBERTVS is eſt ex Albertea nobili familia piſana ortus, uir ingentis litteraturæ, optimæ prudẽtiæ magniq;

animi. LEADER. Conuenimus in gentilitio nomine. Placet. Eius laudes æquo animo describã. Igit͛, narra. MVS. Fuit ille unus ex Primoribus patribus ordinis tẽpestate sua, Præfulserat in eo quædã affabilitas, cũ quadã lenitate cõiũcta, ut oĩbus æque carus esset, Aegit oĩ cũ laude plurimas p̃fecturas. Optimus cõcionator habitus est. Ob eius. n. ingenii ac eloquii dexteritatẽ, ad cõstruẽdũ cœnobiũ Pisanũ, maximo fuit adiumẽto. Tãto uero in pretio apud omnes fuit, tã ciues q̃ exteros, tam populares q̃ nobiles, ut nunq̃ petitione sua frustratus fuerit. Floruit circa annũ domini. Mcclx. Ille secũdus HVGVLINVS de Silualonga inclytus sacri uerbi in Hetruria Concionator, Tertius PIRONVS Pisanus orator facũdissimus, qui generalis Cõcionator et Lector cum Diuo Thoma Aquinate dictus fuit, et alius ALDROVANDINVS de Toschanella manu ferens sermones a se cõtextos super Euãgelia de tempore et de sanctis apprime utiles. Ille uero multis tyronibus nostræ religionis septus, qui librum defert (ut cerno) sermonibus optimis oppletũ, NICOLVTIVS Asculanus est uir sacris litteris haud mediocriter eruditus, Qui sua lucidissima doctrina, et præclarissima uita, præsidẽs Cœnobio Asculano, multos coegit uanis mũdi pompis, ac illecebris abdicare, et sese religioni addicere. Florentẽ inueni ipsum circa annum salutis. Mccccxxx. Ecce uideo HVGONEM ex Vinacensi familia satum oppidi præclarissimi Prati Hetruriæ, qui fuit uir maxima eloquẽtia præditus. Qua re maximus uir est habitus sacri uerbi Concionator Porro ab eius ore omnes auditores ueluti a quodã oraculo de cœlo misso pendebant, sicq; pendebant, ut ab eo quãtũcũq; in longum sermo protraheretur, nequaq̃ tædio audientibus erat. Quod orationis eius dulcedinem præsefert, et ostendit. Neapoli aliquando tam excellenter et omnium cum fauore professus est, ut nolæ maiori templi cathedralis, ad conuocandũ nõ solũ scholasticos, doctores, et sacrarũ litterarũ interpretes, sed etiã ꝓmiscui generis laycos, signũ dareẽ. Quippe ad eũ audiẽdũ omnes, eius uerbis allecti confluebant. Fuit in conuersatione hylaris, in rebus agendis prouidus et solers, et in Cõfessionibus utilis. Multã operã cũ NICOLAO Pratense Cardinale in Cœnobio Pratensi extruendo contulit. Vbi anno ætatis suæ sexagesimo, et ex quo togam prædicatoriã sumpserat quadragesimo sexto, pridie Nonas Decẽbris. Mccccxxii. cũ ingẽti deuotione et humilitate spiritũ efflauit, et sepultus ĩ ingressu Capituli cũ magno honore, utpote, q̃ ĩ eius funere uiri religiosi diuersorũ ordinũ cũ patriarcha Aquilegiẽsi, (qui eius sepeliẽdi curã suscæperat) et imẽsa tã primariorũ q̃ populariũ multitudine, interfuere. Sermones egregios et ꝑutiles, tã de tp̃e, q̃ de sanctis abse editos, post se dimisit. Video et̃ IOAnnẽ sãgeminianẽsẽ uirũ p̃stãtissimũ icedẽtẽ gaudibũdũ cũ sermonibus suis ꝑpolitis et leuigatis ꝑ anni circulũ, itẽ qua-

Huguli nꝰ de siluaIõga.

pironus pisanus.

Aldrouandinus d̄ tuscanella.

Nicolutius Asculanus

Hugo pratensis.

Io. sangeminianen.

dragesimalibus, De sanctis, et pro defunctis, et illo libro excellentissimo de naturis et similitudinibus rerũ circa salutis nostræ annũ floretẽ. Mcccxiiii. cum ANTONIO Azario Parmense loquẽtẽ optimo Cõcionatore, sermones morales super euãgelia portãte, comitatos a HIERONYMO Foroliuiense uiro docto et oratore clarissimo, ostẽdente sermones uarios, multiplices, et opulentissimos ad diuersa facientes, tam de Tempore, et de sanctis, q̃ pro mortuis, cum quibusdã historiarum fragmentis ab se digestis Cuius præstãtissimã doctrinam, uaria opera in Bibliotheca cœnobii foroliuiẽsis seposita, apertissime declarãt. Quid et si notaueris ANTONIVM Bononiensem cognomento paruum, uirum scientia, prudentia, et elocutione magnum, ac egregium concionatorem, cum suo sermonario anima fidelis dicto maxima doctrina suffarcinato, Qui floruit circa annum domini. Mcccciii. ac illi adiunxeris BARTHOLOMAEVM Ferrariẽsem in sacris scripturis peritum, inclytum uerbi dei proclamatorem hisdem temporibus florentem? Aduerte hanc uirorum nobilissimam turbam prodeuntem. Ille primus ueluti præfectus prouinciæ sancti Dominici, Prout fuit, LEONARDVS Bellunensis, aut (ut uulgo dicitur) Vtinensis est uir excellentissimæ doctrinæ, et ornatissimæ uitæ, Porro affirmant (ut narrare solet pater Sebastianus ex Aragatia nobili familia noster conterraneus se audiuisse a quibusdam, qui prælibatum patrem cognouerãt) eum interfuisse Bononiæ quando uox illa e sepulcro diui parentis Dominici exiit, et fratribus respondit, non uos filii nec ego pater. Vides illud mancipium post eũ incedens libris onustum? Eius mancipium est, deferens opera ab eo contexta, uidelicet Sermones dominicales et quadragesimales ualde notabiles, et sermones aureos de sanctis opulentissimos et cum doctrina sanctorum auctoritatibus refertissimos, Edidit q̃ plura opuscula tam in philosophia q̃ ĩ logica, quæ ĩ cœnobio suo habent. Floruit circa annũ dñi. Mccccl vii. Et ille uir grauis qui tam crebro cũ eo uerba facit ẽ IOANNES de Puteo Bonello Theologus præstãtissimus, sciẽtia et concionibus clarus, et sic clarus ut uerbũ ab eo prolatũ, in mediũ pro maxima poneret ab auditoribus auctoritate, florens circa annũ domini. Mccccxxxix. Cui se comitẽ præbet NICOLAVS de Biardo, cum PETRO Gallico portãte sermones optime pro concionatoribus digestos, et IOANNE de Franchefordia uiro in scripturis perito, ipso etiam deferente sermones prædicabiles, cum Commentariis suis super Iob, necnon cum GVIDONE Gallico morali uiro in sermonibus condendis super Epistolas et Euãgelia ualde utilibus. Hos sequebat BENEDIctus Vrbeuetanus Concionator accuratus, NIColaus Carbonelli uir doctrina ꝑclarus, et religione conspicuus, ĩsignis uerbi sacri orator, ex Valẽtia Cathaloniæ oriũdus, qui Cœnobiũ nostrũ Bononiense

Antonius Parmensis · Hierony. Foroliuiẽ. · Antonius Bononiẽ. · Bartholo. Ferrarien. · Leonardus Vtinensis. · Io. de Puteo Bonello. · Nicolaus. · Petrus gallicus. · Guido gallicus. · benedictus urbeueta. · Nicolaus

aliquãto tempore in rigore religionis rexit circa annum domini. Mccccxl.
PETRVS Hieremiæ Siculus uir ingentis sanctitatis, et maximæ doctrinæ. Petrus hieremiæ.
Cuius eruditionis testimoniũ sermones ab ipso cõscripti et alia opera egregia aptissime ferũt. Porro magna cũ ueneratiõe tumulatus fuit circa salutis annũ Mccccxxxiiii. panormi in Cœnobio S. Dominici clarens miraculis. Petrus de maiorica.
PETrus de Maiorica cũ his etiã incedit paruus corpore, sed sciẽtia et uirtute maior, Brixiæ uita functus est. Mccccl vi. Nũ uides illũ uirũ iucũdo aspectu ac facie delectabili, et ætate grauem appropinquantem? Is enim est ille optimus sacri uerbi orator, ac elegans et facundus Concionator, noster cõterraneus THOMAS ex Trentaquatris nobili familia (ut nosti) progenitus. Thomas Bononiẽ.
Qui aliquando cum pro quadragesimalibus diebus Neapoli coram Alphunso seniore cognomento rege Aragonum, licet regnis moderaretur septem, concionatus fuisset, sic rex eius sermonibus delectatus est, ut statuto modo concionibus suis, ipsum obtestatus fuerit, ut absq; munere regio inde non discederet. Igitur Regi morem gerere cupiens, petiit se tanta donari pecunia, quanta pro Bibliotheca regia Bononiæ in nostro Cœnobio construenda satis foret, Quippe Regi narrauerat codices ingentes, insignisq; preciositatis, et rarissimos asseruari in loco pro tãto thesauro nõ digno. Quod Regi placuit. Quare cõtinuo eum quingentis aureis nummis donauit, pollicens ut iactis fundamentis, tantam deinceps pecuniam se illi subministraturum ire, quantam expostularet opus. Reuersus læto animo Bononiam Thomas, regium opus et insigne, ac prorsus rarum immo rarissimum, ut ausim affirmare (pace tamen aliorum dixerim) omniũ in toto terrarum orbe excellentissimum, cœpit. Quo cœpto, Rex defecit. Quem asserunt in testamento ingentẽ pecuniæ summã reliquisse, pro tãto perficiẽdo opere. Sed quis ab talibus hæredibꝰ similia ægro animo præstãtibus, aliquid exigere potest? Tãdẽ procedẽte tẽpore, solertia tanti patris et Conradini Ariosti Bononiensis, ex ære hincinde collecto, opus optime perfectũ est. Bibliothecæ bonon. principiũ.
Cui circa annũ domini. Mccccxcviii. addita est altera Bibliotheca, opus inq̃ dignissimũ, impẽsis Ludouici Bolognini ac eius Cõsortis Ioannæ Ludouisiæ. Altera bibliotheca.
Ad Thomam redeo. Fuit uir tenacis memoriæ, et acris ingenii, nimisq; accuratus in diuino reddendo officio, Quare nec uerbũ prætereũdum ducebat, quin prius mente reuolueret. Vita functus est Romæ in Cœnobio Mineruæ, Mccccxliiii. Qui se illi adiunxit ANTONIVS Macho Fauẽtinus afferẽs sermones quosdã quadragesimales ab se cõtextos, ad dexteram habens IOACHINVM Venetũ, nõ illũ iuniorẽ postea generalẽ Magistrum sed seniorem, Theologum ac Concionatorem præstãtissimũ florentem circa eundem annum, quo et Thomas Bononiensis, ad sinistram ANTONIVM Alexandrinum Italum sacræ Theologiæ docto- Antonius Fauẽtinus. Ioachinus Venetus. Antonius Alexãdri.

rem ac sacri uerbi oratorem facundissimum, uirum dulcis ac elegantis con/
uersationis. Cuius opera Cœnobium sanctæ Mariæ Angelorum urbis Fer/
rariæ ab Nicolao Marchione Estense ordini nostro datũ est. Peste interiit
Senis in Conuentu Generali edito iussu Conradi Astensis Generalis Ma/
Mãfredus gistri ãno domini. Mcccclxii. Ne diu cũctatus fueris scriptis tradere MAN
FREDVM optimum sacri uerbi Concionatorem, ac hæreticorum seue/
rum Censorem, uirum sanctitate præditum, Qui per Italiam concionans
maximum fructum rettulit animarum, floruit circa annum Domini.
Christop. Mccccxxxv. et sancto fine in urbe Roma qeuit cũ CHRISTOPHOro
Mediolanense uiro euangelico et abstinentissimo, miraculis claro, funda/
Io. Medio. tore Cœnobii Tabiẽsis, ubi quiescit cum IOANNE de Monte etiam Me
diolanense oratore præstantissimo uerbi dei et eloquentissimo. Quos se/
Io. Neapo. quitur intrepide IOANNES Neapolitanus cum IOANNE Pistorien/
si, Viri per totam Italiam in concionibus notissimi, Quorum prior Diuæ
Catherinæ Senensis laudes fusissimas, Posterior uero Diui Vincentii Va/
lentini prodigia et miracula concionando clarissima reddiderunt circa an/
num salutis. Mcccclx. Neapolitanus uero apud montem pessulanum diem
suum obiit, alter uero Lucæ. Mccccxciii. de quo latius in quinto libro scri/
Paulus bo bes, cum PAVLO Bononiense Theologo accurato ac philosopho ex/
nonien. cellentissimo et in cõcionibus ualde clarissimo uita functo. Mcccclxix. Bo/
noniæ et in fratrum cimiterio sepulto, Is enim pater egregius coactus ulce/
re cancri, quo ictus fuerat, se concionibus abdicauit. Eius autem oratio (ut
refert Hieronymus Albertutius Bononiensis in annalibus suis, quo pa/
tre plurimo tempore in discenda Theologia socio atq; adiutore usus fue/
rat) dulcis fuit et referta maximis sanctorũ sentẽtiis, ita ut alter Gregorius
putaretur. Sic utrũq; instrumentũ familiare habuerat, ut dicta sua semp eo
cõfirmaret, q oẽs admiratione caperẽtur, animaduertentes ad singula q̃ bel/
le sanctam scripturam accommodaret. Præfuit gymnasio Bononiẽsi no/
stro omniũ cum ingenti laude ubi epistolas Pauli apostoli in frequenti au
ditorum numero excellentissime enodauit. Fuit uir modestissimus in om/
nibus operibus suis, ut norma quædam aliorũ uideretur. Nun cernis ALE
Alexãder XANDRVM Bononiensem uirum in scripturis peritissimum et in Cõ/
Bononiẽ. cionibus suis Origeni ualde simillimum uita functum Romæ, et IOAN/
Io. aquil. NEM Aquilanũ alterũ Paulũ in proclamationibus, limã uitiorũ optimã,
Io. de. s. mortuũ Ferrariæ. Mcccclxxix. cũ IOANNE de sancto Miniate Hetrusco
Miniate. oratore exactissimo, magnæq; memoriæ uiro, et honestissimæ uitæ, deferẽ/
te nõnulla opuscula ab se contexta ex dictis doctorum, Quæ me uidisse in
Cœnobio Casalensi aliquando recordor, plurimorũ Cœnobiorum funda
tore, et præcipue Casalensis? Cito cito nota ne prætergrediantur GA/

BRIEL, Barletta Apulus, FRANCISCVS Florentinus, qui aliquando interrex nostræ Religionis, mortuo Ioachino Veneto Generali Magistro fuerat, et uita excesserat Romæ in Cœnobio sanctæ Sabinæ, atq; ad dexteram aræ in medio Templi positæ sepultus anno Domini. Mccccc. HIERONYMVS Albertutius Bononiensis cognomento Bursellus uir rarissimus, et in prædicando disertissimus, cuius uitam Leander aliquando scripseras, Notabis uitum alibi scio. Ideo sufficit nunc inter hos connumerasse. AVGVSTINVS Veronensis, DANIEL Vicentinus, qui ambo tantum eloquentia ualuerant, ut cytharæ nuncupari possent. Aduertis illum statura mediocri, facie oblonga, macie confectum patrem uenerandum? Scito eum HIERONYMVM Veronensem esse, uirum sanctissimum, Cui omnium nostri sæculi concionatorum palmam iure optimo dare soles. Fuit ab adolescētia usq; ad ultimum uitæ suæ immensa sanctitate præditum. Quis narrare posset, Vigilias, abstinentias, studia, et uigilantiā, quibus agebatur pro se, et pro cæteris peccatis obnoxiis? Tanto enim ardore mentis aduersus perperam acta, dum concionaretur, ferebatur, ut sæpe sæpiusq; licet macie confectus, totus ignitus uideretur, et rubore perfusus. Tandem postq̄ pluribus annis in spiritu domini cōcionatus fuerat, in cœnobio Mutinensi circa annum Domini. Mcccccıııı. et hora, quam prædixerat deuotissime spiritū efflauit, et sepultus est in Templo, sepulcro marmoreo, ubi miraculis claret. Calculo enim iteriit uir sanctissimus, et de deo deq; hominibus benemeritus. Quem ingenti mærore tota Ciuitas Mutinensis defleuit, ac si amisisset parentem, Huic se comitem præstat ANTONIVS Brixiēsis hæreticorū in propria patria cēsor, et in cōcionando insignis uir magnæ prudentiæ, Heu dum ædificium lustrare cupit pede lapsus interiit anno domini. Mccccxcviii. sermones ab eo editi præstantiam uiri declarant. Nec longe abest ANDREAS Portulaga eius conterraneus cum concionibus suis amplissimis sententiis, et amplissima doctrina suffarcinatis, Qui uita p̄sidēs cōgregationi nostræ anno domini. Mcccccviii. excessit Brixiæ, nec DOMINICVS Cremonensis pusillus statura sed magnus claritate eloquentiæ, cum THOMA Vigleuanēse uiro graui et docto, prout eius sermones scripti declarant. Qui adhuc delitescunt in manibus Iacobi fratris. LEANDER. Iam sat signauimus ex illis turmis, qui nos præcesserunt, Nunc rogo agmina illa subsequentia uitam agentium intuere ut bene agnoscas. MVSOTVS. Votis tuis. LEANDER, Obtemperabo, Vide uide illum uenerādū uirū ultra cum illa turma pergrādi gradientē sat bono gradu. MATTHIAS Pontecuronus is est, qui nunc cōgregationi nostræ præfecturā agit. LEANDER. Pontecuronus ille est Vir bonus, rectus, aptus, patrū institutionū optimus assertor insignis sacri-

Gabriel Barletta. Franciscus Florētinus Hierony. Bonon. Augu. Danielis Hierony. Veronen. Att. Antonius brixiēsis. Andreas brixiēsis. Dominic. cremonē. Thomas uigleuan. Matthias. Pōtecuronus.

uerbi cōcionator animo infractus, et ad quæq; agenda intrepidus, nihili se faciens pro deo, lima uitiorum seuera, bonorum amator? MVSOTVS. Ille inq̄ est, qui aliquādo te tantopere dilexit, Aduertis illum seniorē inelegāti facie fœdis oculis pene edentulū incurue aliquantulū præ senectute incedētē. CALIMERIVM ex Monteclaro territorii Brixiensis eum scito esse, Qui fere per annos quadraginta Italiā concionās immensa cū laude, peruagatus est. O utinā plures Calimerii. Diu (ut nosti) in nostra bononiēsi ciuitate concionatus est, et eodē uultu, eadēq; facie semper exceptus est a nostris Bononiēsibus. Et adhuc hominē audire efflagitāt. Intuere illum forma conspicua uirum IOANNEM Fabrianēsem oratorē excellentissimū, Cui nostra tempestate soleo omniū pulchrorū concionatorū principatum facile deferre, Quem comitatur VALERIANVS Soncinas multæ doctrinæ multæq; sciētiæ uir insignis declamator, qui sua claritate sermonis fere ab omnibus Italiæ primariis ciuitatibus agnoscit cū BERNARDINO suo conterraneo homine Vrbano ac bonæ mentis uiro litterato et in prædicādo accurato, Nec ab eorū lætissima societate deest PHILIPPVS Bozulus ornatissimus Concionator, uir facetus, et qui nostrā religionem suis facūdissimis uerbis exornat, cū THOMA Caiano Florentino in dicendo potentissimo, quē dum aliquādo audio admiror, O q̄ bene, q̄ leuigate, q̄ repastinate uerba sua profert. Ex hoc conniici pōt q̄tū in sermone ualeat, q fere per bienniū Ferrariæ omniū cū ingenti plausu concionatus est, æque in fine desyderatus prout in initio. Quē sequit IOANNESPETRUS Siculus statura pusillus, sed ualidus doctrina et loquella promptus, et IOACHINVS Papiēsis sciētia clarus et in sermone pensitatus, cum Cōcionibus suis refertissimis aceruis immensis sanctorū auctoritatibus, Cum CHERVBINO Florentino uiro elegāti, et ANTONIO ex oppido claro territorii Brixiēsis uiro maximæ memoriæ et in dicendo uehemēti et succulento, perpolito, et dolato, MARCHO Cathaneo Genuēse uiro lepido et nō protrito et ab omnibus æquanimiter audito, cum uerba facit pro suggesto, sequente Apostolorum in prædicando uestigia, uidelicet utrūq; instrumentum ad bene sancteq; uitas hominū instituendas accōmodatum cum omniū audiētū uoluptate proferēte. His enim (ut uides) sese adiūgūt, THOMAS Hipporigensis haud inelegans orator uir doctus et rectus, THOMAS Cospius noster Bononiensis nobili ortus genere, scientia ornatus GABRIEL Sauilianus, THOMAS Fauētinus, BAPTISTA Casalensis, DEFENDENS Laudensis, ANTONIVS Bergomēsis, BAPTISTA ex oppido Salodio, cum DOMINICO de Adro, DOMINICO de Castanedulo, Nun intueris illam turmam, quæ appropinquat, eius caput est BAPTISTA Brixiēsis manu secū ducens LAVRENTIVM

calimerius de Monte claro. Io. Fabrianensis. Valerianus Soncinas. Bernardinus Sonc. Philippus Bozulus. Thomas Caianus. Io. petrus. Ioachinus Cherubino Antonius. Marcus genuensis. Thomas. Thomas Bononiē. Att. turmā modernorum

de Castrozago, Cuius ad Sinistrā est Florianus Brixiensis, Qui sequunt BERNARDVS Nouariensis SEBASTIANVS Arriminensis cum illo facetissimo IOANNE Galliano Genuense PETRO et HIERONYMO Mediolan. fratribus, Ha cito cito nota illum uirū robustum corpore et animo MODESTVM Vicētinum magnum scientia, et eloquutione apprime pollentē, a quo alias Leander tanto tenebaris amore, nota et DOMINICVM Mantuanū egregiū concionatorē, cum ALBERTO Mediolanense uiro eleganti. GREGORIO Vogonio, et BENEDICTO Papiense, Prætermittis AVGVSTINVM Brixiēsem uirū doctū, et egregium cōcionatorē, cū illis Saxonibus IOANNE Licheues, IOANNE de Nurburg, MARCO Vueida, et IOANNE Tezchel Viris inclytis et sacri uerbi insignibꝫ declamatoribus? Ne miseris etiā PAVLVM Baccā Polonum cū nōnullis Polonis, uiris illustribꝫ uidelicet IOANNE Magiilmyza, Mariano Cracouiense, et Floriano, cum MARTINO, Andrea Fabri Simone de peroscenania, Ioanne Zeyiz, et Remigio. LEANDER. Iā recepturi canere uelis rogo. Porro iam præteriere hi et alii, qui eorū nimia in currēdo festinatione se ab oculis nostris ꝓripuere. MVSOTVS. Plures erāt etiā signādi, qui et ipsi cū illis ꝓcedētibus triūphū adornare satagūt. Quare illos missos faciā, ne cōsedentes aliquādo tædio afficerē. Cui nomēclādi officiū credā? LEAN. Thomæ Radino Placētino Porro cōi oium suffragio illi hæc cura demādata ē. MVSOTVS. Nū tu qesces Leāder? LEAn. Absit. Tu uero quiesce, sede, et aliquātulum (si lubet) genio indulge. (Modestus Vicētinus.)

VIRORVM ILLVSTRIVM IN MORALI DOCTRINA eiusdē Leandri Dialogus. Interloquutores Thomas. Leander.

IX Musotus prouinciæ sibi a sociis creditæ finē fecerat, et ecce assurrexit Thomas Radinus Thodiscus Placētinus uir insignibus dotibus ornatus. Callet prorsus litteras latinas, philosophiā, Theologiā, atqꝫ oratoriā et poesim, Quæ oia ita ei peculiaria sunt cū astrologia, ut dixeris, ex parnasi monte sese ꝓripuisse musas ut semꝑ cū Apolline ei ꝑsto sint ad quæcūqꝫ edēda ꝑ ipsum. Quippe eius inuētiones, eius libri hoc testari possunt. Intuere siqdē Calipsichiā ab eo digestā, intuere sideralē abyssum, intuereqꝫ multas orationes ab eo conscriptas, et apertissime effinges de isto uiro, qcqd supra cōscripsi. Assurgēs igit Heus Leādre inqt stilū composuisti, papirum explicasti, et attramētum cōmiscuisti aceto, ut scribere ualeas ea, quæ ipse citabo? LEANDER. Omnia in promptu sūt, Nec ipse segnis ero in conscribendo. THOMAS. Non longior ero prout cæteri fuere Quia scio modernos breuitate gaudere. Ecce dū loquimur PETRVS de Valetica Vocontio natione seu Vasco (ut uulgo dicitur) uir (Laudes thomæ placentini.) (Petrus de Valetica.)

tutibus, discretione, ac animi magnitudine præditus progreditur. Hic Galliæ prouinciam Narbonensis (quam prouinciam prouinciæ uocant) pluribus annis optime rexit. Verum aliquando dictam præfecturam pertæsus, post multiiugas preces, uix tandē a Ioanne Vercellense Generali Magistro obtinuit, ut eo liberaretur onere. Voti uero factus compos, in uigilia penthecostes, conuocatis fratribus, litteras super hac re cōfectas legi iussit, Deinde in medio se prosternēs atq; humiliter humi procūbens omnes oratos uoluit esse, ut sibi pro erratis, si quandoque errore lapsus, quēpiam cōtristauerat, indulgerēt. Fuit uero pusillus statura, sed uirtute magnus. Extitit iubar sidusq; emicans Montium Vocōtiorum, Apprime pollens deuotione, et morum honestate, prout eius scripta præseferunt, Carminibus aliquando deuotis prælusit, nō tam præmeditate, q̄ dulci quodam deuotionis affectu prompte. Porro cum esset ingenio grandi, et claro intellectu, q̄ plura opera sat utilia digessit. Inter quæ, librum confecit, promptuarium dictum, Itē de Gradibus Contemplationis, Qui incipit Notam fac mihi uiam, in qua ambulem, Tādem iam ætate grauis, obdormiuit in pace in Cœnobio Burdegallensi, anno domini Mcclxxvii. Ad cuius dexterā uideo īcedere. HENRICVM Arriminensem cum sua summa haud triuiali de quattuor uirtutibus ab eo composita, circa ānū salutis. Mcccxiiii. et ad sinistrā CONRADVM. Asculanum in moralibus eruditum, Qui floruit circa annum domini Mccccxxx. Præfuit multo tempore Prouinciæ sancti Dominici, sequentibus quibusdā Germanis uiris eruditis uidelicet. HENRICO cum suo libro, in quo dilucidatur illud Euangelii, Quod est mandatum magnum. THOMA Barbantino autore libri Apum, libri inq̄ moralissimi et optimæ eruditionis, et libri de earū naturis. quem etiam asserunt Aristotelis philosophiam græcam latinam fecisse iussu Thomæ Aquinatis RICARDO deferente librū de uirtutibus, item de interpretationibus hebraicorum ueteris instrumenti uocabulorū, cum GOTSTHALTO Erfrodense insigni Theologo manu ferente libellum ab se editum pro sanctimonialibus, maxima eruditione suffultum. In hac turma est etiā GIRARDVS Coloniensis portans librum dictum Medullam animæ, et alium de recreatione animæ, et CONRADVS de Halberstet magnus Theologus ducens seruum post se uolumina a se contexta deferentem, uidelicet De uera Beatitudine, De cōsolatione mœstorū, de uisione Beatifica, de uirginitate, de senectute, de bono mortis, de pauptate, de uiduitate, de muliere bona, et mala, item Glossemata super Iosue, ad Carolū Imperatorē, itē de numero duodenario ad eūdē, de origine regnorū, de regno romanorū. Itē Quadripartitū morale, et nōnulla alia opera. Quibus (ut uides) nūc nūc se adiūgit IACOBVS de Beneuēto ferens Codicem maximum complectentem tractatū de Articulis fidei, De Virtutibus, de Donis, de Beatitudinibus

Henricus arriminēsis

Conradus Asculanus

Henricus.

Thomas Barbātin.

Ricardus.

Conradus

Opera per ipm edita.

de fructibus, de oratione dominica, de Decem præceptis, de sacramentis De Dotibus, cum copiosissimis sermonibus tam de Tempore q̃ de sanctis cũ eo etiam cerne PETRVM de Aluernia et IOANNEM Nider Theutonicũ uirũ doctũ et compendiosum manu baiulantẽ librũ ab se contextũ præceptorium diuinæ legis dictum, optimũ quidẽ et non protritum. Satis signasti Leander. Præteriere q̃ plurimi, quorum nomina ignoro, Itaq; finẽ Nomenclaturæ meæ facere uolo, ne prout alii fuere) tædio uobis sim. Suffragia date, ut alius iam turmæ appropinquãtis nomina recẽsere ualeat. Quid immoramini. Videmini omnes somniculosi. LEANDER. Cito, Cito, nomenclatorẽ exhibete, ne abeat insignata illa turma. Interim tu Tho. quiescito, et tibi aliquantulum indulgeto, ac rem alii permittito. Petrus de Aluernia. Io. Nider.

CENSORVM HAERETICORVM ORDINIS PRAEDIC. EIVSDEM LEANDRI ALBERTI, DIALOGVS INTERLOQVVTORES MORTARIVS, LEANDER.

C ONSEDENTIBVS omnibus pari suffragio Nomẽclandi potestatem Bartholomæus Mortarius uir sane elegans, floridus, et emunctus, Qui ingenio, latinitate et uere latinitate non minus, q̃ philosophia et theologia pollet, prout inuentiones ab eo editæ protestãtur. Anno. n. elapso in Natali domini in frequẽti doctorũ ac scholasticorũ numero pro suggesto oratione orauit latina tã elegãter probe, sciteq;, tã uenuste, tam docte omni cum modestia, dulcedine, et uehemẽtia, prout actio expostulabat, ut omnes in sui admirationem duceret, Quid dicam de cæteris orationibus, quas in synodis nostræ cõgregationis, frequentes habuit? Continuo eius doctrinam, et elegantiam, quæ edidit opuscula præseferent, accæpit. Potestate igĩ recæpta ad me sic inquit. Præsto este Leãder, ut prorsus aduenĩẽtes ornaturos Diui nostri Aquinatis Triumphum conscribas, ne de te conqueri possint, LEANDER. Ecce me, Conuoca, et cita, Iam aliquantulum prægustata aqua, uires mihi restitutæ sunt. Omnia adsunt opportuna. MORTARIVS. Video turmam uenientem seuera facie, ac rigido uultu, ii uiri (ut reor) graues et seueri hæreticorum Censores sunt. Ille primus RAINERIVS Sacconus Placentinus est. Qui primo Hæreticorum Antistes, anteq; ad sanam mentem rediret, fuerat, et multa damna reipublicæ Christianæ ĩ Aemilia intulerat, tãdem ĩ se reuersus ortodoxam sanctãq; xp̃i fidẽ totis uiribus, totoq; animo cõplectens, prædicatoriã togã accæpit. Qua accæpta, mox hæreticis, quorũ falsũ dogma antea tã uehemẽter tutatus fuerat, bellũ ĩdixit, et quãtũ prius cæcutiens illis fauerat, tantũ et multo Laud. Bartholomæi Mortarii. Rainerius Placẽtinus

oppidũ gathæ euersũ

plus ex eis suppliciũ sumpsit. Suo enim iussu oppidum Gathæ, cuius ruinã diuus Petrus Veronensis postea martyr aliquando prædixerat, solo euersũ est. Nõ timuit subire pro defensione catholicæ fidei exiliũ. Quippe ut egregius dux fidelium, animaduertens Hubertinũ pallauicinũ, forte errore seductũ hæreticis fauere, et illi se non posse obsistere, utpote uiro potentia, et armis freto, ac cum Turrianis Mediolano moderantibus arctissima coniuncto amicitia, et necessitudine, rem detulit, pontifici maximo, Quod, ut intellexit pontifex, iniquo ferens animo grauem animaduersionem in Hubertinũ intulit, uidelicet ipsum graui notãs anathemate, et se rei idignitatẽ ægreferre Turrianis per litteras intimauit, asserens se etiam in ipsos animaduersurum ni ab inceptis abstinerent. Ast Turriani (quod a pluribus principibus cõmuniter fieri solet) põtificis præmonitionẽ haud æquo aio sufferentes, Rainerium in Cœnobio Diui Eustorgii existentem, uerbis durissimis aggressi sunt. Quẽ cum ad singula intrepide respondere, atq; minime de animo decidi uiderunt, exilio mulctarunt. Qui minime animo motus, alacriter pro Christo, proq; sancta eius fide, subiit exilium. Floruit uir insignis circa annũ domini. Mcclviii. Qui cum Rainerio tam sedulo loquitur

Io. Bono.

ueluti cum eo grauia conferens. IOANNES Tascherius Bononiensis est uir fidei optimus zelator, et Censor hæreticorũ in patria propria circa annũ salutis. Mcccv. Cernis illos duos Hispanos tã ocissime illos sequentes? Duo

Nicolaus Roselli. Nicolaus Aimerici.

NICOLAI sunt, Alter enim est NICOLAVS roselli in Cathalonia hæreticorũ Censor seuerus, uir præclarissimi ingenii, qui plurimo tempore Barchinonæ sacras litteras docuerat, et alter NICOLAVS Aimerici Aragonus homo acris ingenii, et clarissimæ sciẽtiæ et ipse hæreticorũ ĩfensissimus hostis, Cuius immẽsam doctrinam, ac ingenii acrimoniã, opera ab eo edita

Directoriũ Inqsitorũ.

apprime declarant, uidelicet Inquisitionis Directoriũ opus non minus necessariũ q̃ ingeniosum, Censoribus hæreticæ prauitatis lumen clarissimũ p̃ferens. Item Commentaria super quattuor Euangelia egregia, et sermones prædicabiles in diebꝰ dominicis per totũ annũ quodã nouo stilo et singulari doctrina perpolitos, item Tractatus super diuersas materias, in quibꝰ doctrinæ suæ optime periculũ facit, prior quidẽ floruit circa annũ domini. Mccxlix, posterior uero Mccccxci. Ocissime currens ANDALO olim Pa

Andalo. Bartholomeus Mutinensis. Opera per ip̃m edita.

tauinæ Ciuitatis hæreseos labe inquinatorum hominum Censor scientia et opinione celebris, prætergredi adnititur illos duos, qui floruit. Mccccxxxix. secum ducens BARTHOLOMAEVM Mutinensem Inquisitorem ferrariensem doctum uirum, præclarissimis uirtutibus et Theologica doctrina ornatũ, ac eruditione præcipua utriusq; ĩstrumẽti eruditũ, ꝓut ostẽdũt illa uolumina ꝑ se lata; Quibus cõtinent̃ opera per modũ prædicationum

ſcripta, cũ tractatu de filio dei abſcõdito, de peſtilentia, et multa alia, quæ ad huc in Bibliotheca Cœnobii Diui Parẽtis Dominici Vrbis Ferrarienſis ui dentur. Quẽ uita functum fuiſſe Ferrariæ anno domini. Mccccxlviii. anna les Hieronymi Albertutii commemorant, et ſepultum in medio Chori cũ hoc epigrãmate. Progenite antiquis Mutinæ ſub mœnibꝰ altæ, Marmoreo hoc tumulo, Bartholomæe iaces. Diuini interpres iuris, quæſitor, et huius Religionis eras, philoſophuſq; grauis, Non ualet hoc animi uirtutem abo lere ſepulcrum, Quam uis defunctum corpus, et oſſa tegat. Ecce IACO/BVS Ferrariẽſis, cum LVDOVICO Piſano, IACOBVM de petris Bri/xiẽſem ſacræ Theologiæ interpretem hæreticorum limam ſeueriſſimam, et VERCELLINVM Vercellẽſem uirum doctum et eruditum, florentes cir ca annum domini Mcccclxx. comitans. O q̃ ſeuere omnes iſti incedunt, et præcipue ille Iacobus Brixienſis, qui neminem pro fide Chriſti unq̃ ueri/tusꝰ plures igni hæreſeos labe infectos nec reſcipiſcentes adiudicauit. Cuius ueſtigia ſecutus ANTONIVS Caſalenſis anno elapſo per ſe ac uicarios ſuos ultra triginta exiſtẽs Inquiſitor Nouocomi, ubi uita functus ẽ, igni tra didit, Nec ab his longe eſt (ut cernis) BERNARDVS Nouocomenſis uir grauis et præſtantis formæ cum CHERVBINO ambo uita functi, alter ſuperioribꝰ annis, et hoc anno paulopoſt Antoniũ, alter uidelicet. MDxvi. Iam alii multi præteriere, quos mittã, ut cum Radino noſtro breuior ſim. LEANDER. Num illã turmã, quæ præ oculis habemus inſignatam abire permittes? MORTARIVS. Nequaq̃, Intuere illũ uenerandum ſeniorem, AVGVSTINVM papienſem uirũ doctum, habentem ad dexterã illum IOANNEM Torphaninũ tuũ cõterraneum, ad Siniſtram HIERONYMVM fauentinũ. LEANDER. Ille prior Torphaninus eſt Euſtachii bo nonienſis inquiſitoris uicarius, quẽ ita omnes male de fide ſentiẽtes timent et alter Hieronymus qui ſua induſtria hæreſis nouiter ſuperioribus annis in Ciuitate Mantuana exorta, quæ aſſerebat Chriſtũ fuiſſe iuxta cor. B. uir ginis ex tribus guttulis ſanguinis concæptũ, et non in utero prout alii, extin cta fuit iuſſu Iulii. ii. pont. max. et damnata, et anno elapſo uictoriã de quo dã male de fide ſentiente in Curia Romana reportauit? MORTARIVS Illi inquã ſunt uiri intrepidi pro fide Chriſti, qui minime nec precario mu nere, nec pollicitatione, aut metu ab his, quæ orthodoxæ fidei ſunt, dimo/ueri poſſunt. Aduerte illos duos aliquantulum animo ſupprẽſſo, ueluti ali/quid meditantes, incedentes, alter eſt DONATVS Brixienſis Parmenſis inquiſitor et alter VINCENTIVS ex cotboneo oppido Aemliæ ſalutiẽ/ſis, uiri docti et litteris ac moribus ornati. LEANDER. Modum, rogo, uer bis tuis tandem Mortarie ſtatuas. MORTARIVS. Statuo. Finem facio, et ali prouinciam iſtam cedo.

Opera per ipm̃ edita.

Iacobꝰ brixienſis.

Vercellinꝰ

Antonius Caſalenſis

Bernardus nouoco.

Cherub.

Augu. pa/pienſis.

Io. Tor/pha. Bon.

Hierony. fauẽtinus.

Donatus brixienſis.

Vincẽtius cotboneus

VIRORVM ILLVSTRIVM IN DIVERSIS DIALOGVS Eiusdem Leandri. Interloquutores Gratianus. Leander.

Communi uoto, datis suffragiis Gratiano Laudensi nomēclandi ipso reclamāte, cessit potestas. Itaq; surgēs citare subsequētē turmā cœpit, dicens, Leander ex quo omnium uestri uoto hæc prouincia mihi decreta est, scribe illum primū cæteros secū ducentē uidelicet THOMAM Stolbez Anglicum sacræ Theologiæ doctorem uirum celeberrimū cum uolumine illo pergrandi ab eius mācipio post se delato, in quo continetur quidam tractatus ab eo dictus Statutum Ecclesiæ cōtra impugnātes ecclesiastica statuta, item de Stipendiis debitis prædicatoribus uerbi dei, de perfectione uitæ solitariæ, de Arte moriendi, et alia plura opuscula, Hunc Thomam Leāder nemo aliorū citauit, licet alios plures probos uiros hoc nomine uocitatos citauerint. Anglia.n. plures hoīes hoc nomine insignitos protulit, Videtur uero in his fuisse illā fortunatior, q̄ ī reliquis. Qui ad dexteram eius tam alacriter incedit DOMINICVS Pisanus est, cum commentariis suis excellentissimis super omnes Senecæ libros, Ille uero qui ad Leuam IACOBVS Romanus deferēs librū de Victoriis, de persecutionibus, de uirtutibus et de Vitiis Regum Romanorum, cum sermonibus de Tempore et de sanctis, ab se editis, Aduerte illos sequentes istos, ROBERTVS. ortford Anglicus ille primus est, qui scripsit aliquando contra Henricum Gandauensem, in his, in quibus adnititur impugnare diuum Thomam Aquinatem, item cōtra primum Egidii, ubi aduersatur doctrinæ eiusdem, circa annum domini. MCCXLII. ille qui cum eo uerba tam crebro facit ueluti amicabiliter cōferēs alius Anglicus est GVILIELMVS nomine de Massebt sacræ Theologiæ professor non postremus, Qui et ipse contra dictum Henricum pro huiusmodi causis scripsit, item contra Corruptorium corruptorii, item quæstiones de Angelis, florens circa annum domini Iesu Christi. MCCXCII. cū HERMANDO de Minda præfecto olim prouinciæ Theutoniæ, qui scripsit de interdicto, et Inquisitionibus criminū ac epistolas optimas stilo haud inrudi. Floruisse hunc uirum asserunt Annales circa annum salutis. MCCLXXI. Nun cernis illum insignem doctorem ALBERTVM. Brixiensem, cui aliquādo ab Aurelio Augustino Aquinatis Thomæ triūphalis gloria reuelata fuerat? Hic cū esset maxima doctrina refertus, sūmā de officio sacerdotis nobilē et apprime necessariā a suo ingenii excellētissimo promptuario retulit, Postmodū diē suū sanctissime plenus bonis operibus obiit, circa ānū saluatoris. Mcccxiiii. Intuere cū eo loquētē ANGELVM Nigrum Viterbiensem uirum eruditum, manu sua ferentē librum de potestate papæ, iussu Bonifacii octaui pont. max. ab ipso editū

[Margin: Thomas Anglicus. — Dominic. Pisanus. — Iacob. ro. — Robertus. Anglicus. — Guilielm. Anglicus. — Hermād. Theuto. — Albertus Brixiensis. Visio. — Angelus Viterbiē.]

cum multiiugis opusculis, et LVCAM Florentinum haud hominem inele Lucas flo
gantem cum RAMANTINO uiro litterato illos exaudientes. Quorum rentinus.
prior, suasione Clementis sexti pontificis Senecam commentariis optimis, Ramanti/
exornauit, alter uero librum edidit, Paschale dictū ad Vrbanum quintum nus.
pont. in quo correxit Callendariū Satis tempestiue incedit ille ueneran/
dus uir BARTHOLOMAEVS Dominici Senensis sacrarum litterarum Bartholo.
interpres uir præcipua religione ornatus, cum THOMA suo conterraneo Thomas
deferente libellum ab se contextum de approbatione hominum de Tertio Senensis.
habitu ordinis nostri, florentes circa annum salutis Mccccii. Iam prope est
FRANCISCVS Rethsa magnus Theologus, qui in quodam Gymna/ Franciscus
sio aliquando docens Salomonis prouerbia annis duodecim legit, semper Rethsa.
præmittendo eadem uerba, uidelicet primi et purissimi fructus, ad beatissi/
mam deiparam Virginem applicando, omnium cum uoluptate maxima
audiētium. De qua Ingentia uolumina in eius amplissimam laudationem
descripsit, cum uno etiam uolumine super salue regina, et plura alia, quibus
uiri, præstantiam et deuotionem ad tantam matrem intueri licet. Floruit cir
ca annum domini. Mccccxv. Quem comitatur ille uir doctissimus IOAN Io. de mō/
NES de Monte nigro, Cuius ingenii et doctrinæ uires Græci cognouere in te nigro.
synodo Florentina acta sub Eugenio quarto pont. max. qui uicti, et supera
ti palmam uictoriæ illi cesserunt. Plura opera edidit præcipue Tractatum
optimum de Concæptione Sanctissimæ Virginis circa annum Domini
Mccccxxxii. et ALANVS Brito uir doctissimus et litteratissimus, Cui ali/
quando Beatissima mater cœliq; regina rosarium prædicatum iri reuelauit, Alanus bri
circa. Mccccclxx. Quem sequitur IACOBVS spenzer præfectus olim pro to.
uinciæ Theutonicæ prælibatum sanctissimum Rosarium ubiq; circunferēs Iacobꝰ spē
circa annum salutis, Mccccl xxx. Ii enim (ut cernis) uolumen maxima cum zer.
festiuitate ferunt, continens institutiones, approbationes, miracula, et indul Rosarium
gentias seu facultates societatis dicti psalterii seu rosarii, Quod quidē opus B. uirginis
insigne ab omnibus Dei Genitricem colētibus approbandum est. Cogno
scis illum Venerandum seniorem Germanum ultra passim progredientem
manuq; ferentem codicē ingentē? LEANDER. Cognosco. Est enim AM ambrosius
BROSIVS uir animo īfractus, litteris eruditus, multaq; sanctimonia præ/ Alemanus
ditus, qui anno elapso Mantuæ in Cœnobio diui dominici uita sanctissime Tabula su
functus est, ubi multo tempore uitam ægerat, ac indicem seu tabulā (ut uul per opera
go dicitur) incæptā a petro Bergomense compleuerat opus insigne, et appri B. thomæ
me necessariū, GRATIANVS. Is est utiq;. Aspice IO. LVDOVICVM Io. Ludo.
Viualdū ex Mōte Regali Theologū præstātissimū portātē post istos suū o
pus Regale, quo cōtinet Epistola cōsolatoria fusissima ad Illust. Margari/
tā salutiarū urbis Marchionissā, itē pambulū ꝯ officio pietatis ī defunctos.

Opera per ipm edita.

Tractatus de pugna partis sensitiuæ et intellectiuæ Epistola ad Vualdislaũ Boemiæ ac Hungariæ regem, Tractatus de laudibus ac Triumphis triũ liliorum, quæ in scuto Regis Franciæ figurantur, Tractatus de cognitione electorũ a reprobis, Tractatus de duodecim persecutionibus ecclesiæ dei, Tractatus de Magnificentia Salomonis, et An saluus sit. Tractatus de duplici causa contritionis, et plura alia opera, quæ affatim uiri doctrinã ac mẽtem optimam declarant. Intuere illum statura pergrandi, facie seuera post illum gradientẽ. Nostin uirũ? LEANDER. Nosco. Is est VINCENTIVS Placẽtinus ex Baratherea familia satus, meus inq̃ Vincẽtius, cui nunq̃ me referre gratias, pro munere mihi ab ipso collato, posse arbitror. Porro in logicalibus, et in philosophia, pluribus annis socio atq; adiutore cum PAVLO Montiscelano uiro eruditissimo usus sum. Ab his uiris, quicquid logicæ, quicquid philosophiæ habeo, accæpta refero. Quicquid uero Theologiæ ab SILVESTRO Prieriate, et GEORGIO Casalense, de quibus latius supra diximus, me accæpisse profiteor. Non enim ipse mearum uiriũ conscius, uices impendere possum. GRATIANVS. Vincẽtiũ tuum præceptorẽ fuisse plurimũ gaudeo. Scito te plurimum ab eo amari. Cum enim de te uerba facimus magno gaudio exilit, libenter, et dulciter de te loquitur. LEANDER. Nec minus libenter audio de eius laudibus quosq; loquentes. Quin (ut nosti) cũ amicis loquens semper aliquid in medium de ipso profero. Refero enim ipsum esse uirum doctũ, philosophiã, theologiã excellentissime callentẽ, et poesim, et oratoriã sibi familiares habentẽ, nec eum litteras græcas ignorare, et ocium ex ocio sibi semper parare, et pollere maximis animi uirtutibus, dotibusq;, et edidisse logicam pro stomachis adulescentulorum delicatis facientem optima eruditione refertam, necnon quoddam uolumen defensorium Diuæ Catherinæ Senensis, quo enodantur nodi plurimi Theologicales curiosi, et refelluntur obiectæ rationes seu nugæ et allucinationes, ueluti figmẽta, et inania uerba sicuti quadã ira, et odio præcipitatæ, ac etiã scripsisse pronũciasseq; multiiugas funebres et alias orationes ingenti omnium cum laude, et eius declarare diligentiã codices emendatos annotatosq; Bibliothecæ Cœnobii Placẽtini. GRATIANVS. Multoplura consuesti dicere, nec immerito. Quandoquidem ei tenearis, et uera, quæ a te dicuntur, sint. Multum etiã debeo tãto uiro, quẽ amo, colo, et obseruo. Alias dabitur occasio immorandi in laudibus cæteris de eo. Nũc sat est, quum cogat nos eum relinquere RAPHAEL Soncinas manu baiulans nonnulla opuscula ab se edita multa doctrina referta cum ALBERTO Laudense iam diu uita functo, cum duobus illis uoluminibus ab se digestis super Epistolas pauli, Qui nũc nũc se post istos ostẽdit. Iam sat citaui. Procedat alius, qui subsequentes citaturus est.

Vincẽtius Placẽtinus Senior.

paulus mõtiscellanus

Raphael Soncinas

Albertus Laudensis

VIRORVM ILLVSTRIVM IN IVRE CANONICO DIALOGVS EIVSDEM LEANDRI.

INTERLOQVVTORES IO.MARIA. LEANDER.

ETICENTE Gratiano, Surgens Ioãnes Maria Venetus adu
r lescens haud illepidus, litteris pollens (ei enim citandi turmã sub/
sequentẽ cõmuni uoto dederamus) Heus Leander ait signa pri/
mum illũ sanctũ seniorem cõdam ordinis nostri Generalẽ Magistrũ RAI — Raimũdus
MVNDVM de Pennaforti Cathalanũ. LEANDER. In primo libro si
gnaui. IO. MAR. Signasti illa uolumina, quæ post eum ab illo seruo defe
runtur per ipsum edita, uidelicet librum Decretaliũ, seu epistolas decreta/
les pontificum, et conciliorum ab ipso in uno uolumine congestas, Sũmã — Decretales
de casibus apprime omnibus sacerdotibus necessariã, Quæ Raimũdi sum/ — ꝑ Raimũ.
ma uocat. LEANDER. Iam omnia descripsi. IO. MAR. Sat est. Aduer/ — cõtextæ cũ
te illũ Germanũ post eũ graui passu ambulantẽ. Is est IOANNES Theu — Summa.
tonicus, non ille cõdam Generalis Magister ordinis, sed ille Lector Fribur — Io. Theu.
gensis uir deuotus, et litteratura præstantissimus, portans super dorsum (ut
conspicaris) ingens uolumen ab se confectum plura opuscula ea quidem
ingeniosa, docta, et ualde necessaria cõtinẽs, uidelicet scriptũ super summã — Opera per
Raimundi secũdũ ordinẽ Alphabeti, et Apparatũ eius, et quæ ad declara/ — ipm edita.
tionem textus et apparatus eiusdẽ Summæ utilia sunt, Item librũ de Quæ/
stionibus casualibus, Item Summam magnam in iure, quæ uocatur Sũma
Confessorũ cũ Tabula secundũ ordinẽ alphabeti, Item Confessionale de
modo audiendi confessionẽ et interrogandi confitentes secundũ diuersos
status, et uita excessit in Friburg in Cœnobio fratrũ, et in æde ante arã ma/
iorem sepelitur anno domini. Mcccxiiii. vi. idus Maias. Cum eo incedit
GEORGIVS Alexandrinus iure pontificio atq; imperatorio clarus, cũ — Georgius
scripto suo super Decreto. Necnõ BVRCARDVS Argentinẽsis cũ Sũ/ — Alexan.
ma iuris et BARTHOLOMAEVS Pisanus de sancto Concordio iuris — Bartholo.
pont. doctor portans Summã sua de Casibus, omnibus apprime necessariã — Pisanus.
et suam ac aliorũ conscĩetiã dilucidare cupientibus, quæ Pisanella nuncu/
patur, Qui floruit circa annum domini. Mcccxiiii. Vide uide illũ præstan
tissimũ seniorem LVDOVICVM Venetum ex nobili Michaela familiã — Ludouic.
satum post se seruum ducentem onustũ summa illa præclara casuũ Miche — Venetus.
lina nuncupata, cito ab omnibus uisura. Bene nouisti uirũ, et nouisti eius — Michelina
sanctissimos mores castissimam uitam, et præstantissimam doctrinam,
et ut scis per tres menses ante se uita defuncturum prædixerat. In eo uero
termino anno elapso. MDXV. xiii. calen. Maii. Venetiis in Cœnobio Di/
ui Dominici ex insperato interiit. Ne prætermiseris illum alium reuerendũ

feniorem litteratũ et bene litteratum IOANNEM Tabienfem cũ opere fuo illo præclariffimo Tabienna nũcupato,(uulgo fumma cafuum dicta) Quæ nunc in tua Bononiẽfi urbe procudit, Nofti hominẽ, eo ꝙ bis præfuit Gymnafio Bononienfi, et hæreticorũ cenfor multo tẽpore fuerat, uir bonus, doctus, et moribus ornatus. LEANDER. Nofco uirũ uenerãdum et eum amo, ueneror, et obferuo, ob eius ingẽtes uirtutes. Iam finem facias uelim. IO. MAR. Finem faciam dummodo laudes operis tanti patris aliqua in parte defcripferis. Opus ẽ exactũ, fucculentũ, et fumme neceffariũ, folidũ, bene digeftũ et iuxta Horatianũ monitũ trutinatũ nõ tantum per annos nouem, fed per bis nouem. Neminẽ is bonus pater mordet, aut dilacerat, Sed uerba fua optimis rationibus confirmat, refellitq; refellenda caute, non ftomachatus, fed pietati cuidam innixus. Nouerint me omnes minime finxiffe mendaciũ cũ opus tam præclarum legerit. Salue et uale. LEANDER. Modicum quiefcam.

Laus Tabiennæ.

VIRORVM ILLVSTRIVM IN HISTORIIS DIALOGVS EIVSDEM LEANDRI.

INTERLOQVVTORES IO. ANT. FLAMINIVS. LEAND.

POSTq̃ Io. Maria adulefcens lepidus conticuit, datis fuffragiis IO. ANTONIVS Flaminius Forocornelienfis illũ magnum linguæ latinæ fidus, iubar, et oculus, Quẽ litterati plurisfaciũt, et iure optimo, quãdoquidẽ in eo tot fint uirtutum ornamenta congefta, ut rarus immo rariffimus noftra ætate uideat. Quæ fi narrare uoluero fortaffis me nõnulli eblandiri illi arbitrabũtur. Pro tempore tamen aliquam eorum partem coram ponere uolo. Vir eft a natura, tam corporis q̃ animi bonis dotatus, fi formam quæris, præftãti eum inuenies, fi uultum delectabili, fi loquellã, dulci et aliquãdo, prout res expoftulant, rigida, et afpera, fi mores, optimis, fi doctrinã, præftãtiffima, prout eius opera ꝓferunt, et imprimis duo Siluarũ libri, cũ tribus Epigrãmatũ libellis anno præterito procuffi, Tragœdia illa excellentiffima Priamus dicta, tam feftiua, tam docta, uaria, et iucunda, ut fe ipfum in ea fuperaffe facile cognofci poteft, hiftoriæ de Imperatoribus Ro. Libri tres de Harmonica inftructione, Vita Magni Alberti, Iacobi Veneti, Diui Vincentii ualentini, Venturiniq; Bergomenfis, ac acerui Epiftolarum, Quæ omnia uiri præftantiffimã doctrinã effingunt. Eius enim ftilus grauis, nitidus, emunctus, leuigatus, breuis, nõ tædiofus, doctus, et fucculẽtus, Cuius qdẽ teftes funt Achilles Phileros Bocchius et Philippus Phafianinus Bononien. iuuenes litteratiffimi, necnõ uirtutibus ornatiffimi, Quorum prior tantum fcriptis Flaminii delectatur, ut uix

Laudes Flaminii.

dici possit, Deinde uir bonus est, compositus, rectus, iustus, non arrogans, non petulãs, sed optimis uirtutibus ornatus, Nescio qd in eo desyderari licet, Alias cum dabitur occasio uoto meo satfaciã, delectus est. Igit Nomẽclator dictus, licet non sit sacris initiatus nec toga religionis indutus, ad me conuersus inquit, Leander huc tecum et cum hac præstantissima uirorum societate lætus adueni, ut Diuum Thomam Aquinatem, quẽ mihi in deũ tutellarem iã multo tempore delegi, triumphãtem cernerẽ cum tantis turmis uirorum doctissimorũ ac sapientissimorũ, Quorũ nomina fere oĩum iam scripsisti, Ne graueris etiam istos paucos subsequentes per me citandos scribere, et uide illum incedẽtẽ cũ duobus mancipiis onustis ingentibus uoluminib9, quẽ si uideris nota, Vt enim auguror, est VINCENTIVS Beluacensis Burgundus uir acris ingenii, et ingentis litteraturæ, Illa uolumina ab seruis illis delata, sunt quattuor uolumina ab eo contexta, Quorum uni Speculo Naturali nomen ẽ, Secundo Morali, Historiali Tertio, et ultimo Doctrinali. His enim operibus omnes oblectari possunt, eo ꝙ in eis omnifariam continetur doctrina, cuilibet ingenio sat factura. Plurimum aliquãdo huius uiri laborem maximũ demiratus sum, sed præcipue unde tot libros, tot tractatus, tot scripta diuersorum auctorũ illis tẽporibus habuerit, cum rara essent, et penes paucos inuenirent. Igitur plurimũ tanto uiro debemus, qui nullũ laborem defugit, ut omnigenã doctrinam, et scientiã posteris his quattuor uoluminibus, quæ in mille prius delitescebant, crederet. Finem tanto operi imposuit circa annum domini. Mccxliiii. Prout ipse testatur circa finẽ Speculi historiæ, sic dicens. Ecce tempora sextæ ætatis usq; ad præsentem annum summatim perstringendo descripsi, qui est annus Christianissimi Regis nostri Ludouici. xviii. Imperii uero Fœderici. xxxiii. Pontificatus aũt Innocẽtii. iiii. secundus, qui est ab incarnatione Domini Mccxliiii. scripsit et epistolã consolatoriã de morte amici ad Ludouicum Regem Franciæ, qui postea inter diuos relatus fuit, super morte primogeniti sui, ut patet in ea. Porro Ludouicus eius familiaritate plurimũ utebatur. Eius enim opera, tot libros, tot uolumina, totq; uirorũ sapiẽtũ scripta, ex diuersis orbis terrarum regionibus Vincentiũ habuisse affirmant. Qui post eum incedit (ut perpẽdo) est GERARDVS de Franchetto Lemonicensis uir uenerabilis, qui Lemonicis senex et plenus bonis operibus. iiii. Non. Octobris. Mcclxxi. uita excessit. Hic multũ eloquentia ualuit. Vnde Concionator fuit, et uir religiosus. Præfuit prouinciæ Galliæ Narbonensis multo tempore laudabiliter. Iussu Humberti Generalis Magistri ordinis fratrum res egregie gestas, et optime acta, atq; omni memoria celebranda (quas fratrum uitas uocant) cõscripsit. Quo in libro religionis suæ habituatæ, deuotionisq; prægustatæ, uiuentem imaginem tanq̃ in Speculo dereli

Vincẽtius Beluacẽsis.

Gerardus. lemonicẽ.

Conradus Vita.B. Dominici Stephanardus Medi.

quit. Intuere illũ Germanũ olim prouinciæ Germanicæ præfectũ CONRADVM nomine portãtẽ uitam Diui parentis Dominici claro et non ineleganti stilo ab se editam circa annũ domini. Mccxc, et cum eo pariter incedẽtem STEPHANARDVM ex uico Mercato Mediolanẽsem uirũ doctrina clarum, deferẽtẽ Cronicã ab se metrice descriptã. Qui primus ex ordine prædic. Theologiam in domicilio Mediolanẽsi publico stipendio docere cœpit circa annum salutis. Mccxcii. Qui illos tam frequenti gradu

Bernardus de castris.

subsequitur BERNARDVS de castris sancti Vincentii cœnobii eiusdem præfectus portans Cronicam ordinis prædicatorũ in manu incipientem ab eius exordio usq; ad annum. Mccciiii. Cuius Archetypus in Bononiensis Cœnobii Bibliotheca in membranis sepositus ẽ adeo incõptus (ut puto scriptoris incuria) ut quãdoq; uix de narratis elici sentẽtia possit accõmodata.

Opera per ip̃m edita.

Contexuit is uenerandus pater etiã Annales pontificũ max. et Imperatorum usq; ad Ioannẽ. xxii. Item tractatũ de synodis Generalibus, seu conciliis, a primo Cõcilio ab ecclesia celebrato, usq; ad sua tempora. Hoc opusculum Hieronymus Albertutius Bononiẽsis in annalibus suis se aliquãdo uidisse in Bibliotheca papæ in pallatio sancti Petri affirmat. Floruit circa

Petrus clugiensis. Henricus de Erfordia.

annum. Mcccv. Nec longe abest PETRVS Calo clugiẽsis cum uitis sanctorum fuse ab se editis. Mccc. Nec HENRICVS de Erfordia Mindensis Saxonus deferens ingenti lætitia Cronicam pulcherrimã ab se compositã ab orbe condito usq; ad annum domini. Mccclv. in quattuor uoluminibus magnis distinctã, cũ cathena aurea nobili uolumine cõplexa, et tractatu de Cõcæptu deiparæ uirginis, cum nõnullis aliis opusculis cũ THEODORICO de Alpodia Erfordense Germano compilatore uitæ diui Dominici, et uitæ diuæ Helisabethæ, et THOMA Langefrod Anglico sacrarum litterarũ interprete deferente Cronicã ab orbe condito usq; ad suam ætatem, Nec prætermittendũ puto IOANNEM Columnẽsem Romanũ referentem Cronicam suam, cũ libro de Viris Illustribus nec PTHOLOMAEVM Lucensem, qui historiam scholasticã et tripartitã nouã, necnõ librum de regimine principũ cum quibusdã aliis opusculis aliquãdo ingenii sui uires ostendere cupiens, edidit. Cito nota PETRVM de Pennis, q

Petrus de Pennis.

inter alia scripsit libellum capita. xxii. continentẽ, quibus comprehẽdi põt terra sancta, et uideri quare deperdita fuerit, et qualiter recuperari posset. Ecce IVSTINVS adest, cui in synodo. xxii. Generali Bononiæ sub Io. Theutonico acta anno domini. Mccxlii. demãdata fuit ꝓuincia diui Dominici uitam describẽdi. Adest et PETRVS Ferandi uir bonus et rectus

Petrus. Io. Caroli Floren.

manu uitam diui Dominici gestans cum IOANNE Caroli Florẽtino uiro usquequaq; erudito, portãte uitas pluriũ patrũ priscorũ Cœnobii Florentini elegatissimo stilo descriptas, prout in hoc uolumine Leander facile

dignosci potest. Certe scriptor accuratus et totus floridus fuit. Mittes ne HIERONYMVM Albertutiū Bursellū Bononiensem tuū, uirū doctū, et egregium Cōcionatorem, cum Annalibus ordinis prædicatorum, quas tam ingeniose, et accurate fecerat? Mittes ne etiā cronicam, seu magis epithoma omniū rerum gestarum ab orbe cōdito usq; ad annū. Mccccxcvii. quo uita pleuresi Bononiæ excesserat. vii. calen. Decembris. Mittes sermones ab eo editos, et Annales cœnobii Bonon. incipiētes ab instauratione uitæ regularis usq; ad nostrā ætatē, itē tabulas ab se cōstructas, uidelicet de generalibus magistris ordinis prædic. de doctoribus asseuerantibus Beatissimā matrē originali peccato aliquādo fuisse obnoxiā, et de uiris illust. præ? Scio te aliquādo etiā ipsum citasse, et eius uitā longa serie scripsisse, sed hic prætermittēdā cēseo, ne fastidio tādē essemus astātibus. Ecce dū loqmur uenit AMBROSIus Mediolanēsis ostētās cronicā ord. præd. ualde prolixā ab se cōtextā maximis lucubrationibus, maximis uigiliis, maximisq; laboribꝰ, ut ordinē illustret. Cuius laborē sedulū laudare ac approbare debemus, eo maxime, ꝙ ex laboribus suis, partē nobis subministrauit. Sat sint nunc dicta. Heus Flamini Iunior asta, Nomenclare, Iam cōi uoto hanc prouinciā tibi demando. Interim paululū quieti indulgebo.

Hieronymus bon.

ambrosius mediolan.

VIRORVM ILLVSTRIVM IN PHILOSOPHIA AC LOgica dialogus eiusdē Leādri. Interloquutores. M. Anto. Flaminius. Lean.

FLAMINIO illo magno sedēte, MARCO ANtonio Flaminio Iuniore filio iuueni modestissimo, litteratissimo, ac uirtutibus ornato, Quē ueluti filiū dulcissimū amo, et complecti soleo, ob eius uirtutes ingenuas, Quis eū nō amauerit, qui cū corporis bonis et animi cōiūxit? Pollet oratoria, Poesi, Musica, et nūc philosophiæ operā enixe impēdit, Mauritius suus ꝓ parte eius eruditionem præsefert, sortē nomenclādi cōi uoto obuenit. Qui accepta prouincia, Heus Leādre infit, licet ipse togā religionis nō sumpserim, tamē religiosos amo, obseruo, ac ueneror, et te imprimis, cuius colloquio plurimū destineor, scribe illā elegātē turmā simul disceptātē tuorū comprædicatorū, Quæ uidet esse philosophorum ac logicātiū. Primus ille, qui habet codicē in manu, ut augurari possum, est GVERICVS ille, qui anteq̄ in ordine uestro ꝑdicatorio sacris initiaret, diu in diuersis gymnasiis, studia logicalia, quadriuialia, philosophica, et medicinalia, sectatus ē, Demū toga ꝑdicatoria sumpta, egregie Parrhysii theologiā docuit. Vt uides, sociis causā cur ꝑdicatorū ordini se addixerat refert. Dū enim aliquādo legere in ecclesia audiret, uixit Adā nōgētis triginta annis et mortuus ē &c. quæ secunt, de obitu tātorū hoīum, qui tādiu uixerāt,

Laudes flaminii Iunioris.

Guericus

admirabūdus ac potius perterritus, afflatusq; sancto numine, sic intra se dixit. En bone deus oēs uita fungunt, tā illi, qui tādiū uixerūt, sicut et nos. Quid faciemus? Et nobis etiā uita obeūda ē, secuturis eos. His igit pmotus sanctæ cōuersationis habitū sumpsit. Eius uita q̄ sanctissima, honestaq; et q̄ doctrina utilis clara fuerit toti ordini, et ecclesiæ dei, sat cōstat. Claruit circa ānū dn̄i. Mcclxiii. Ille alius, q tā festiue icedit. GALVAnus Flāma Mediolanēsis ē, uir ingētis spūs et doctrinæ, Primus oīum ex fratribus phiā, ex quo gymnasiū ibi istitutū fuerat, Mediolāni docuit. In uno āno Aristotelis æthicā, Politicā, Oeconomicā, Rhetoricā, et libellū d sphæra enodauit scripsit cronicā or. pdi. Floruit circa salutis annū. Mcccxv. Qui illū sequit GRATIAdeus Asculanus optimus philosophus, prout eius cōmētaria sup Arté ueteré, et physicā Aristotelis, et cætera scripta p ipsum ostēdunt. Quē floruisse annales produt. Mcccxli. Nū cernis tuū illū cōterraneū GVIDOnem Guetiū uirū scientia pclarū, et præcipua deuotione cōspicuū? A quo Aristotelis æthica docte et scite enucleata fuit, prout uideri pōt in archetypo ipsius asseruato in Bibliotheca Cœnobii Bononiēsis manu propria scripto. Multis codicibus eius industria cœnobiū Bononien. donatū fuit. In calce enim cōmētariorū, quæ edideṛat sup æthicā, affirmat se nō suo ingenio, ea cōtexuisse, sed dei auxilio et plurium sanctorū interpellatione, quorum memoriam sedulo præ mentis oculis habuerat, deinde citat circa .lxx. inter martyres, cōfessores, et uirgines ac alios, quos quotidie cōsalutabat. Floruit circa annū domini. Mccclxxxvi. Vide duos THEODOricos Theutonicos, Alter enim scripsit de origine pdicabiliū, de Tēpore, de Yride, de mēsuris rerū, de defensione priuilegiorū ord. prædic. de tribus diffinitionibus, de quātitatibus entiū, de origine lucis, de coloribus, de causis, de intellectu et intelligibili, de principio materiali, de natura elemētorū, Posterior uero tractatū de radialibꝰ impressionibus ad Aimericū Placētinū Gen. magistrū ordinis pdic. Agnoscis ne MARTINVM et BOETIVM Dacos? quorū Posterior scripsit super libros de Anima, de sensu et sensato, de somno, et uigilia, de Morte et uita, de æternitate mūdi, et plura alia. Nota etiam GREGORIVM Vienēsem, cum scriptis suis, de Eclypsibus solis et lunæ. Considera DOMINICVM Flandrensem deferētem magnū Volumen super Methaphysicā Aristotelis, super libros de Anima et posteriorum cū nōnullis aliis præclaris scriptis ab se editis, circa annū saluatoris. Mcccclxx. Quin et PAVLVM Soncinaté nō cernis uirū doctissimū ac nimis immature decedéré, manu quæstiones suas Methaphysicales doctissimas deferentem, Cuius obitus anno domini. Mccccxciiii. Cremonæ fuit. Qué secū manu altera ducit, LVDOVICVS Ferrariēsis est, ille uir ingentis litteraturæ, qui agens ordinis prædic. in Ro. Curia causas (uulgo dictus procurator)

Galuanus mediolan. | gratiadeus | Guido bononiensis. | Theodorici duo. | Martinus et Boetius Daci. | Gregorius Vienensis. | Dominic. Flādrēsis. | paulus soncinas. | Ludouic. Ferrariēsis

Viterbii interiit anno domini. Mccccxcyi. relinquens post se Commētaria in Aristotelis æthicam. Et THEOPHILVS Cremonēsis cū propositionibus elicitis ab Aristotele græco, et a cōmētariis diui Thomæ ab se, sequitur, cū VINCENTIO Merlino, VINCENTIO de Sinsuessa uiro alio qui in philosophia præstātissimo, digno Augustino tanto fratre, qui inter primos Italiæ philosophos nō inferior merito cōnumerari debet. Quibus sese comitem præstāt PAVLVS Montescelanus olim præceptor tuus uir doctus, BONIFACIVS Casalensis, THOMAS Fossanus, VALENTINUS Camer Perusinus baiulās utrisqʒ manibus cōmētaria super Methaphysicam Aristotelis cū nōnullis aliis opusculis egregiis, qui anno elapso Perusii uita excessit; GEORGIVS Mediolanēsis portās logicā suā. Vide qualiter icedit SEBastianus Perusinus ille philosophus, Qui philosophice incedit, ni fallor, prætermittēs uanā lauticiā cū MARTINO Genuēse optimo philosopho et theologo. Nun contemplaris THOMAM Mutinensem portantē cōmentaria super physicam Aristotelis ab se edita? Certe, ni in uia defecerit, priores illos adiunget. Iam præteriere plurimæ turmæ. Quarū nomina citare longū esset. Igit finē faciam, et Phasianino nostro nomēclaturam cæterā relinquo, Quia uideo uos iam cōmuni suffragio eū elegisse.

Theophilus Cremonensis. Vincentii duo. Turma. Sebastianꝰ Perusinus Thomas Mutinen.

VIRORVM ILLVSTRIVM IN ORATORIA DIALOGVS eiusdē Leandri. Interloquutores Philippus Phasianinus. Leander.

IAM sol ad occidētē uergebat, cū Flaminius iunior fecerat uerbis suis finē. Quare mox surgens PHILIPPVS PHASIAninus (ipsum enim nomenclatorē omnes dixerāt) bonarū artiū professor celeberrimus, et in dicēdo clarus, lepidus, et ornatus, Quæ oīa eius optimæ inuētiones, scripta accurata, et interpretamēta egregia cū palefacto suo latino olī græco et orationibꝰ multiiugis, ac ānotationibꝰ diuersis, curiosis, ac doctis aptissime declarāt. Prætereo qꝫ a secretis nostri senatus bon. cū patrē Bernardo archiscriba uiro iusto, et optīo sit, sic effatus ē. Leand. Hora iā tardior, nos laconice turmas subsequētes triūphū illius magni Agnatis recēsere compellit. Ocissime nota IOANNEM Viterbiēsem cū cōmētariis suis i Berosum Caldæū, quæ accurate ægerat, et LVTOLDVM theuthonicū cum suis grāmatices floribus, cum THOMA Brixiense ex oppido Caluisano, uiro in dicendo politissimo, Qui aliquādo dū profiteretur Bononiæ Theologiā orationē habuit in Christi resurrectionē tam elegātē tam suauē atqʒ doctā, qua complexus ē Christi opt. max. triumphū, ut ēt nunc illius a plærisqʒ uiris doctis memoria habeatur. Vita functus ē Bononiæ circa annū domini. MDXII. Vir bonus, et lenis, Quē sequit LVDO

laudes philippi phasianini bononiensis. Io. uiterb. Thomas caluisanus Ludouic. Veronen.

uicus Campana Veronensis uir oratoria, poetica philosophia ac Theologia ornatus, et apprime ornatus. Qui pluries sui ingenii periculum fecit, ex quo tantã cõsecutus fuerat laudẽ, ut oẽs eũ admirarent̃. Quoties ipse oratiões, carmina tã uernaculã q̃ latina, ac cæteras eius lucubratiões lego, toties naturã, quãtũ licet, execror, ꝙ ipsum nimis a nobis immature surripuerit. Quid loq̃r de eius dulci, ac facetissima cõsuetudine? Quid de eius uehemẽti pronũciatione? Prætereo cæteras uirtutes, ut reliquos ante solis occasum citare possim. Decessit uir ꝓbus anno elapso uidelicet. MDXV. circa mensem Iunii Forocornelii. Aduerte illũ pusillæ staturæ, qui tam festiue incedit, nihilifaciente se. Is enim est.

Zenobius acciaiolus. ZENOBIVS Acciaiolus Florẽtinus uir litteris græcis et latinis exornatus. Quãtus ille sit ex hoc coniici põt, ꝙ ab oĩbus litteratis semꝑ maximo ĩ precio habitus ẽ, tũ ab Angelo polliciano illo litteratissimo, tũ a Marsilio ficino doctissimo, tũ ẽt ab his, q nũc ĩ humanis agũt. Multa ĩterpretat̃ ex Græco, quæ maximo linguæ nostræ erũt adiumẽto et usui. Quid loq̃r d' eius carminibꝫ dulcissimis elegãtissimis, et undeq̃q; sentẽtiis optimis redolẽtibꝫ? Quid de eius grauissimis orationibꝫ? Vnũ affirmare audeo Zenobiũ neminẽ ĩ re litteraria ætatẽ nostrã habere superiorem Qui cũ eo loq̃t ẽ

Vincẽtius Sãgemin. VINCENTIVS Sãgeminianẽsis elegãs, ac floridus orator. Habet. n. in scribẽdo quãdã nitiditatẽ, ac elegãtiã tã accuratã, tã tersam ac emũctã, ut nũq̃ tædio sit lectori, Q d' paucis cõcessum ẽ. Nũq̃ eius oratio assurgit nũq̃ ẽt cadit, sed semꝑ solida, semꝑ æqualis permanet. LEAND. Cuias ẽ ille staturæ pusillus corporeq; gracili, q tã freq̃ntibꝫ passibꝫ ĩcedit?

Albertus Vtinensis. PHASIANINVS. ALBERTVS Bellunẽsis seu Vtinẽsis ẽ. Qui Poeticã nõ minus q̃ Philosophiã, ac cæteras Bonas artes callet, ꝑut eius carmina ꝑstant̃. Comitat̃ (ut uides) ipm

Tho. Florentinus. THO. Matthæi Florẽtinus et


Franciscus Venetus. FRANCISCVS Columna Venetus, Quorũ alter ingẽs uolumẽ carminũ uernaculo sermone cõtexuit, ut merito cõparari Dãti Florẽtino tã in cõcinnitate carminũ, dulcedine, ac elegãtia, q̃ in sentẽtiarũ grauitate possit, alter uero in quodã libro matno sermone edito litteraturã, et uariũ, ac multiplex ĩgeniũ suũ præsefert. Quin nota. HIERONYMVM deriãnã Vercellẽsem iuuenẽ in his humaniorĩbꝫ studiis eruditũ, prout uidet̃ ĩ pluribus epigrãmatibꝫ ac epitaphiis ab eo editis. Iã sol defecit, sat est nos hac die, Triumphũ Diui Tho. his turmis uirorũ insigniũ uidisse ornatũ, et eorum nomina signasse. Igit̃ hinc discedamus Vrbẽq; ingrediamur ut cibi potusq; desyderio satisfaciamus. Scio. n. uos sumẽdi eius desyderio maximo teneri. Cras Diui Vincentii triumphum hoc in loco spectabimus.

Liber Quartus de Viris Illustribus ord. Prædic. absolutus per Ioannẽ Garzonem, et Leandrum Albertum Bononiensem.



D·VINCENTIVS






LEANDRI ALBERTI BONONIENSIS IN QVINTVM Librū de Viris Illustribus Ordinis Prædic. Procemiū Ad. R. P. ac Eminētiss. Do. Ioānē de Lasko Primate Regni Poloniæ, et Archiantistitē Gnesnēsem dominū obseruādissimū.

SALOMON ille hebræorū sapiētissimus, colēdissime præsul, claro ac perlucido intellectu hominū uitas iustorum cōtemplatus, effingere cupiēs, coactus ē exclamare fore similes eos lucidissimis firmamēti astris, et illos inter mortales fulgere, ueluti scintillas ignis in arundinero percurrētes. Qua enim similitudine accōmodaciori, hos fingere potuisset? Quippe cōstat īter dēsissimas huius uitæ labilis peccatorū tenebras, iustos radiis emicare suæ integritatis, atq; ueluti p arūdinetū scintilas splendescere. Quod apertissime ī hoc quinto de uiris Illustribus libro cōstabit. Siquidē in eo cōtinent illa fœlicissima atq; lucidissima orbis terrarū astra, quorū splēdore sanctitatis, oēs in hac fugaci ac perstrepēte uita permeātes illustrari possimus. Age, et intuere illos præclarissimos uiros Vincētiū Valentinū, Iacobū Venetū, Mauritiū Pannonū, Io. Salernitanū, Hiacynthū Polonū, ac cæteros quādoq; sub quadā nomēclatura citatos, et apertissime uidebis quātū ecclesiæ cōtulerint sanctitatis et lucis. Vnde merito astra et sidera appellari debēt, et sunt. Ad te igit micātissime Archiflamē hūc ipm librū tot sacratorū uirorū gesta religiōis meæ cōtinētē mittēdū cēsui, quo eo dignus apprime mihi uisus es, ob eximias uirtutes, īgenuos mores, litteraturam, quā plurimū polles, et ob beniuolētiā, qua ordinē prædicatorū complecteris. Haud enim uereor, quin maximo sis gaudio afficiēdus, cū legeris tot sanctissimorū uirorū uitas egregias, præclara facinora, ac sanctas institutiones exemplaq; futuræ uitæ mortalibus bene sancteq; uiuere cupiētibꝫ eo q adniteris (absit ois adulatio) illorū sequi uestigia, ac iugiter et indefesse similiū hominū lectioni incūbere. Quā magis egregiā nauare operā possis, non uideo, q̄ multa rimari, multa legere, multa meditari, quæ ad salutem cōducūt. Proinde difficile arbitror quēpiam a ueritatis uia, a sanctitate a morū honestate posse aberrare, cui uirorū huiusmodi gesta, et actiones et lectiones placent. Habebis igit Clariss. Antistes librū hūc Quintum præ manibꝫ, eūq; assidue legas rogo, et eius lectionē sedulo meditere. Quo fiet ut aīus tuus iugiter dulci quodā spirituali nectare delectationis internæ, et pascet, et depastus cōtinue pmanebit, donec ad illā diuinā ac cœlestē domū peruenerimus, Vbi ab ubertate gaudiorū eius satiabimur cū illis sanctissimis patribus, quorū uitas in hoc libro descriptas legere licet. Accipiat itaq; rogo. D. tua. R. munus alacri aīo ab Leādro missum, ut appareat testis esse uberrimus amoris erga te mei, atq; obseruantiæ ppetuū pignus. Q̄d si tibi gratū accidisse cognouero, nō grauabor et posthac alias quoq; uigilias nostras, nomini tuo nūcupare. Valeat in domino dignatio tua.

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATO-RVM LIBER QVINTVS INCIPIT.

IO. ANTONIVS FLAMINIVS FRANCISCO BENTIVO-LO BONONIENSIS ECCLESIAE CANONICO .S.D.

q VANTVM ME TIBI, AC TOTI FAMIliæ tuæ Francisce Bentiuole debere putem, ex litteris quidem meis antea sæpius, proxime uero ex me ipso coram abunde (ni fallor) scire potuisti. Quantum enim uerbis licuit, animi mei gratitudinem diligētissime sum testatus. Verum et si agere gratias, quantas possis, aliqua remunerationis portio iure censetur, attamen, ubi postea referēdæ gratiæ aliqua det occasio, si nō referas, ingratus merito dici queas. Facto.n.manifesta gratitudo cōspicit. Verbis eadē simulari quādoq; potest. Editurus igit beati Vīcētii uiri clarissimi atq; sanctissimi uitā, de qua tecū multa, et sæpius superioribus ꝓximis diebus sum locutus, tuo nomini nūcupādam duxi, ut gratitudinis in te meæ, necnō amoris et obseruātiæ perpetuū pignus extaret. Tuum erit, Flaminii qualecūq; munusculū hilari uultu accipere, nec illius exiguitatem intueri, sed more Artaxerxis potentissimi regis animū dantis inspicere. Debet.n.cēseri nō parua dedisse, qui quātū potuit, dedit. Attamen spero fore, cum luculentam hanc historiam legeris, et fructum inde ubertimū cū incredibili uoluptate reportaueris, ut dicas, si bene te, ac animi tui mirificas dotes, et religionem eximiam noui, nullum me potuisse tibi aut maius, aut iucundius munus excogitare. Teq; simul putes, Leandro meo Alberto Bononiēsi uiro (ut nosti) litteris, et morum sanctitate insigni non parum debere, qui autor fuerit, ut illustrem hanc historiam conderem. Vale, et clariss. Comites fratres tuos Baptistam, Iulium, et Andream cum. M. Antonio Flaminio filio meo contubernali tuo meis uerbis etiam atq; saluta. Ex Forocornelii. xv. kal. Iunias. M D X V I.



DIVI VINCENTII VALENTINI ORD. PRAEDIC. VITA PER IO. ANTONIVM FLAMINIVM FOROCORNELIENSEM ORATOREM PRAESTANTISS. EDITA.

HABVIT VNAQVAEQVE AETAS MAGNVM aliquid, ac memorabile, nec auara fuit unq̃ mortalibus Dei manus, Nec senescentem iandiu mundum ope destituit, qua labantem sæpe Reipu. christianæ statum confirmaret. Hinc factum quidem arbitror, ut paulo ante nostram ætatē micantissimum sydus protulerit, quo tenebræ discuterent, quibus iam nimium genus humanum cæcutiebat. De longis etenim erroribus in uiam salutis denuo restitui nō nisi aliqua insigni ope diuinitus poterat. Et ea quidem erat ægritudinis grauitas ut aliquo præcellenti medico indigeret. Natus est igitur Vincētius cui diuinitus (uti credibile est) inditū nomen fuit, Valentiæ, quæ urbs Hispaniæ clarissima est, in uetusta, et nobili Ferrariorū familia. Qui quales, et q̃ probatæ uitæ parētes habuerit, hinc unusquisq; facere cōiecturam potest, ꝙ seruatis tantūmodo, quæ ad usum familiæ necessaria essent, cætera egenis errogabant. Id quoq; filii ex iis nati indicant. Neq;.n. esse mendax ueritas potest, Bonam arborem bonos ex se se fructus edere. Ex tribꝫ enim filiis, quosq; genuere, Bonifacius, qui iurisconsultus insignis euaserat, mortua uxore, suadente Vincētio fratre monasticam uitā in Cartusiensi monasterio quod extra urbis patriæ muros est, (Portam cœli uocant) iniit, tātusq; ibi breui admodum spatio euasit, ut quarto anno ad generalem præfecturā miro patrū cōsensu promotus fuerit. Vincētius et ipse ad dei ministeriū natus, et totius ecclesiæ utilitatē, ac lumen tātus extitit, ut nihil suo seculo maius cōspiceret. Præsagia quædam illius ortū illustrauere, et futurā tanti uiri claritatē præmonstrarunt. Pater in somnis sese cōcioni putauit interesse uiri cuiusdā ex diui Dominici prædicatoribus insignis quē cū attentissime audiret, ac miraretur, cōuersus ad eū ille, Gratulor tibi inquit, ꝙ filiū breui suscipies, q qdē admirabili uitæ sanctitate, atq; doctrina tantus est futurus, ut illum, tanq̃ demissum cœlo nouū quēpiam apostolum admiraturi sint, ac ueneraturi omnes Hispaniarū, et Galliarū populi, Futurūq; tibi prædico, ut inter nos uitam agat, atq; sub insigni duce, cuius me secutum partes cernis, militet. Post quæ uerba uidebat numerosam multitudinem gratulabundā, et se cum illis deo ingentes gratias agentem. Quod dum faceret, aiunt illum præ lætitia inclamasse. Ad cuius uocē expergefacta uxor cum miraretur, quid rei esset, percunctata est. Narrauit ille somniū, quod uiderat. Dubius tamen de euentu erat, quia fidē somniis

Patria. B. Vincentii.

Somnium patris diui num.

nõ esse habendam crebro audierat. Non tamen de nihilo esse putabat, ꝙ somniũ tale uidisset. Verũ accessere causæ, quibus in sentẽtia cõfirmaretur, magnũ aliquid, ac insigne portẽdi. Nanq; affirmabat uxor, nullã se, ꝙ prægnans esset, molestiã pati, quodq; alias nunq̃ sibi cõtigerat, nulli uterũ sibi oneri esse, immo se agiliorem multo, atq; alacriorẽ solito factam. Affirmabat præterea sese ab utero sæpe tanq̃ latratũ canis audisse. Cuius rei miraculo stupens, atq; solicita optimos quosdã monachos adisset, ac percunctata esset, quidnã ea re portendi putarent, Adisset etiã Ioannẽ urbis episcopum, iure propinquitatis sibi cõiũctũ, uirũq; sanctissimũ, qui sic latratũ eiusmodi esset interpretatus, ut affirmaret parituram esse diuinũ infantem, qui tanq̃ canis acerrimus, ac uigilantissimus pro salute mortaliũ in christiana religione excubaret, Esse enim iure cõparandos canibus, qui assidue uigilãdo, monendo, atq; docendo sacrosanctũ Christi ouile custodirẽt, qualem futurũ quem in utero gestabat, infantẽ minime dubitabat. Diuina hæc prodigia uera euẽtu ipso esse comprobata, facile quidem ex iis, quæ narraturi sumus, constare poterit. Ea aũt, cu uulgata essent, effecerãt, ut magna esset omniũ tãti partus expectatio. Cũ igiť dies ille aduenisset, quo infans editus est, nõ dici posset, quãtus uirorũ pariter ac mulierũ concursus ad eũ uisendũ fuerit, ut omnes nõ immerito dicerent, quod de Ioanne Baptista uulgatũ est, Quis putas erit puer iste? Mira res postmodũ contigit, quo die nomen infanti ex more fuit imponendũ. Nam cũ propinqui, et amici, qui frequẽtes in templũ eius rei causa conuenerãt, inter se de nomine dissiderẽt, post longam disceptationẽ sacerdos, qui baptismatis causa fuerat accersitus, quando inquit uideo nõ cõuenire inter uos de noĩe pueri, imponã ego. Sit igiť illi Vincentio nomen. Mirũ quãto omniũ consensu id nomen acceptum fuerit, quod proculdubio diuinitus inditum arbitrabanť. Quæ res quidẽ conceptã de puero opinionẽ multomagis adauxit. Mater experta, dũ prægnans esset, q̃ nihil molestiæ sibi puer attulisset, nutrire ipsa uoluit infantẽ Neq;.n. aliũ putabat incũnis fore, q̃ in utero fuisset. Nec illã quidẽ fefellit opinio. Sũma igiť cũ uoluptate aluit, ut uix unq̃ uagiẽtẽ audierit. Mira in uultu hilaritas, ita miti, adeo suaui erat aspectu, tãta in eo iam tũ apparebat indoles, ut nõ solũ amabilis omnibus, uerũ etiã admirabilis esset. Sextũ uix attigerat annũ, cũ cœpit litteras discere, in quibus breui mire profecit. Cum æqualibus pueris raro ludebat, et parce, quod cũ fecisset, mos erat illi silẽtiũ iis indicere, ac eminẽtiorẽ aliquẽ locũ inscẽdere tanq̃ suggestũ, et pueriliter concionari. Nec ex sacris cõcionatoribus, quenq̃ audierat, quem in aliquo non effingeret, ac repræsentaret, ut quicunq; cernebant, obstupescerent. Suos dein auditores percunctabatur, nun se putarent in bonum concionatorem euasurum. Cum autem satis ĩ grammaticis profecisse uisus est, ad

Prodigiũ in matre.

Natiuitas illius.

Nomẽ illi diuinitus inditum.

Sexto ãno ætatis traditur præceptoribꝫ erudiẽdus

dialecticam illum mater annum iam duodecimũ agétem transtulit, in qua quoq; facultate tãtũ biennio profecit, ut omnes simul studétes longo interuallo præcederet. Pueritiã, et adolescétiã innocentissime duxit. Nã prætereq̃ q per se pronus ad uirtutes omnes erat, educatio quoq; parentũ, quæ quidem erat diligétissima, plurimum iuuabat. Ab iis igitur omnia edoctus quæ ad uerum christianũ pertineret, frequẽtabat ecclesias, bis in hebdomade ieiunabat. Sed die, quam sextã feriã dicunt, solo pane, et parcius quidem uescebatur, Potus aũt aqua erat. Quod quidé ieiunium usq; ad uitæ exitũ cõstantissime seruauit. Diuini uerbi cõcionatores omneis, etiã indoctos, libentissime audiebat. Præcipue uero lætabatur, cũ de laudibus gloriosæ uirginis uerba faceret, adeo quidé, ut præ gaudio lachrymas tenere nõ posset. Sed tũ præcipue flebat ubertime, uel cũ christi redemptoris nostri cruciatus legebat ipse, uel legétes audiebat. Cuius officiũ crucis, et horariũ simul uirginis eiusdem suis horis diligentissime, et magna cum ueneratione celebrabat. In egenos liberalissimus erat, quos in paternã domũ introductos, quãta poterat, ope subleuabat. Ad quod etiam liberius faciédũ lenitas illum, et hilaritas parentũ inuitabat, qui crebro illi ob id gratulari solebant, et ut perseueraret, assidue hortabant. Philosophiæ studiis, ac theologiæ post dialecticã ita incubuit, ut nondũ annos duo de uiginti natus in utraq; facultate magnus haberet. Acuto, et perspicaci pollebat ingenio. Memoria uero illius nihil tenacius, atq; diuinius. Sed ĩ maximis dotibus, qbus erat affatim pditus, tãta inerat illi mãsutudo, humanitas, atq; modestia, ut sibi cõscius, quãtus esset, neq; ĩtumesceret, neq; disputãdo cõtétiosus eét sed mitis, lenis ac placidus ĩ oẽs eo tẽperaméto uteret, ut, cũ eét admirabilis oĩbus, eét pariter amabilis. Pater, qua grauitate ac prudentia erat, memor psagiorũ, quæ ortũ filii præcesserant, atq; ab ipso natali die repetens, quæcũq; in filio diligenter obseruauerat, illis maxime cõsentanea, nihil opinione deceptus q eximiam uirtuté futurã in filio portendissent, diu rem secũ tacitus agitauerat, et incertus cõsilii, quid filio potissimũ suaderet, ambigebat. Diuini tamen interea somnii memor erat, et inclinabat animus, ut illũ imprimis hortaret, ut calcatis uitæ illecebris totũ se deo iuuenis dederet. Diuino demum actus impulsu ad se illum acciuit, atq; in hũc ferme modum est allocutus.

Formula uitæ ĩ adolescentia.

Patris oratio ad. B. Vincétiũ.

MVLTA SVNT fili, quæ me incertũ, et ancipité reddunt, quid te potissimũ facere uelim. Si deum nõ respiciã, in promptu quidé est, quid cupiã. Hinc. n. cõmunia parentibus uota, et res familiaris, quæ nobis abunde est, cumq; his tua ætas, ac formæ præstantia suadét, ut aliquo illustri coniugio domũ augeas, et nepotes mihi generes. Inde uero, cũ te tantũ in bonis artibus pfecisse iã uideã, ut rarũ omnibus, et admirabile quidem exemplum sis factus, et tanta sit expectatio uel animi, uel ingenii tui, ut ea uerset, certissi-

ma q uidē in aīs hoīum opinio, summū te uirū hoc nostro seculo futurū, pellit aius, ut te uel Romā, uel Parisiū mittā, ubi et tua uirtus augeri queat, et ad summū pduci, atq; in dies magis oībus elucere. Hæc quidem magna sunt, et quæ nō immerito paternū aīum ī diuersa trahāt, et suo pōdere grauent, ac incertū efficiāt. Verū, ubi mentē ab his auerto, et altius illā attollo, maior quædā ratio procul inde euocat, et longe meliora pponit. Nā cū uenit in mētē, quid mihi te nōdū nato per quietē futurū spopōderit deus, nō possum in aliā flecti sententiā, q̄ ut te horter, ac moneā, ut meliorē, ac tutiorem meas uitā, ac te diui Dominici prædicatoribus inseras futurus haud dubio tātus, quātū diuina te multa præsagia, quæ haudquaq̄ fallere didicerūt, mihi spopōdere. Velim tamē ita meū huiusmodi cōsiliū accipias, et ita uoluntatē patriā, et desyderiū metiaris, ac interpretere, ut scias, tibi liberā a me, quod horū malueris, facultatē relinqui. Neq;.n. tanti hac in re esse apud te paterna uota iubeo, ut ibi nō sit integrū, ad quod magis inclinat aīus tuus optare. Vbi finē pater fecit, in hūc modū filius exorsus est. Nihil ex te libētius pater, nihil, quod meis æque uotis responderet, audiui unq̄. Nūc plane uideo, nō posse mihi nō feliciter euenire, qđ diu qdē mente agito. Vnū hoc deerat, qđ nūc mihi abūdē esse iam uideo. Dubius.n. qua mente laturus esses, quod iādiu facere decreuerā, animo erā suspēso atq; nutanti. Verū quādo nō solū id patienter fers, sed etiā ultro te hortatorē exhibes, ac impulsorē, nihil est, quod amplius remorer, atq; retardē, quin continuo xp̄m sequar, ac me totū illi exhibeā. Illud tamē adhuc restat, quod si mihi ex sententia eueniat, nihil præterea mihi optandū putē, ut nunc mater eādē mihi sese præstet. Adeamus pater illā, si placet, ut hac reliqua liberer cura, nec sit ultra, quod mihi obstet, quin repēte deo me dedicē. Pater collo infusus filii nō sine multis qdē lachrymis, quas lætitia ingēs excutiebat, laudo te inquit fili mi, et deo gratias ago, q̄ nulla in re fallit mea de te opinio. Persta igit ī ista sententia, atq; sublata omni mora sanctū īceptū audēter, ac fortiter lætus aggredere. Nulla erit in matre mora, quæ te quidē prius, q̄ pareret, edocta cœlitus, istā aliquādo esse te uiā ingressurū, idq; quidem in primis habuerit optatis, nō mō aliquid impedimēti tibi sit allatura, sed nūc maxime gauisuram putē, lōgi uoti cōpotē futurā. Verū quādo mox scire id tibi licet, adeamus illā, atq; cōtinuo, qualē se tibi præstet, experiamur. Vbi suū matri cōsiliū aperuit filius, grauis, et cordata mulier, et uirilē hac in re animū gerēs, diuinorūq; semper præsagiorū, ac prodigiorum memor conuenientia iis, quæ pater dixerat fere omnia respondit, quorum hæc summa fuit. Nihil sibi, ex quo in lucem editus esset, tenacius insedisse, q̄ latratus illius memoriam, quem audire, priusq̄ nasceretur, crebro solita esset, et uerba illa, quæ Præsul Vrbis suus propinquus ea de re olim habuisset uaticinatus, fore, ut aliquando in magnū diuini uerbi cōcionatorē euaderet. Consecuta esse

Respōsio filii.

Pater ad huc ad fil.

B. Vincē. una cū patre matrē adit.

Mater ad beatū Vincentium.

hactenus oia, quæ fidē rei tātæ cōfirmarent. Quod unū deerat, id nūc adiiri. Ingēti gaudio affectus iuuenis, ubi iā nihil obstare uidet, qđ factū icēptū uel retardet, uel perturbet, sublatis i cœlū oculis, Gratias inquit ago tibi sūme rerū opifex, cuius inenarrabili prouidētia, et benignitate factū uideo, ut nihil iam mihi obstare putē, quin te liber curis oibus, et expeditus cōtinuo sequar, Et ad parentes cōuersus ait. Quādoquidē uideo, discessum a uobis hūc meū uos quidē nō æquo solū aio ferre, sed ēt expetere, Nulla ē amplius et mihi mora, quin extēplo id exequar, qđ et uobis pariter, et mihi tātopere cordi esse intelligo. His dictis flexis genibus pius, et supplex filius rogauit, ut sibi uterq; benediceret. Quem ubi ad sua genua prouolutum uiderunt, ingens uis lachrymarū illis uocē initio præclusit. Igitur morati paululū donec pietas partes suas perageret, amplexi filium dictis, quæ res, quæ tempus illud poscebat, bonis oneratum precationibus ipsimet ad diui Dominici monasteriū eūtem comitati sunt, et accito cœnobii præfecto, ubi, quid uenissent, exposuere, quanta fuit æquum diligentia filium illi suum commēdarunt. Nō dici posset, quāta repente cœnobitas illos admiratio simul atq; lætitia ceperit. Nec iniuria quidē. Siquidem ob eximias dotes et notissimus omnibus, et famæ iam celebris erat Vincentius, satisq; intelligebant ordini prædicatorio partum esse maximū decus. Quare cū ingenti gaudio, ac hilaritate illum admiserunt, Quem tertio postmodū die, qui dominicus dies fuit, Nonis Februariis, uestimentis illū prædicatoriis induere annum agentem duodeuigesimum. Nihil autem illi initio sui tyrocinii fuit antiquius, q̃ et frequenter, et attente uitam et acta inclyti sui ducis Dominici memorabilia legere, præ oculis habere, ac totis illum uiribus imitari. Et quia præcipue illū sacræ theologiæ, et sanctarum scripturarū incubuisse lectioni uidebat, quantum poterat, ei se similem præstare studebat præparās sese et iam tum muniēs, ut suo tēpore sacris esse utilis cōcionibus posset. Desidiæ aūt hostis acerrimus, ocium summa diligētia uitabat, et nequid inutiliter loqueretur, maxime cauebat. Sic aūt prudenter ipsum tempus diuidebat, ut partē orationibꝰ, et cōtēplationi daret, partē cū cæteris in tēplo diuinis officiis impēderet, reliquum studio, et scholasticis exercitationibus impartiret, nec ullā partē elabi uacuā sineret. In omnibus aūt summū illi temperamentum inerat, et modestia singularis, Humanitas in oēs, mansuetudo eximia, sui cōtemptus pene incredibilis. Tāta igiť uitæ, ac morū elegātia omnes in sui amorem, et admirationē conuertebat. Doctrina uero tātus habebatur, et erat, ut monasterii præfectus illi admodū iuueni dialecticam, et philosophiam docēdi munus demandauerit, Quod quidē onus libēter admisit, et magna cum laude executus est. Tanta autem profitenti illi gratia erat, uenustas, et eloquentia, ut hac fama impulsi ex ipsa ciuitate septuaginta iuue

Marginal notes: B. Vincē. ad parētes suos. — B. Vincē. monasterium Diui Dominici ingreditur. — Annū agebat. xviii. quādo monasterium ingressus ē. — Quō tp̄s diuideret.

neq; præter cœnobitas suos ad eum cotidie audiendū accederēt. Cū iam triē nium tanto successu Valētiæ professus esset, cœnobii patres claritatē ingenii, et doctrinæ excellētiā admirātes idignū rati, diutius illū patriæ claustris cōti nere, Barchinonam miserunt urbem clarissimā, ubi nōnulli erāt ea tempe/ state insignes theologi, quorū fama celebris erat. Inde uero Illerdā missus est antiquā, et illustrē Catalonię ciuitatē, ubi tūc liberaliū disciplinarū stu dia florebāt. Tū uō theologiæ totū se tradidit, et breui tātū pfecit, ut duo/ de triginta natus annos collegio uniuersitatis theologiæ magister adscri beretur. Sed iam scripserat insigne illud de dialecticis suppositionibꝰ opus annos quattuor et uiginti natus. Ex quo apparet, quātū ad eam ætatē pro/ fecisset. Sunt enim multa ibi egregia non solum ex media philosophia, sed etiā ex altissima theologia deprompta, quæ ab eo mirifice explicantur. Insi gnibus igit theologiæ decoratus, et famæ admodū celebris a fratribꝰ, et ami cis Valentiā reuocatus est. Cui ex nobilitate plurimi qdē officii gratia ob uiam prodiere, perductusq; in urbē est ingēti cū honore, ac omniū plausu. Paucis uero post diebus urbis præsul, quiq; in ea magistratum gerebant, et primores eū ipēse rogarūt, ut sacras ī patria litteras sua, ac theologiā pfiteri ne grauaret. Quibus (ut ei mos erat in oēs) benigne, ac humaniter est obse/ cutus, rogato prius, ac permittēte Arragonēsis prouinciæ præfecto. Confir mata est tū maxime in aīs hoīum de eo cōcepta opinio, miroq; successu p sex annos auditus est. Quo tēpore mos etiā illi fuit, crebro ad populū con cionari. Quibus de causis tāta oīum in illū obseruātia creuit, ac ueneratio, quāta clarissimis doctrina, et sanctitate uiris præstari cōsueuit. Sūmus. n. in utraq; re oībus, atq; admirabilis erat. Crescebāt hæc aūt in dies magis, qp fa/ mæ celebritate cōcurrebāt ex finitimis ad eū ciuitatibus multi, ut uel cōcio/ nantē audirēt, uel profitētē. Forte per id tēpus Valētiā uenit clarissimus uir ac illo seculo celebratissimus Petrus Cardinalis, cui de luna cognomentum erat, qui paulopost Clemētis successor, et Benedictus. xiii. fuit. Is legatus ad Carolū regē Gallorū pficiscebat missus a Clemēte Pont. Max. quē pmo/ uerāt fundis ad pōtificatū Cardinales, qui ab Vrbano. vi. desciuerant, qp eū nō legitime creatū pōtificē aiebāt. Petrus igit uirtutibus tātis, et fama Vin centii motus secū inde illū abduxit, et cū postea legationē obisset, ægre qui dem a se dimisit. Siquidē illi mirifice afficiebat, et, ut diutius eo frueret, Ro mam decreuerat secū abducere. Sed uictus tandē Vincētii precibus in sen/ tentia nō pmāsit, atq; Valētiā redire permisit. Multas uero, dū ibi esset, pas sus ē hoīum, ac dæmonū pariter īsidias. Dæmonū prius narrabo nōnullas ut appareat, q̄ prudenter, ac fortiter illas euicerit. Nocte quadam post cele/ bratū in æde nocturnū officiū ad arā accesserat Deiparæ Virginis ibiq; to to pectore orōni erat itētus, Venit ad eū antiquus hostis uenerabili specie

Suppositiōnes editæ a B. Vincē.

Victoriæ beati Vincētii de antiquo hoste recēset.

Oratio dæmonis ad beatũ Vincentium artificii pleã et luculẽta.

barba usq; ad genu promissa, blandaq; illũ, atq; dolosa (uti consueuit) oratione circũuenire conatus est. Et, Forte miraris aduentus huc mei causam inquit. Sola est pietas, et cõmiseratio tui, quæ me quidem ad hoc impulit. Atq; ut fidem uerbis, atq; cõsiliis (sicuti debes) meis adhibeas, Vides me inquit? Vnus sum ex patribus illis antiquis adeo celebratis, qui diu, dum uiuerem, Aegypti deserta incolui. Prius tamen, q̃ me in eam abderem solitudinem iuuenis omne uoluptatum genus experiri uolui. Nec mihi quicq̃ qđ delectare possit, denegaui. Postea uero q̃ animo pariter, et corpori ad satietatem indulsi, mea tum quidem mutata ratio est. Cœpi rem mecũ diligentius consyderare, ac longe in posterum prospicere, qui finis esset futurus, ni me ipse colligerem, ac recordarer hominẽ me esse natum. Non esse hic nobis perpetuam sedem. Alio migrandum. Serius, ocius unicuiq; moriẽdum et actæ uitæ rationẽ reddendam. Cõtra uero pium esse deum, ac misericordem. Illius esse proprium ignoscere. Pœnitentem minime aspernari, atq; repellere. Finem igitur deliciis omnibus, ac uoluptatibus statui, meq; ad eã, quã modo dixi, Aegypti solitudinẽ cõtuli, quodq; optauerã, atq; sperauerã sum assecutus. Idem tu quoq; (siquid sapis) facere debes. Quæ nam est istæc intemperies, sic te affligere, sic macerare? Nec meminisse, iuuenẽ te esse, in diuite natũ atq; opulenta domo, bonis affluentẽ omnibus, delicato corpore, Forma præstantem, et raris admodum animi, et corporis dotibus insignem? Tu etenim tanq̃ plenus annorũ, ætate effœta, et tanq̃ in horas sis moriturus, sic tibi instas, ita te urges, ut de dei misericordia desperare penẽ uideare. Quare, si me audies, mitior in te fueris, et mutato in melius cõsilio, uoluptatibus, dum liceat, ac uitæ liberiori ꝓrinus indulgebis. Dein uero cũ tua ætas in senium uergere incipiet, istam indues uitæ austeritatẽ, atq; duritiem. An forte putas, misericordiã dei spatio minui? aut auarã illius manũ tempore fieri, ac non semper ad ignoscendũ, quo nihil illi magis peculiare est, esse paratum? Tota erras uia, si aliter sentis. Nũ tu oblitus es, q̃ sese ad hoc promptũ, et facilem ore prophetico sit testatus, Quacũq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum, quas operatus est, nõ recordabor? Differ igitur in aliud tempus ista facere, quæ nunc quidẽ suo minime tempore crudelis tibi nimium facis, ac iuuenili ætati parcẽs in te demum mitior efficiare.

Beati Vicentii responsio.

Stupuit auditis his, atq; exhorruit iuuenis, tacuitq; aliq̃diu, dum se colligeret, et, quæ audierat maturius consyderaret. Intelligens autem ueteruti hostis esse insidias, salutiferæ crucis primum signo se muniens, ac inuocato dei, et gloriosæ uirginis auxilio, ante cuius aram supplex adstabat, in hæc demum uerba prorupit. Abi, quo dignus es ueterator infande, cũ tuis istis miserrime omnium fallaciis. Putas ne tuis posse me capi dolis? Nescis adesse seruis suis deum, ac præsenti ope tueri? Adest ille mihi, et aderit semꝑ

cui non senilem tantum, sed et iuuenilem ætatem, meas deniq; omneis co/gitationes (ut te non præterit) iandiu dicaui. Dæmon, ubi uidit, male rem sibi cessisse, nec potuisse suas latere insidias, edito ingēti eiulatu repēte eua nuit. Alia quadā nocte orabat ante redemptoris nostri cruci affixi uenerā/dam imaginē, uenit ad eū tanq̄ æthiops pestifer serpēs, et Heus tu inquit, tibi persuades, te admodum deo esse acceptum, ac posse cœlum scandere? Fallens demens. Tot ego laqueos tibi, tot insidias paraui, ut diu non possis illas euadere. Ad quē magnus Christi miles signo crucis ipsi hosti tremen/dæ continuo armatus, et heus tu inquit putas ne me istis posse minis terre/ri? Nihil est, q̄ te timeam, donec mecum Christus est. Tunc diabolus, Nō perdurabis inquit. Nihil est difficilius, q̄ usq; ad exitum uitæ seruare cōstā tiam. Tunc Beatus Vincētius. Ille, qui dedit, ut inciperem, dabit quoq; ut pergam, et perseuerem. Victus his dæmon inde continuo fugam arripuit.

Tentatur iterū a dæmone.

Legebat forte nocte quadam diui Hieronymi opusculum, q̄d de beatæ ma riæ uirginitate perpetua scripsit, eamq; rogare cœpit, ut et ipsā posset, illa opi tulāte, uirginitatē seruare. Tunc uocem audiuit. Nō omnibus hoc datum est, nec fies tu uoti compos, nec diutius ista laude lætabere. Miratus unde uox illa esset, ipsam uirginem obsecrauit, ut sibi quis autor fuisset, indicaret. Affuit illa, et supplicem suum cœlesti præsentia solata est multo splendore cubiculū ingressa, Docuit illas esse antiqui hostis insidias, quas minime for midare deberet pollicita, sese nullo tēpore illi defuturam. Sed non cessabat humani generis certissima pestis modos excogitare, quibus illū ex alta mē te, tanq̄ ex arce quadā deiicere, ut eximiam corporis, et animæ illi mūditiā erriperet, quod quidem ex eo quod nunc sum relaturus uel maximo con/stabit.

Rogauit gloriosam uirginē, ut eius ope uirginitatem cōseruaret.

Accendit ille insano amore formosæ admodū cor mulieris, ut Vin centium deperiret, quæ cum diu ardorem eiusmodi passa fuisset, et ægritu do quotidie magis inualesceret, nec iam ferre diutius posset, ac rem celare, dies noctesq; anxia erat, et assidue cogitabat, quonam pacto libidinē suam posset explere. Similauit igitur ægrotare sese, ac doloris nescio cuius acerbi/tate torqueri. Lecto affixa ingenti æstu agitabat. Acciti medici nullam cor poris ægritudinem inueniunt, et tamen dolor magis ac magis inualescere uidebatur. Res in stuporem demum conuersa magnam iniecit domesticis solicitudinem, ne doloris magnitudine confecta deficeret. Monent, ac hor tantur, ut delicta sua confiteatur, inde forte remedium inuenturam. Lau/dat illa consilium, et acciri cōtinuo beatum Vincētium iubet. Venit ille, et remotis arbitris eam solatur, ut bono animo sit. Hortatur, ut spem suā in deo reponat, non defuturum eius auxilium, modo audacter delicta sua cō/fiteatur, et illi reconcilietur, Nullam fore dolori tanto medicinam efficacio rem. Illa pudore ingenti suffusa flammas suas maxime quidem detegere

Ingēs antiqui hostis dolus.

cupiēs non audebat, et unde inciperet, non inueniebat. Demū nimia ui ardoris compulsa mentis arcanū illi aperuit multisq; uerbis eū rogauit, ut sui misereretur diu satis tantum ignem occultasse, non potuisset diutius. Frustra sibi quæsita remedia, nullū amplius reliquum esse, nisi quod ipse continuo, si uellet, præstare posset, Se sui corporis illi copiam facere, Ne gaudia sperneret, quorum nullus futurus esset conscius, et hæc dicēs corpus suum continuo nudauit, ut forma insigni, ætate uirēti, loco, et opportunitate inuitatus, atq; allectus rem patraret. At Christi egregius, ac strenuus miles fœditate rei grauiter offensus, et impudicæ fœminæ turpitudinē abominatus, et audaciam, blandientem a se illā, et parantē illecebras reppulit uerbis, quæ tantæ rei fœditas exigebat, et abiit. Infœlix illa sibi nō successisse uidens pudore ingenti confusa initio, postmodū uero doloris impatiens, q se adeo præter spem neglectam, et obiurgatam cerneret, ira exæstuans uoluit exclamare, tanq̄ ille uim sibi afferre uoluisset, sed præclusit illi uocem deus, nec passus est, tantam innocentissimo uiro notam inuri. Vt uero turpitudinis illa suæ pœnas, et audaciæ tātæ lueret, Dæmon idem, qui cor illius adeo insederāt, corpus etiam mox inuasit. Quod ubi compertū est, acciti sunt continuo, qui de corporibus obsessis fugare dæmones consueuerunt; At nihil proficiebāt, Affirmabatq; diabolus ille, a nullo se posse inde pelli, nisi ab eo qui positus in igne combustus non fuerat. Territi domestici, atq; uerborū ambage obstupescentes insignem fama, et sanctitatis opinione Vincentiū adeunt, Narrant, quid statim post eius discessum acciderit, et rogant, ut redeat, ac laborāti opem ferat. Cogitauit ille quidem aliq̄diu, an iret. Demū ne se durum in re tam triste præter consuetudinem suam, ac inexorabilem præstaret, adiit illam, deum precatus, ut eius misereretur. Vbi uenit, cū ingenti eiulatu Dæmon inquit, Venit ille, qui medio in igne ignem non sensit. Hinc ergo mihi nunc abeūdum est. Quibus dictis cōtinuo discessit. Quæ res quidem opinionem sanctitatis mirum in modū, ac omniū uenerationem in illum adauxit. Simile huic factum referam. Fraude quorūdam famæ illius insidiantiū speciosa meretrix in eius cubiculū, dum ipse in ecclesia rei diuinæ uacaret, introducta est. Cuius inopinato aspectu cōtinuo territus, ac suspicatus sub muliebri forma dæmonē latere, in eum acribus extēplo conuiciis inuectus est. At illa(ut erat)fœminam se esse affirmās, ac ingēti illius amore correptam tentasse iam sæpius, siquo pacto fieri posset uoti compos, Nunc demū oblatam sibi oppotunitatem, ac insciis omnibus eius cubiculum esse ingressam, Rogare, ne se sperneret, ne spem suam irritā faceret. Exarsit in iram beatus Vincentius, et grauissimis uerbis inuectus turpitudinem suam illi obiectare, et miseriam cœpit, hortatus, ut iam resipisceret, nec ultra diaboli laqueus esset. Multa præterea his adiecit, q̄bus illa q̄dē

adeo

Vide miram beati Vincētii fortudinem atq; cōstātiā.

Dæmonē depellit.

A fœmina mire solicitat.

adeo cōmota est, ut ubertim flere cœperit, ac ueniam rogare. Adiecit quoq; quorum fraude, atq; cōsilio tantum facinus tentare ausa esset, pollicitaq; ē, se cōtinuo lupanar egressurā, ac deinceps pudice uicturā, Quod et fecit. Ita capta est, quæ uenerat, ut caperet. Discedenti autem illi beatus Vincentius diligentissime iussit, ne cui rem panderet, ac præcipue illorum nomina reticeret, quibus autoribus tantum facinus attentarat. Sed illa quidem silere non potuit, nec tantæ uirtutis laudem latere diutius passa est. Iam Petrus Cardinalis, quem missum fuisse legatum a Clemente pontifice maximo, ad Regem Gallorum, paulo ante diximus, defuncto Clemente promotus ad pontificatum fuerat, cui Benedicto. xiii. nomen fuit. Commorabatur is Auinione, quæ clarissima Galliæ ciuitas est. Is, quia Vincentiū optime nouerat, motus constanti fama illius, ac nominis celebritate, quæ ad summū iam creuerat, accitum ad sese nō solum dignū duxit, cui Romanus pontifex delicta sua confiteretur, sed etiam sacri palatii esse magistrum iussit. Est autem id quidē magisterium ecclesiæ romanæ dignitas insignis, et quæ diui Dominici ætate cœperit, ad quā primus ille promotus est, mosq; ex eo inde permansit, ut illustris ad eam theologus aliquis promoueatur, ex illorū numero, qui sub diui Dominici uexillo militant. Quia igitur urgēte pontifice munus detrectare nō potuit, suscepit quidem, et magna cum laude exercuit, Sed uitæ formulam prioris cōstanter retinuit, nec suam ueterē in legēdo, et concionando cōsuetudinē omisit. Miro studio prodesse cunctis maxime studebat, inq; ea re plurimū proficiebat, quæ quidem amabilem illū omnibus, et admirabilē faciebant. Agitabatur aūt ea tempestate christiana respu. diro scismate, cum tres uno pontifices maximi tempore extarent, Benedictus, quem modo diximus. xiii. Gregorius. xii. et Ioannes. xxiii. Quæ res ingētem ecclesiæ rebus perturbationem afferebat, atq; perniciem. Qua re christiani principes non esse ferendum diutius et iam consulēdū rati, cōcilium salubriter ad Constantiam Germaniæ præclaram urbē indixerunt, Vbi quidem cōmuni patrum cōsensu sese abdicare pontificatu iussi sunt, quicūq; id fastigium usurpabant, cum Martinū Quintū ibi promouissent Gregorius, et Ioannes, non difficulter admodū paruerunt. At Benedictus qui se putabat legitime promotū, diu quidem, ac pertinaciter restitit, et cæteris nō audentibus ea de re pontificem alloqui, ac suadere, ut ecclesiasticæ concordiæ consuli pateretur, et nouo pontifici cederet, q illū sciebant, tali suasione grauiter offendi, solus beatus Vincentius audenter illum in hunc ferme modum allocutus est. SI MAGIS SPECIOSA dictu, et blandientia tibi, ꝗ uera loqui, et utilia non christianæ reipu. solum, cuius præcipua cura gerenda est, sed etiam tibi dicere uelim, in promptu sunt, quibus tibi placere possim, ac te in ista sententia magis confirmare. Verum, ne ita fa-

Impudicā mulierem pudicā reddit.

Att.

Sacri palatii Magister a pont max. cōstituitur.

Tres uno tēpore pōtifices maximi.

Oratio luculēta beati Vincentii ad Benedictū pontificē max

ciã ratio suadet, et publica monet utilitas, tui præterea respectus, cuius mihi peculiaré habendã esse curã intelligo, qui tuã mihi salutem, et animam cõmisisti. Nec debeo suspicari, ne te offendam, si ea, quæ recta sunt, quæq; res postulat dixero, qui me libenter quidẽ, et attẽte semper audieris. Non te latent, quæ in proximo Cõstãtiensi Concilio acta sunt, atq; decreta, quæ si tu pulsis affectibus mature cõsyderes, eiusmodi esse facile intelligis, ut nõ sit opus longa oratione tibi ostẽdere, quid sit agendũ. Vides, summo cõsensu eorũ, quibus christiana cõcordia, et religionis tranquillitas curæ imprimis esse debet, et qui possunt, nouũ, atq; legitimũ uobis subrogasse pontificem cum plures ecclesia nõ posset pati, nec deberet. Cessere iam duo non minus fortasse, q̃ tu, inuiti, necessitati demũ, et rationi obtemperãtes, et laudantur ab omnibus, q͛ pertinaces desierint. Tu tertius restas, qui quanq̃ legitime magis uidebare magno complurium cardinaliũ, Galliarũq;, et Hispaniarũ consensu promotus, attamen, quia in perniciem ecclesiæ infandã uertebat numerus eorũ, qui fastigium istud inuaserant, necesse fuit, in mediũ cõsulere, utq; facilius omnis sedari dissensio posset, utilius fuit, omnes potius, q̃ partẽ tollere. Iam pontifici nouo parebũt omnes, tãq̃ uero, atq; legitimo. Tu proculdubio adulterinus habebere. Quẽ sit finem res habitura, si forte (quod deus auertat) pertinax esse uolueris, te magis cogitare uelim, quã ego

Att. dicere. Multo certe utilius fuerit, anteq̃ maior aliqua necessitas ingruat cedere rationi, cedere tempori. Dura fortasse res, atq; indigna, ac pene intolerabilis uideatur, tanto deiici fastigio quenq̃. Fateor equidẽ. Sed quid agas, ubi uis, ubi ratio, ubi necessitas cogat? Nõ tibi dedecori hoc futurũ est. Aliter cõsuli rebus cõcussis, aliter sedari tanta tempestas minime potuit. Qua-

rationes cõcludit. re si me quicq̃ sapere putas, et me tibi bene uelle, aut mihi unq̃ obtemperã dum arbitratus es, patere iam si nõ æquo, ac forti animo consultũ rebus ecclesiæ, quod cum feceris, tuis quoq; proculdubio consulueris. Adeo mouit eius oratio pontificem, ut ostẽderit nõ multo post grauissimũ, ac saluberrimum illius cõsiliũ se uelle sequi. Quod ne postea faceret, magnitudo rei, cum multos haberet Cardinales, aliosq; summos uiros, qui cõtraria suadebant, effecit. Magnos Vincẽtius inter hæc labores pertulit missus in tanta ecclesiæ tempestate ad multas Galliæ, et Cathaloniæ ciuitates. Quare ingẽtibus quoq; curis ob eam rem obrutus dies noctesq; angebat, cum tantam in componendis rebus difficultatẽ cerneret. Inde credo ex animo ĩ corpus ægritudo illa transiit, quæ tanta quidem per cõtinuũ triduum fuit, ut multi nõ surrecturum amplius crederent. Nocte uero tertia, dum ingẽti curarũ æstu propter infelicem ecclesiæ statũ fluctuaret, quãq̃ grauiter ægrotabat, orationi se tradidit, in qua præcipue opẽ laboranti ecclesiæ poscebat. Affuit orãti Christus multo cum lumine, et familiari admodũ oratione recreauit,

atq; solatus est, hortatus, ne timeret aut præsentē ægritudinem, aut ecclesiæ tempestatem, quæ mox sedanda esset, iussitq;, ut relicto Benedicto apostolicum gereret officium, ac deinceps populorum Galliarū, et Hispaniarū utilitati suis concionibus cōsuleret. In scelere hominum, quæ maxime uigebant, inueheretur, et identidem moneret, propinquum esse extremi iudicii diem. Prædixit quoq; futurum, ut in finibus terræ consumatis, quæ illum agere uellet, diem suum feliciter clauderet, Sed ante passurū multas improborum, quorundam insidias, quas ne formidaret, pollicitus est, se ubiq; illi affuturum. Quibus dictis leniter manu, ut indiciū esset magnæ familiaritatis, faciē eius demulcēs abiit. Mire aduentu, et sermone redemptoris recreatus omni ægritudine, ac langore iam liber, et sospes, ac si nunq̄ ægrotasset, e lecto surrexit. Cum aūt a Benedicto pontifice ueniam abeundi posceret, ac difficulter impetraret, q̄ quanto sibi usui Vincentius foret, et quanti faciendus esset, intelligebat, et in numerum quoq; Cardinaliū optare illū uellet, ne discederet, Narrauit ei Vincētius, quæ sibi Christus mandasset. Vbi hoc audiuit Benedictus, quanq̄ uel sic ægerrime ferebat, illū a se disiūgi, permisit tandem ut abiret. Auinione igitur euangelizare incipiens, et inde profectus nō solum in ciuitatibus, et castellis, sed etiam in locis agrestibus idē faciens longa peregrinatione peruenit in Cathaloniam, in qua totum bienniūm mansit sermone potens, et mirificis operibus insignis. Sed nō defuere inuidi multi, et maligni eorum, quæ dicebat, interpretes, qui apud eundē pontificē illum accusarūt, q̄ noua quædam, et insolita disseminaret. Quare litteris apostolicis iussus est, certiorē continuo facere pontificem ipsum de iis, quæ de imminēti iudicio uulgauerat. Scripsit igitur libellū, qui extat, et ad ipsum pontificē misit, eiusq; cēsuræ subiecit. Sed nihil in eo dignum reprehēsione inuentum est. Quam torrēs illi facundia, q̄ potēs, et efficax, multa esse indicio queunt, sed illud imprimis, q̄ non modo mali christiani eius oratione moti priorē uitam abominātes ad rectum impellebantur, sed etiā iudæi, et gentiles plurimi, tantaq; uerbis illius uis inerat, ut cū in flagitiosos homines in suis concionibus acerrime inueheretur, multi publice ante illius suggestum prostrati sceleribus suis ueniā precarent. Illud quoq; hoc indicat, q̄ in omnibus fere concionibus populo lachrymas excutiebat Sed tum præcipue uberem fletum, et sibi, et auditoribus excitabat, uel cum de Christi passione sermonē habebat, uel cum de pœnis inferni, et extremo iudicii die disserebat. Memoria erat tenacissima, et prope diuina. Nibil dicebat uel castigādo, uel suadendo, uel confutando, quod diuinæ scripturæ, ac sanctorū doctorū testimoniis abūde nō cōfirmaret. Omniū uero, quæ legerat, sic memor erat, ut scientiarū, et autoritatū, eorū omniū, qui in diuinis a condito orbe scripsissent, et exemplorū diuinus thesaurus haberetur.

Christus beatū Vincētiū ægrotē alloquit̄

Multa illi Christus prædicit.

Vix a Benedicto pō tifice max. abeūdi facultatē impetrat.

Apostolicū munus ut illi xp̄s mandarat aggredit̄.

Mira eius facundiæ.

Diuina illius memoria.

Tanti autem erant, quæ ex eius ore fluebãt, ut non deessent, qui cũcta conscriberent, ut etiam posteritati prodessent. Quo quidẽ factum est, ut illius diuini sermones in multa uolumina digesti sint, ex quibus nonnulla etiam in Italiã peruenere, et per multa loca diffusa sunt. Esse tamen illa tanq̃ umbram eorum, quæ ab eo dici solerent, affirmabant ii, qui concionãtẽ illum audierant. Tam uero acri, tam uehementi erat in iudæos ingenio, tãtus, ac tam copiosus disputator, sic illis sanctarum scripturarum sensa recludebat, ut in diuersis Hispaniæ urbibus supra quinq; et uiginti millia ex illis ad fidem Christi conuerterit. Gentiliũ uero, quibus per id tempus abundabat Hispania ingentẽ quoq; numerum, utpote octo millium. Sed ex iudæorũ conuersione maior utilitas. Ex iis enim permulti sunt inuenti non solum in lege Mosis, uerum etiã in liberalibus disciplinis eruditissimi, qui magno usui christianis fuere, qui uel ipsi, uel eorum liberi ad ecclesiasticas etiam dignitates admissi sunt. Non minus efficax in sedãdis quoq; odiis, atq; discordiis fuit. Hæc illi p̃cipua fuit cura. Quare nulla fuit urbs, nullus deniq; locus, unde prius abscesserit, q̃ illas prorsus sedauerit. Moti illius diuina oratione cum de remittendis iniuriis sermonẽ faceret, prosiliebãt in medium, quibus cædem suorum passis, et uulnera tenacissima odia, et diuturnæ inimicitiæ insederãt, largo fletu clamãtes, sese ad ignoscẽdũ paratos. Prodibãt acciti aduersarii, atq; in cõspectu populi mutuis amplexibus, et osculis flẽtibus quicũq; aderãt, ingẽti dulcedine tacti iungebantur, ac recõciliabant. Habebat secũ paratum semper notariũ publicum, qui rite hæc omnia conscriberet. Meretrices, lenones, pyratæ, latrones, homicidæ, ꝓditores, et id genus homines ad. xl. millia a scelerosa, et dedecorosa uita retraxit, et ad publicam quoq; pœnitentiam impulit. Numerus quidẽ christianorũ, quos illũ a turpitudine uitæ, ad rectam uiuendi normã retraxisse perhibẽt, centum et amplius milliũ fuisse accepimus præter Iudæos, atq; Gẽtiles. Nec mirari q̃dem oportet, cũ tot ac tantis præditus, ac diues esset dotibus, sanctitate uitæ ac morũ integritate inenarrabili, eloquentia et splẽdore sermonis cum suauitate, ac uenustate incredibili, crebritate sententiarũ, et grauitate eximia, rerũ oĩum doctrina et memoria pene incõparabili. Quæ uero dicebat miracula plerũq; sequebant̃, et mire cõfirmabãt. Taceo alias pene innumerabiles uirtutes, quæ ipsæ per se uolumẽ exposcerẽt. Vox aũt illi, quæ maximũ dicẽti decorẽ, ac leporẽ addebat, adeo sonora, et cõmoda fuit, ut nõ minus apte quomodocũq; opus erat, illa uteretur, q̃ soleat facilem equum peritus sessor. Illud quoq; miraculi uice erat, ꝙ eum cõcionãtẽ etiã remotissimi ita quidem audiebant, ut propinqui. Contigit etiam hoc illi diuinum munus, ꝙ de apostolis traditum est. Nam apud quancunq; linguam et nationem concionaretur, sic quidem intelligebatur, ac si in ea gente natus esset.

scripti eius sermones dũ concionaretur.

Ingens numerus Iudæorum et gentilium quos ad xp̃i fidem cõuertit.

Act.

Act.

et educatus. Hoc autem Galli affirmabant, Anglici, Britones, Teutonici, atque Italici generis homines. Non ab re futurum, nec iniucundum puto, si gentes, quas concionando peragrauit, in compendium redactas cursim enumerauero. Hæ igitur sunt. Cathalonia, Regnum Valentiæ, Arragonia, Gallitia, Portugallia, Nauarra, Gallitiæ uero partes, quem Comitatũ Tholosanum dicunt, et regio, quam Linguam uocant anserinam, ac Delphinatum. Tota denique (ut hic omnia complectar) Hispania. Auinio præterea cum finitimis ciuitatibus, Sabaudia, Aruenia, Burgundia, Lugdunensis regio, atque Suturia. Ad insulas etiam transfrectauit, quas posteri Maioricam et Minoricam nũcuparunt, Prisci Baleares appellarunt. In Britaniã quoque nauigauit, quam nunc Angliam dicimus, precibus Henrici adductus, ubi totum biennium mansit, Quo in tempore totam insulã peragrauit. In qua ubertimum fructum cũ immortali laude retulit. Per id tempus ducis Britanniæ uxor, quæ sine liberis erat, nec unq̃ conceperat beatum Vincẽtium rogauit, ut suis apud deũ precibus opẽ sibi ferret, ne perpetuo sterilis esset. Facta est uoti compos. Nam ubi ille eius uterum cruce signauit, fecundam reddidit. Peperit filios, quorum unus fuit Petrus uir summus, et præclaris dotibus insignis, qui dux Britannorum fuit, quique legatos postea Romam ad pontificem max. cum multis millibus aureorum misit, ut beatus Vincentius catalogo sanctorum inscriberetur. Sed et aliæ complures fœminæ eodem modo illius ope steriles esse desierunt. Sanitatem plurimis ægrotantibus ubique in eadem insula restituit. In urbe autem Venetẽsi paralyticum, qui decem et octo annos eo morbo laborauerat, cum partes corporis multas cruce signasset, incolumem reddidit. Venit quoque in Italiam, et cũ totã regionem Pedemontanam perlustrasset, usque Genuam Liguriæ urbẽ peruenit. Erat illi in animo ad alias quoque Italiæ urbes accedere, nisi regis Hispaniæ nunciis fuisset in Hispaniam reuocatus. In suis autem peregrinationibus tempus ita dispensabat. Nocturnæ quieti quinque horas, reliquam noctis partem lectioni, ac orationi dabat. Mane altaris sacrum cum cantu celebrabat. Dein sese ad locum, ubi a populo concionaturus expectabatur conferebat. Postq̃ finem fecerat, ut populi satisfaceret uotis, manus illi præbebat osculandas. Aegros sibi oblatos signo salutiferæ crucis sanabat uerba illa de euangelio proferens, Signa autem eos, qui crediderint in me, hæc sequentur, Super ægros manus imponẽt, et bene habebunt. Dein adiiciebat, Iesus Mariæ filius mũdi salus, et dominus, q te traxit ad fidẽ catolicã te conseruet, et beatum faciat, et ab hac infirmitate te liberare dignet, Amẽ. Aegrotis huiusmodi horæ dimidium impendebat. Prandebat deinde, ac parce admodum, et plerunque piscibus uescebatur non alio studio coctis,

Gentes recensentur, quas cõcionãdo peragrauit.

Ex sterili fœcũdã reddidit ducis Britanniæ uxorẽ.

Miraculũ.

Italiam ingredit.

Att.

Verba, quibus i sanãdo ægrotos utebat

atq; paratis, q̃ consueuerint Fratribus apponi. Concionandi morem tam etsi antea quoq; non spreuerat, attamen diligentius inchoatum, atq; uehementius a. xxxviii. ætatis anno in. lxxv. qui fuit eius uitæ terminus, produxit. Ab ingressu monasterii usq; ad obitum suum ab esu carnium constanter abstinuit semper uno ferculo contentus. Vinum multa dilutum aqua bibebat, et bis tantum, aut ter ad summum, quod inter alia in eo fuit obseruatum, bibere constantissimus illi mos fuit. Duos et quadraginta annos, exceptis diebus dominicis, totos ieiunauit, bisq; semper in hebdomade, idest quarta, et sexta (ut dicunt) feria solo pane cibo, et haustu aquæ uescebatur. Nec ieiunia hæc nisi ægritudine impeditus omisit. Duob9 et uiginti annis quocunq; iret, equo nunq̃ usus, solo contentus baculo. Deinde uero crure debilitatus asello uectus est. Ex quo euãgelizare cœpit, aut sarmentis indormiuit, aut paleis, aut modicæ lanæ sacculo iisdem indutus uestibus, quibus per diem induebatur. Nec patrum adhortatione cum ægrotaret, aut medicorum mollius dormire uoluit. Aiebat enim strenuos etiã milites delicius effœminari. Ab adolescentia item sua usq; ad uitæ finem singulis noctibus flagello ex funibus facto corpus macerabat, neq; hoc etiam ægrotãs omisit. Quod si ipse per ægritudinem non posset, rogabat sibi magis familiares Fratres, ut ipsi operam sibi talem præstarent, seq; ita illis uerberandum præbebat, ac per Iesum Christum illos obtestabatur, nec se q ægrotaret, remissioribus uerberibus cæderent. Habuit autem deuinctissimos sibi de suis conseraneis quinq;, quorum familiaritate, et consuetudine magis utebatur. Eorum hæc sunt nomina. Petrus Muia, Ioannes de Pulchro prato, quem ipse studiis bonarum artium Tolosæ uacantem ad monasticam prædicatorũ uitã pellexit, Raphael Cardona, Gottifredus Vlanes ac Petrus Cerdan, Quorum postremi duo non solum concionatores optimi fuerunt, sed etiam post obitum miraculis claruerunt. Cum autem magna semper eum multitudo, quocunq; iret, sequeretur, excogitauit, quo magis adhuc ad dei cultum mira dulcedine omnes accenderentur multi erãt in comitatu sacerdotes, quos ex diuersis locis ipse delegerat qui pœnitẽtum cõfessiones audirẽt, aliosq; id genus compluresis, qui epistolas, qui euãgelia, canerent, qui præterea chorum cantu celebrarent, dum rem diuinam facerẽt. Organa quoq; habebat, ut maiore cum uoluptate, ac suauitate omnes sacris interessent, atq; ad colẽdum, et laudandum deum magis allicerentur. Et quia multi simul erant, quibus publicam pœnitentiam indixerat, eos iubebat post solis occasum, quocunq; in loco esset, supplicationes celebrare canentes hymnos, quos illis ipse composuerat, ac flagellis sese nudatis humeris cædentes, utq; adducerent. Hæc sint in memoriam passionis, domi-

Act. (beside "bibebat")
Ieiunia. b. Vincẽtii.
Act. (beside "medicorum")
Pœnitẽtes in comitatu publici

ni nostri Iesu Christi, et in remissionem peccatorum nostrorum. Quod cum fieret, tantus excitabatur omnibus fletus, tantus in cordibus commissorum dolor, sic omnium mentes erga deum inflammabantur, ut locorũ quoq; incolæ his accẽsi uirũ sanctissimũ frequẽtes sequerent, quorum multitudo paulatim in tantum creuit, ut decem millium aliquando numerum impleuerit, et quod multo magis mireris, Fama uiri tanta iam erat, atq; celebritas, huius preterea tãti comitatus uisendi populorum omnium cupiditas, ut ad spectaculũ aliquãdo ad octoginta hominum millia cõuenerint. Mirum illud quidẽ est, q cũ in frigoribus, atq; in pluuiis flantibus etiam uentis, qui publicam pœnitentiam, quam diximus, agebant, corpora sua nudarent, nullus tamen ob eam rem in ægritudinem inciderit. Verum ut in tanta multitudine suo ordine cuncta gererentur, nec deessent necessaria, quum uarii quidem hominum gradus, mulieres quoq; interessent, uiros ex toto numero quosdam selegit ætate, prudentia, et autoritate præditos, quibus curæ esset, et cibos parare, et per hospitia, ut conditio, et sexus poscebat, distribuere, ac cætera prouidere, quæ necessaria uiderentur. Hac de causa sancti uiri suasu plurimis in locis monasteria, et Xenodochia (quæ hospitalia uulgo dicuntur) extructa fuere. Quoties uero sacrum altaris, quam missam dicimus, celebrabat, prius q̃ sacratissimum Christi corpus manderet, ac sanguinem biberet, tanta illi uis lachrymarum effluebat, ut quicunq; cernerent, nõ possent et ipsi a lachrymis temperare. Elemosinas sociis suis diuidebat. Siquid superabat, pauperibus errogabat. Oblatam pecuniam non accipiebat ipse, nec a suis accipi uolebat, nec quicq̃ habere, nisi quod in cotidianos usus necessariũ uideretur. Quod Biterrenses ubi scierunt (est autem Bitteræ oppidum Galliæ) aureos .xxx. illi offerentes per sacrosancta Christi, et Mariæ uirginis nomina illum obtestati sunt, ne recusaret accipere. Motus ille obtestatione tam sancta mandauit quidem uni ex suis, ut acciperet, sed postmodum inter pauperes diuidi iussit. Nullum erat illi in carpendis, et castigandis uitiis discrimẽ. Quare nec principibus uiris parcebat, nec iis, qui quacũq; ecclesiastica dignitate illustres essent, si quid dignum reprehensione uidebat. Sed in ecclesiasticos ea tamen modestia erat, ne in flagitia illorum publice inueheret, sed conuocatos secreto in loco redarguebat, quãtum res poscere uidebatur, et cõmonefaciebat. Verum nequis forte uana opinione motam esse tantam mortalium multitudinem, ut sic eum sequeretur, putet, et eius peregrinationes caruisse miraculis, quædam ex multis commemorabo, ne et nimium crescat uolumen, et ea tamen, quæ tum memoria, tum admiratione digna sunt, non penitus prætereantur.

Discesserat ex Vico ciuitatis Cathaloniæ Beatus Vincentius, ubi Ciues

Att.

Comitatus aliquã do .x. millium.

Att.

Quã uberim fleret, cũ sacrificabat.

Quã libere in uitia oĩum ordinũ inueheretur.

qui grauissima odia, et inimicitias inter se exercere solebant, ad concordiam reuocarat, et Barchinonam petebat. Peruenit ad tabernam meritoriam, quam quidem Latonam incolæ uocant. Ii, quibus erat cura prouidendi uictui necessaria cauponem interrogant, quid panis, quid ciborum habeat. Respondet esse sibi tantummodo farinæ modicum, ac uini acescentis. Iubent ex farina confici panes, quot possunt, Vinum in aliud uas ligneum transfundi, quod potatoriã uocãt, quo in campestribus uti locis in eo comitatu solebãt, ut commodius uinum apponi conuiuis posset. Caupo igitur panes quindecim parauit, et uinum in potatoriam hausit. Vbi iussi sunt omnes discumbere (erant autem ad tria ferme hominum millia) pani et uino sanctissimus uir benedixit. O rem omni stupore dignã. quindecim panes, et modicũ uini, quod benedictione tali in optimũ conuersum est, tantæ multitudini abunde suffecit. Illud quoq; non minus mirandum, quod postero die secutum est. Caupo, ut farinam, et uinum coemeret, erat ad urbem concessurus, cum uidet arcam, in qua farinam seruabat, et dolium simul optimo plenũ uino inuenit, Qui rei magnitudine attonitus in publicum exiliit, et quibusdam ea iter facientibus id narrauit, et farinam, uinũq; diuinitus missum stupẽtibus illis ostendit. Cuius rei fama cõtinuo passim diffusa ẽ. Sed multo maius, qđ nũc sum relaturus. Diuerterat in quandam Galliæ urbem eius regionis, quam linguam anserinam uocant. Erat ibi ciuis quidam admodum locuples, qui summis precibus a beato Vincentio impetrauit, ut apud se, q̃diu ibi foret hospitaretur, Neq; enim monasterium in ea urbe prædicatores habebãt. Morem illi gessit uir sanctissimus. Habebat is uxorem iuuenem, et formosam, ac præclaris dotibus insignem, sed quæ certis temporibus furore corriperetur, et tunc forte furebat. Beatus illi Vincentius benedixit rogatus. Visa est ad mentem redisse. Nam cessante furore erat cordatissima. Mandauit igitur illi uir, ut prandium interim pararet, dum beatus Vincentius concionaretur, et solam cum ancillis domi reliquit. Sed ad maiorem serui sui gloriam dei permissu factum est, ut repente solito furore correpta filium infantem interemerit, et partem coxerit. Reuerso circa prandii horam domum uiro narrat in promptu esse omnia, et se nunq̃ lautiores parasse cibos, et partem in cœnam seruasse. Quærit Vir, quasnam epulas. Carnes inquit. Accusauit illius incuriam, et obliuionem, q; illi mãdasset, ut pararet pisces, quia carnibus uir sanctus non uesceretur; Attamen sibi iussit afferri, quod in cœnam seruauerat. Videt infelix infantis cæsi membra, Tollit magnum cõtinuo clamorem, peremptum esse filiolum suum hanc se ex benefactis, et hospitalitate sua mercedem a deo consecutum, et in absentem sanctissimum uirũ Vincentium conuersus, sic ne inquit

Ex.xv. panib: et modico uini tria millia hominum satiauit.

Att.

O nimis horrendũ.

Att.

Miraculũ.

hoſpitem tuum Vincenti remunereris, hæc mihi charitatis in te meæ præ/mia rependis. Continuo nunciata beato Vincentio res eſt. Nihil turbatus ad hoſpitē redit. Iubet afferri ſibi cæſi pueri membra, et ait, In nomine do/mini Ieſu Chriſti filii tui ſumme deus ſicut infantē iſtum creaſti ex nihilo, et ſic a matre interfici permiſiſti, ita clemētiſſime domine eūdem uitæ reſti/tue, et flexis genibus breui oratione habita ſuis locis membra compoſuit. (mirabilis deus in ſanctis ſuis) coniuncta ſunt illa continuo, et uita eſt pue/ro ſtupentibus omnibus reſtituta. Ita ex mœrore ingenti incredibilis repen te lætitia exorta eſt. Non eſt huic abſimile, quod nūc referam. Alia quædā mulier infantē habebat. Is obiit. Detulit ad beatum Vincentium ſpei, ac fi dei plena. Nec eam fefellit opinio. Admiratus illius fidem beatus Vincētius cruce frontem pueri, ac pectus ſignauit, et conuerſus ad matrem dixit. Abi mulier, puer dormit, ac deo gratias age. Nā priuſq̄ domus tuæ limen attin gas excitabitur. Ita quidem factum eſt. Prius enim q̄ domum ingrederet, mouere ſe infans, et uagire cœpit, et mammam quærere. Ita in cōſpectu nu/meroſæ multitudinis, quæ ad ſpectaculum conuenerat, et ſtupētis ubera ſu/gere cœpit. Nec illud prætereundū eſt, quod in agro ciuitatis Darturienſis, quæ urbs Cathalonorū lingua traiguerra dicitur. Erat in turba, quæ bea/tum Vincentium ſequebatur ex Gallia ciſalpina, quam Lombardiam nūc dicimus, quidam iuuenis deum quidē, quo norat affectu, et poterat, colens, ſed rudis admodum, et plus æquo ſimplex. Is proxime audierat beatū Vin centium narrantem fuiſſe aliquādo ab inclyta uirgine Margarita diabolū ſub humana ſpecie ſuperatum, et pedibus conculcatum. Optabat iuuenis deſyderio īgēti pellectus talem ſibi certaminis occaſionem dari, ac eodem modo diabolum offerri. Cupiditate eiuſmodi pugnæ accēſus, et plenus mi narum exit in prædium quoddam, ubi ſeges erat matura meſſi. Ibi ſolus et latitans o ſi mihi hoc in loco inquit hoſtis ille generis humani teterrimus detur et luctari cum eo poſſim, quibus eum afficiam modis, quot pugnis, quot calcibus onerem? Certe uincam et ego, atq; conculcem. An mihi ſit minus uirium q̄ illi fœmellæ uirgunculæ olim, a qua uictus, et proſtratus ille dicitur? Et hæc dicens flexis genibus orabat deum, ut ſe uoti compotē faceret. Totus in hoc erat. Ecce tum forte uenit in eūdem agrum annoſa mulier nō tā ſenio, q̄ macie confecta, et plus, q̄ dici poſſit, informis. Inerat ori macies ingens, rugæ, ſquallor, oculi introrſum reiecti, rara canicie caput inſperſa, procæro corpore, et præter modum tetro, greſſu lento, ueſtitu lace ro, manu falcem tenens. Nam ueniebat, ut meteret. Sed is ubi falcem uidit, in ſentētia confirmatus auditam eſſe a deo precationem ſuam, et optatum ſibi palæſtritam eſſe datum, Et heus tu inquit certiſſima peſtis ueniſti ne tandem ad exoptatum mihi certamen? Accede huc infande Diabole.

Art. Mirabile

Art. Mirabile aliud.

Ridicula res admo/dum iuue/nis, qui op tauit cum diabolo certare.

Illa autem, quæ muta esset, nescio quid immurmurans nutibus, et falce iuueni uisa est minitari tanq̃ mox certamen initura. At ille. Tu me etiam lacessis et prouocas uerbero? Et hæc dicens impetu fertur in illam, et paruo negocio prosternit, Et age inquit maledicte diabole, age. Hic te habeo, hic te teneo, meas non effugies manus. Tandẽ, quod uotis omnibus, ac precibus expetiui, sum assecutus, et cũ hæc diceret, pugnis calcibusq; infelicẽ anũ pulsabat. Neq; his contentus erepta illi falce multis etiam uulneribus affecit. Clamabat, quo poterat modo, misera, et opem implorabat. Sed ille nõ ante pulsandi, ac feriẽdi finem fecit, q̃ exciti clamore, ac strepitu ex propinquis locis multi ex incolis accurrere. Seminecẽ anum, et illũ adhuc in uulnera pronum inueniunt, comprehendunt, atq; in uincula coniiciũt clamãtem, et affirmantem diabolum esse, quem occiderit, non uetulam. Precatũ se deum esse, ut talis sibi certaminis copia daretur, datã esse, mirari se, ꝙ indigne id ferant, ꝙ necem diaboli parent ulcisci, Præmia sibi, ꝙ hostem generis humani peremerit, non supplicia deberi. Vbi rem beatus Vincentius cognouit, afferri ad se anum iussit, Cuius ubi frontẽ, ac pectus signo crucis tetigit, reuixit illa cõtinuo, Et quam omnes natam esse mutam nouerant, perfecte loqui illico cœpit, et sacerdotem poscere, cui delicta cõfiteretur, qđ quidem ita fecit, ac si nunq̃ muta fuisset. Cumq; peracta illi cætera essent (ut ipsa petierat) quæ circa morientes ex ritu Christiano fieri consueuerũt, post duas horas expirauit. Iuuenis autem, qui capitis supplicio puniendus erat, beati Vincentii precibus liberatus iussu eius in Italiam remeauit. Die natali Ioannis Baptistæ beatus Vincentius Valentiæ cõcionabat, aderatq; ingens multitudo, utpote hominũ circiter. xxx. milliũ, quãdo per cõfertam multitudinẽ ad eum deducta est mulier, quæ nata erat muta. Admiratus fidem eorũ, qui deduxerãt, propius accedere iussit, Cũq; salutiferæ signo crucis frontem, osq; illius obsignasset, his uerbis eum interrogauit. Quid tibi uis filia? (Vide rem mirãdam) quæ semper muta fuerat, respondit, Salutem corporis, loquẽdi facultatẽ, et panẽ cotidianũ. Ait ille. Tria petis. Fies duorum compos: Linguæ tibi usum deus futurum tibi perniciosum ademit. Deum igitur, quod potes, mente lauda, et illi gratias age, et ultra optare desine, quod tibi nec utile, nec fas est impetrare. Respondit illa, faciam, ut hortaris pater. Nec ultra locuta ẽ. Dein pie uixit, et quarto anno ẽ uita migrauit. Per idem tempus Valentiæ fuit pater filiam habens annos natam. xiiii. quæ immundo spiritu uexata diu, sed per interualla fuerat. Is quidem sperauit, meritis, et ope beati Vincentii puellam posse liberari, Quæ cum futeret, adeo quidẽ ferociebat in ea dæmon, ut illigatã funibus uix octo uiri cohibere possent. Verũ tũc uexare illã maxime cœpit, ubi deducẽdã ad beatũ Vincentium cognouit. Horror erat toruã spectare faciem, Lumina intueri

Att. Mirabile ingens ad uitã mortua reuocatur, et quæ semꝑ muta fuerat, loquitur.

Muta iussu eius locuta est.

Att.

flammãtia, horrendos clamores audire, ac mirãdũ in modũ reluctantẽ cernere. Vbi illã beatus Vincentius conspexit, primũ quidẽ dæmoni iussit, ut in nomine Iesu Christi quiesceret. Paruit ille toruos, ac terribiles in eo figens oculos. Quæsiuit igitur, quãdo, qua de causa, et q̃diu puellã insedisset, Respondit. Anno ab hinc septimo nõ ego solũ, sed ex meo grege alii quidam parentum huius puellæ domũ nocte ingressi sumus, ob id quidem, ut maritum in uxoris necem impelleremus, sed nõ successit. Nã strepitu, quo tunc domum concussimus expergefacta uxor, atq; conterrita signo se crucis muniit, et Iesum, Mariamq; inuocauit, quæ q̃ sint nobis terribilia nomina non ignoras. Vbi tam fortibus munitam armis uidimus, nec posse nos amplius illi nocere totam irati domũ cõcussimus, ita, ut omnia ruitura uiderentur. Cæteri quidem subita re attoniti, et ingenti terrore perculsi signo se uerendæ crucis, et ipsi munierũt. Solam hanc puellam inermem offendimus, quæ fugam sub lectum, tanq̃ in locum tutiorem arripuit. Ibi illã ego inuasi, et ad hoc usq; tempus possedi, atq; uexaui. Tunc beatus Vincẽtius Satis superq; tibi permissum ẽ. Nũc cedẽdũ istinc esse intelligis. Quare accingere, nec Christi uas ultra posside. Ait dæmon discessurũ se, si locũ per quem egrederetur, præscriberet. Volo, inquit beatus Vincentius, locũ deligas, quem fœdiorem intelligis, itaq; abeas, ne puellam ulla in parte lædas. Ait ille. Recte quidẽ Vincẽtius diceris. Sic enim me urges, ac uincis, ut tibi obsistere non possim, Et emisso ingẽti eiulatu abiit fetorẽ sulphuris relinquens teterrimũ. Puella per breue spatiũ tanq̃ mortua iacuit. Beatus Vincentius mãdauit parentibus, ut domũ deferrent, ac refocillarẽt, darẽtq; operam, ut delicta sua mox cõfiteretur, et eã edocerent, quæ christianæ uitæ cõuenirent. Concionabatur alio die beatus Vincẽtius in eadẽ ciuitate, et ecce dæmon quẽdã repente inuasit, qui eius sermonem interrupit. Cœpit enim in media multitudine continuo saltare, ridere, cantare, flere ululare, et alia horrenda facere, quibus ingens cunctis terror incussus est. At beatus Vincẽtius quiesce inquit diabole dũ finẽ cõcionãdi faciã, nec te ultra cõmoueas. Iussus mire quieuit, Cũq; stans uti statua immobilis attentissime audiuit. Vbi finẽ fecit, crucis signo hoĩs frontẽ obsignauit, ac p̃ Iesu Christi nomẽ dæmoni, ut mox abiret, mãdauit, Qui sublato horribili clamore cũ ingẽti fetore cõfestim abiit. Homini aũt ubi ad se rediit, iussit ut delicta sua sacerdoti cõfiteret̃, et mãdata dei deinceps fideliter exequeret̃. Sed nolo ĩ his esse longior, Narratio.n.modum excederet, Et hæc quidẽ in hoc genere sufficere (ni fallor) possunt. Siquis tamen numerum scire cupit eorum, quos spiritibus liberauit immundis, sex et sexaginta fuisse fidelissimi scriptores tradunt. Murcia Hispaniæ ciuitas est Arragoniæ, Castellæq; finitima. Beatus in ea Vincentius Palmarum die concionabatur, cum repen-

Att. De signo Crucis.

Diu uexatam a dæmone puellã liberat.

Att. Mirabile.

Att. Mirabile aliud.

te horrendum dictu tres equi terribiles fumum naribus quasi ignẽ efflan/ tes excitata calcibus puluerea nube, et atrocitet hinniẽtes impetũ in consternatã plebẽ re subita, tamq; horribili facientes. Fugã omnes arripiebãt, cum beatus Vincentius manu ac uoce silentium indicens, ac illorum formidinẽ accusans fraudẽ docuit esse diaboli se signo crucis armarent, nec quicq̃ me/ tuerent. Quod ubi fecere, cõtinuo equi illi effusa inde fuga per portã, quæ ad meridiem spectat, profugerũt. Sedato igit terrore, atq; tumultu beatus Vincẽtius, ne uos lateat, inquit. Hi tres equi, tres sunt diabolis, qui hacte/ nus urbẽ hanc ut suam incoluerunt, Qui cernẽtes facta uitæ, ac morũ ue/ strorum mutatione in meliorẽ statum cotidie magis uos redigi, et se ueteri possessione pelli, supra q̃ dici possit, indignant, et ægre ferũt, ideo tanto cũ impetu uos adorti sunt. Sed deo laudẽ date, et gratias agite, q̃ prorsus abie runt relicto tamen suarũ fraudũ, et uiolentiæ monumẽto. Est enim in hoc

Vaticiniũ. cœtu mater, quæ filiam uirginẽ domi solam reliquit, atq; huc adducere ue/ rita est, sed imprudẽtiæ suæ pœnas luet, Siquidem in lecto nunc sese cũ stu/ pratore oblectat. Et his dictis cõcionẽ suã ꝓsecutus ẽ. Mater illa, quæ hoc audiit se se cõtinuo domũ ꝓripuit, et amatorẽ cũ filia i lecto cõperit. Reuer tit ad cõciõnẽ cũ ingẽti fletu, et uociferãs, ut ab uniuersa multitudine pos set audiri, ait. Deprehẽdi filiæ scelus serue dei, qd̃ dixisti, Deprehẽdi scelus. Erat ãt ibi hominum ferme decẽ milliũ multitudo. Vicus ẽ nõ ꝓcul Va/

Art. diaboli fraudem. lẽtia, quẽ sancti Matthæi dicũt. Ibi aliquot dies beatus Vincẽtius ẽ cõmo/ ratus cũ ingẽti multitudine, quæ semꝑ illũ sequebat. Forte uenit eodẽ uir qdã (ut apparebat) uenerabili aspectu, et habitu, utpote qui eremiticã uitã profiteri uideretur, et initio quidẽ cum ingẽti gaudio susceptus est, ac erat omnibus amabilis, sed ingens fraus suberat. Veterator enim is erat, huma/ ni generis certa pernicies, Qui ubi uidit, fidẽ se, et autoritatẽ apud multitu dinem comparasse, ratus aduenisse tempus diffundẽdi ueneni, et corda ho/ minũ peruertẽdi cœpit ingenti astutia, quæ res illi familiaris, ac propria est, mellitis sermonibus, et tanq̃ utilitati studentibus modo hunc modo illum circũuenire. Quo quidem ueneno breui ita multos infecit, ut non pauci a beato Vincentio paulatim alienarentur, et male de eo iam sentire inciperẽt persuasi antiqui hostis uersutia, tanq̃ multa diceret, ac ꝑsuaderet deo cõtra ria. Quod ubi magistratus loci cognouit, indignitate rei ꝑmotus iubet cõ/ tinuo senem illũ in uincula duci tanq̃ mox suppliciũ de eo sumpturus. Po stero die iusserũt ad se iudices eum deduci, ut super iis quæ disseminauerat, interrogarent. Sed qui missi sunt, sola se uincula inuenisse renunciãt. Quæ

Art. ubi sanctus uir accepit, subridẽs ait, An occultæ sunt uobis dæmonũ frau/ des? Hæ sunt antiqui hostis insidiæ. Verum ne uos hæc moueant. Nõ erat ille homo, quẽ carceri intrusistis, sed diabolus, Qui ubi suas insidias sibi nõ

successisse

successisse uidit, statim euanuit. In Cathaloniæ uero, quem incolæ Baster nuncupant, die apostolorum Petri et Pauli beatus Vincentius sacrum altaris celebrauerat mox concionaturus. Nec dum uestes sacras deposuerat, quãdo subitis, atque densissimis nubibus cœlum ablatum est, tantus tonitruũ fragor audiri, tam horrifici corruscare ignes (subit illa uergiliana tempestas Terra tremit, fugere feræ, et mortalia corda Per gentes humilis strauit pauor) ut ruiturum uideret cœlum. Incredibili terrore perculsi omnes horrebãt iminentẽ agris et arboribus uastitatẽ. Vbi sic exanimatos uidit uir sanctissimus, nihil ipse ea re commotus ait. Confidite filii, et uestram spem in deo reponite. Et flexis genibus ante arã breuẽ habuit orationem. Et mox contra tempestatem sacram sparsit aquam, et signum crucis in eam edidit. Illico (mirabile dictu) effugere nubes, tonitruũ quieuit fragor, micantes terribiliter ignes extincti, et mira continuo secuta serenitas. Igitur rei miraculo stupentibus omnibus, cum suggestum conscendisset prima illius fuere uerba, Principum apostolorũ est hic festus dies. Ii suis hodie precibus ingentem uobis calamitatem auerterunt. Futurum enim erat ut tanta de cœlo tempestas ingrueret, ut nec in arboribus frondes, nec in agris quicq̃ fuerit superfuturum. Neque enim grandine tantum et aquarum diluuio, sed et ignitis lapidibus inducta fuisset uastitas. Nõdum tamẽ liberi estis. Redibit enim (uos moneo) anteq̃ annus elabatur dira tempestas. Quare irã dei flectite precibus, ne saltem tanta incidat, quantã imminere uideo. Venit ergo, quam prædixerat, dira illa calamitas, sed mitior uel suis, uel sancti uiri precibus lenita. Siquidem non sunt tantam passi iacturam, quantam metuebant. Simile quiddam Tholosæ, quæ celeberrimi nominis ciuitas est Hispaniæ contigit. Concionanti enim illi die festo beati Martini repentina tempestas sermonem interrupit. Siquidẽ inducta noctis horrida specie nubiũ dẽsitate cum ingenti fragore cœli, et crebris ignibus effusa est imbrium uis ingens. Cœperat multitudo, quæ duodecim ferme millium erat, diffugere, cum beatus Vincentius edixit, nequis discederet. Non lapides, non sagittas cœlo delabi sed aquã. Cõstitit omnis illa multitudo in fugã prona. Iussisque omnibus precari deum ipse cum illis genua flexit, et cœlum suspiciens breuem ex more orationem habuit. Et surgẽs aerem cruce signauit. Secuta est repente serenitas. Sed quater simili modo in ea urbe, et in aliis quidẽ pluri-mis locis sæpius maximas tempestates suis precibus auertit. Verum nõ modo huiusmodi turbines tempestatum oratione sua coercuit, sed etiam contra siccitatem terræ diuturnamque serenitatem pluuias a deo sæpissime impetrauit. Verum quia longum esset omnia recẽsere, unum ex multis magis memorabile referam. Carcasona Galliæ ciuitas est. Ibi a Iunio mense in Ianuarium continuata serenitas ingentem agris siccitatem induxerat. Ob id

Ingentem agris tempestatẽ repellit.

Ingentem uim ibriũ arcet.

ciues territi, ne penuria frugum, et uini laborarent, ad beatum Vincētium miſerūt, qui eum rogarent, ut ad ſe uenire ne grauaret. Annuit ille, ut erat benignus omnibus, et expoſitus. Venit igitur magno cum gaudio, et plauſu totius ciuitatis exceptus, Et ut ei mos erat peculiaris, atq; perpetuus, eoq; ut animos populi magis ad impetrandam opem diuinam præpararet, continuo concionari cœpit. Quarto die finem fecerat concionādi, cum populo edixit, ut flexis genibus diuinam omnes opem implorarēt. Idem ipſe fecit. Paucis precatus exurgit, Et ad populum conuerſus, abite inquit, et deo gratias agite. Exaudita eſt enim oratio ueſtra. Vix hæc ediderat, cum repēte toto cœlo nubila funduntur, et tanta uis imbrium effuſa eſt, ut maiorē antea nōn contigiſſe omnes aſſeuerarēt, atq; in biduū protracta eſt. Aliud non minus quidēm mirabile ſecutum eſt. Nam cum ciues fieri iam nimiā uiderent pluuiam, beatum Vincentiū rogarunt, ut ſerenitatem a deo repoſceret, ſatis iam imbrium eſſe, quæ rogante illo ſtatim ſecuta eſt. Erat in ciuitate Caſtrenſi Galliæ die celebri aſcenſus in cœlū Chriſti, quando ei oblatus eſt paralyticus iam ſeptem annos eo morbo grauiter laborans, Quem ſigno crucis cōtinuo incolumem reddidit. Quo in loco die, qui ſecutus ē, ingentem tempeſtatem, dum concionaretur, ſedauit. Locus eſt nō procul Tholoſa, quem Montes uocant, ubi Gerardus quidam comitiali morbo, quem caducum uulgo nuncupant, laborans ſigno crucis ab eo liberatus ē. Prope Carcaſpnam locus eſt quem montem Oliuum incolæ dicunt. Erat ibi mercator, cui nomen Guilielmo, qui iam triennium nihil uiderat. Huic beatus Vincētius ſigno crucis uiſum reſtituit, Quo etiam in loco aliud mirum edidit. Siquidem grauiſſimā imbrium, et gradinis tempeſtatem reppulit. Mons albus uicus eſt Cathaloniæ. Quidam ibi, cui Matthæo nomen fuit, ſurditatem ex graui ægritudine contraxerat, et mentis imbecillitatem, ita ut certis temporibus fureret, diſcrimēq; ab eo eſſet obuiis. Cum multos iam inuaſiſſet, quos pene occiderat, pulſus inde ab incolis in mōtes abierat, et ſyluas perluſtrabat, ita ut potius fera, q̄ homo iam uideri poſſet. Is nocte quadam ſomnium uidit huiuſmodi. Putabat ſe ad Montem album rediſſe, ac uidere neſcio quē ex diui Dominici prædicatoribꝫ, a quo tactis ſibi auribus ſoſpes fieret. Credidit ille ſomnio, et ad montem album rediit, Vbi beatum Vincentium inuenit eo, quem ſomnians uiderat cultu concionantem, magnamq; circa illum turbam ægrotantium, qui ut ſanarentur, eum ſecuti fuerant, quibus ſeſe immiſcuit. Demum beato Vincentio ſomnium, et aduentus ſui cauſam narrauit. Quæ cum diceret, adeo ubertim flebat, ut etiam beato Vincētio lachrymas excuteret, Qui mox eo relicto ad locū ſeſe contulit, ubi orare ſolebat, et ad Matthæū paulopoſt reuerſus illius frontem, pectus, et aures cruce ſignauit. Auribus præterea digitos immiſit, et ait,

Att. (margin, beside "tinuo concionari cœpit")

Pluuiam a deo impetrat. (margin)

Att. (margin, beside "uiderent pluuiam")

Miracula. (margin, beside "Tholoſa")

Att. (margin, beside "lit. Mons albus")

Miraculū. (margin, beside "fuit, ſurditatem")

Perfectam tibi deus sanitatem restituet, ne dubites. Sed unum moneo, ut, priusq̃ hinc abeas, tua delicta cōfitearis. Nam ne ignores, propter flagitia, et uitæ anteactæ turpitudinem in istam calamitatem incidisti, et iniunctam tibi pœnitentiæ mulctam libenter feras, atq; persoluas. Perpetuis enim pœnis eras obnoxius, q̃bus te misericors deus exemit; Cui tu gratias age. Iussis ille optemperans impetrauit a beato Vincentio, ut se confitentem ipse audiret, et eum postea secutus est, dum indictam sibi octo mensium mulctam persolueret. Eodem in loco iuuenis quidam annos iam quindecim ita cōtractos ex dira ægritudine pedes habebat, ut se de loco sine alterius adminiculo mouere non posset. Ergo illius parentes, cum uiderent, quanta polleret apud deum gratia Vincentius, rogarunt, ut sibi quoq; opē ferret. Quorum fide motus, et lachrymis conuersus ad effigiem beatæ uiginis, quæ ibi aderat, breuem habuit orationem, et mox salutare signum in adolescentem edidit, statimq; cum ingenti omnium stupore clamantium præ lætitia tantæ rei, et admiratione, et benedicētium deo surrexit ille per sese, ac firmis cōstitit gressibus, ac ita per mediam multitudinem ambulauit, ac si nulla ægritudine, nullo corporis incommodo nunq̃ laborasset. Aliud ibidem, ac per eosdē dies mirabile omni dignū admiratione contigit. Antonius quidam cognomento Pius cum patre, qui erat architectus fabricæ primarii templi operam dabant, decidit ex alto iuuenis ita contuso corpore, atq; confracto ut nulla salutis spes inesset. Cumq; iam dies aliquot nullis remediis, nulla medicorum ope iuuari posset, et adhibitis sacramentis omnibus, quæ solēt ex ritu Christiano paulopost morituris adhiberi, mortem in horas iuuenis præstolaretur, uenit illi in mentem sic laboranti beatus Vincentius, et ab eo aliquid sperās opis rogat ad se illum acciri. Venit continuo, Nam nullos libentius, q̃ ægrotos uisebat. Vbi adstantem iuuenis uidit lachrymans serue, inquit, Iesu Christi non ne tu ille es, cuius meritis, et p̄cibus numerosæ multitudini sanitas est restituta? nec ego illi adnumerabor? Solus ego infelix tui ero muneris expers? Serue Iesu Christi me quoq; aspice, et mei miserere, qui nullum repellis, qui nulli opem denegare consuesti. Scio te posse, uelle quoq; ne dubitem exempla me cotidiana mouent. Fide tanta motus et lachrymis beatus Vincentius iussit primum, ut omnes cubiculo egrederentur, Benigna deinde oratione iuuenem solatus est, ac bono animo esse iussit affirmans spem illius non irritam fore. Tunc flexis genibus (ut illi mos erat) paucis orauit. Inde iuuenē signo crucis communiuit, et ait, Fili ne metuas ultra. Tuæ sūt exauditæ preces, Crastino die incolumis eris, et ecclesiam petes. Verum, quia gloriosæ uirginis interuentu a te mors imminens depulsa est, cuius ædis fabricæ eras intentus, cum cecidisti, moneo, ut operam illi gratis exhibeas, ut cum tu, ac pater tuus opus to

Syderatū sanat.

Mirabile ingēs narratur.

tum perfeceritis, nullam mercedē postuletis. Annuit iuuenis, et quas æquū fuit gratias deo, et illi egit. Et ad templum postero die (uti beatus Vincentius futurum prædixerat) sospes accessit. Sacerdos quidam uenerabilis, cui Laurentio peregrino fuit nomen, ex iis, qui erant in comitatu, ex illorum numero, quos beatus Vincentius procurandis uictui necessariis, et disponēdis cæteris præfecerat; febre ingenti laborare cœperat, nec poterat suum munus implere. Accessit ad eum beatus ipse Vincentius, et q̄ primum illi benedixit, febrem depulit. Dartusa Cathaloniæ Ciuitas est. Hanc præterlabitur flumen latum, atq; profundum. Pons in eo ex nauiculis simul ligatis superpositis trabibus, sicq; traiicitur. Multos in ea ciuitate cōmoratus dies beatus Vincentius abibat sequente se numerosa multitudine, quæ, ubi pontem in traiectu fluminis conscendit, nimio pondere aqua repleri nauigia, et simul mergi cœperunt, et ligna, per quæ iter erat traiicientibus, frangi. Tanto periculo exterriti omnes clamant, et diuinam opem implorant. Beatus Vincentius hortatus eos ne timerent, deum in tanto discrimine precatus, nauiculas, et trabes cruce signauit. Continuo de nauigiis aqua effluxit, atq; in summum enatarunt, et trabes ita confirmatæ, ut nullum fracturæ signum appareret. Sic ingens illa uis hominum laudans deum, ac miraculo stupens traiecit incolumis. Quidam annis. xl. mutus Valentiæ beati Vincentii precibus usum linguæ recepit, et retinuit, q̄diu uixit. Ibidem eodem modo octo annorū surdo auditū restituit. Erat apud Nursam Hispaniæ ciuitatē beatus Vincentius per æstatem, cum seges adhuc in agris esset, quando locustarum uis ingens, atq; bruchorum quattuor diebus pene oīa in agris consumpserant. Locusta notū est uel in Pharaone animal et memoratū. Bruchus uero uermis est pestifer, et agris maxime noxius, Quod ipsum quidem nomen indicat a græcis profectum apud quos βροῦχος dicitur παρὰ τὸ βρόσκω quod apud illos comedo ē, ac rodo. Ciuitatem igitur metus ingens inuaserat frugum, ac uini penuria, quæ proculdubio apparebat futura. Anxii tanta ciues calamitate beatum Vincentium adeunt, et opem rogant. Iubet ille cōtinuo aquam sibi afferri, Cui postq̄ benedixit, paululum extra quattuor urbis portas egressus contra locustas, et bruchos illam inspersit, et cōuersus ad populum ait. Nullus sit uobis ab his animalibus ultra metus, neq; ob hanc rem annonæ, ac uini penuria laborabitis. Postero die animalia illa pestifera inuenta sunt passim extincta. Villa longa locus est Cathaloniæ, quo cum uenisset beatus Vincentius cū ingenti comitatu, loci dominus, cui nomen sancto Iusto fuit, prandium illi, ac toti comitatui liberaliter parauit. Vtq; uinum magis in promptu foret et unusquisq; sumere sibi commodius posset, potatoriam in medio posuit, cuius uasis supra mentionem fecimus. Res hic miranda contigit. Nam

Att.

Att.

Naufragio multitudinē liberat.

Miraculū.

Att.

Locustas et bruchos uastantes agros iterimit.

cum tanta multitudo bibisset, discedente beato Vincentio potatoria opti/ mo uino plena est inuenta. Stupens rei miraculo dominus uinum id ex po tatoria in dolium transfundi iussit, et subsecutus beatum rem illi narrauit, Cui uir sanctissimus abi inquit, et id uinum diligenter et reuerenter serua, et caue ne cuiq̃ petenti deneges. Ex quo magis mirãda res secuta est. Siqui/ dem per annos decem uinum id non defecit, quanq̃ tantum inde sit hau/ stum, quãtum capere decem eiusdem mensuræ dolia non potuissent. Illud præterea ingenti miraculo fuit, q̄ morbos bibentibus omnes arcebat. Qui dam Ludouicus Barchinonensis totum iam biennium ingẽtẽ capitis do/ lorem passus fuerat. Confugit is ab beatum Vincentium quando humana remedia nihil sibi proderant. Is benigne capiti laborantis manũ imposuit, et pertinacem illum dolorem ita fugauit, ut deinceps per annos. xl. ex capi te non laborauerit. Mulier erat Barchinonæ, quæ infantem habebat, cui ex nimio uagitu intestina fluebant. Herniam morbum nostri uocant. Mater infantem ad beatum Vincentium detulit. Sanauit ille cõtinuo, et puerum diligentius intuens, Vides ne tu mulier infantem istum? Clericus efficietur et in magnum uirum euadet. Exitus ipse uaticinium comprobauit, Siqui/ dem postea theologus fuit insignis, et multi nominis, et Alphõso regi cha/ rissimus. Nomen illi Ioanni Solerio fuit. Erat Valẽtiæ, cum duæ mulieres ad eũ accesserũt, ut sibi ab eo benediceret. Ex iis altera p multos annos ocu lũ aperire nõ poterat, Altera uero sanguinis fluxũ iã quattuor annos patie bat. Vtrãq; iuuit, Siquidẽ alteri oculũ restituit. stare sanguinẽ alteri fecit.

Att. Mirabile de uino.

Att. Miraculũ et uatici/ niũ de pue ro.

Miraculũ.

HACTENVS MVLTA NARRAVIMVS, QVAE VIRI SAN/ ctitatem eximiam, et rerum gestarum claritatem abũde testari possint, et in iis quidem nõ pauca rettulimus, quæ inter cætera cælestia dona, quibus nõ admodum multis comparandus claruit, etiam diuino spiritu atq; prophe/ tico afflatum fuisse monstrauimus. Verum ut id multomagis appareat, et clarissimis exemplis, ac euidentissimis constet, quantus hac in re fuerit, et q̃ admirabilis, ducta serie plura narrabimus in unum congesta, quibus unus/ quisq; intelliget, tam uberem uaticinandi gratiam perpaucis post seculum apostolorũ a deo fuisse concessam. Et quod mirere magis, nõ solũ futura prædixit, sed etiam de præteritis, atq; præsentibus uaticinatus est. Nã et quæ iam præterierant a se procul distantia, tanq̃ affuisset, gesta narrauit, et præ/ sentia spiritu uidit, quanq̃ ab oculis longe remota. Quæ quidẽ omnia suis locis explicabuntur. Vigẽte iam beati Vincẽtii fama, et sanctitatis opinio/ ne celebri, quoties fecerat concionãdi finẽ, accedebat ad eum multitudo, ut sibi ab eo benediceretur. Venit inter alios uir quidam utroq; iure insignis, cui Ferdinando nomẽ fuit, quem ubi sanctus uir intuitus est, Gratulor tibi inquit optime fili. Veniet enim tempus, in quo maximũ tuæ familiæ decus

Att. Vaticinia multa. B. Vincẽtii.

Att. afferas, ad summũ enim dignitatis fastigium promoueberis, et postq̃ ego
Vaticiniũ de Calisto iii. pont. rebus humanis exemptus fuero, summo me in ecclesia dei honore afficies, et maxima ueneratione prosequeris. Is autem talibus dictis accensus et uaticinium toto pectore complexus nihil omisit, quod ad tantã claritatem futuram, atq; fastigium uiam panderet. Paruo igitur tempore Valẽtinus præsul creatus. Inde non multo post collegio cardinalium adscriptus est procedente uero tempore claritate uirtutum suarum ad pontificatũ maximũ peruenit, Qui memor eorum, quæ beatus Vincẽtius sibi uentura prædixerat, quæq; ille de se quoq; ipsõ uaticinatus fuerat, eum in catalogum sanctorum in die, atq; in templo principum apostolorum Petri et Pauli retulit, remq; toti mundo idem põtifex suo testimonio atq; præconio notissimã
Att. fecit, qui et cardinalibus rem sæpenumero, et aliis plurimis uiris clarissimis enarrauit, inter quos Martialis fuit generalis prædicatorũ magister ac moderator, qui tum forte Romæ erat et negocium referendi inter diuos beatum Vincentium tractabat. Iuuenis adhuc Barchinonæ, quæ urbs est Cathaloniæ clarissima dialecticam profitebatur, quod munus illi magno patrum consensu, qui ad synodum prouincialem conuenerant, demandatũ
Att. est, et simul cõcionabatur, Quem morem a iuuentute inchoatum usq; ad
Vaticiniũ aliud. exitum ui æ continuauit. Laborabatur in ea urbe ingẽti annonæ penuria, et indies crescebat fames, et ciuium solicitudo. Igitur quadam die inter concionandum multitudini, quæ hominum erat ferme. xx millium dixit. Barchinonẽses Ciues nũcium affero uobis lætũ atq; gratissimũ. Anteq̃ uesper aduenIat, duæ naues frumento oneratæ hunc portum ingrediẽtur, quæ res famem plurimũ leuabit. Sed eius uaticinio fides habita non est, quia nec fama admodum celebri adhuc erat, nec recepta de eo sanctitatis opinio animis boĩum tãta inhæserat. Igit̃ ea res potius susurrationẽ ingenerauit q̃ ꝙ lætitiã attulerit, et uaniora putabant̃ illius dicta ꝙ et eo die, et proximis qui præterierãt, fuerat in mari sæua tempestas. Mercatores quoq;, et, qui rei frumentariæ præerant, affirmabãt quidẽ uẽturas, sed spatio dierũ, naues. Quare etiam a suis cœnobitis tanq̃ temerarius grauiter reprehensus est. Attamẽ ipse nõ ægreferens, sed animo admodũ sedato, quæ sibi obiiciebant̃ tolerãs cõfirmabat ea, quæ dixerat, Quæ quidẽ uera fuisse mox exitus comprobauit. Erat Perpignani, quæ ciuitas Galliã a Cathalonia disterminat. In gra-
Vaticiniũ de se ipso. uem ibi febrẽ incidit. Cũq; introducti ad eum medici hortarent̃, ut pharmaca nõ renueret, et se curari fineret, egit illis quidẽ gratias, quos de sua salute uidebat solicitos, sed affirmauit nõ esse iis opus, quia quattuor tãtũmodo dierũ ægritudo esset. Nec ultra quidẽ protracta est. Nam quarto die cõ-
Att. ualuit. Nũq̃ ꝓbitas caret inuidia, Nec sanctis uiris detractores defuere unq̃.
diligenter. Nec ualde quidem mirandum in seruis, quod ipse dominus non effugit,

Fuit enim linguacibus imprimis, et maledicis hominibus Christus obnoxius. Sed suæ improbitatis pœnas luere tandem graues, qui linguas acuere et in sanctos uiros armare sunt ausi. Vel exemplo, quod nunc relaturi sumus, id maxime constabit. Oriola locus est Cathaloniæ. Ibi monasterium est diui Augustini Eremitarum, Cuius præfectus (Priorem Fratres uocant) et multi inuidi atq; maledici in beatum Vincentium conspirauerāt famam illius incessentes maledictis, et doctrinæ detrahētes. Verum ubi sancti uiri patientiam diu ille expertus est, et cum nihil moueri animaduertit, puduit hominem, et facti pœnitēs accusare suam impietatem cœpit, adeoq; conscientiæ stimulis actus est, ut adire beatum Vincentium non erubuerit, fateri culpam, et ueniam precari. Respondit lenissimus uir, ac mansuetissimus. Multo ante tibi frater ignoui, Nec est, q̄ de mea in te uolūtate dubites. Sed et tibi deus ignouit, qui tibi mentem istam immisit, ut factum doleres, et crimen fatereris. Sed unum te hortor, ac moneo, ut cōtinuo delicta omnia confiteare. Nam paulōpost ex hac uita migraturus es. Horruit ille his auditis, et mox executus ē, quod sanctus uir monuerat, impetrata ab eo benedictione, et osculo abibat, quo ire decreuerat. Ad sextum uix lapidem peruenerat, quādo subito mortuus concidit, perculsis pauore ingenti qui simul aderant. Beatus Vicentius tunc forte concionabatur. Is quod acciderat a deo edoctus rem populo (sicut acciderat) narrauit, et hortatus est, ut ꝓ illius aīa deū rogarēt et pararēt exequias. Vix cōcionandi finē fecerat, quādo uenit qui mortuū esse illū nunciauit. Apud Valētiam monasterium est Sanctæ Mariæ, cui de podio cognomētū est. Gilbertus ibi monachus erat, qui motus fama et sanctitate beati Vincentii factus erat ex eius comitibus unus, et quocūq; ibat, illū sequebat̄ a quo benigne susceptus fuerat. Post dies non multos hūc beatus Vincētius ad se uocauit, et inquit. Fili hortor te, ut delicta tua mox confitearis, et ad tuū monasteriū statim redeas, ubi te tui fratres magno cū desyderio præstolant̄. Sed illud insup moneo, ne cesses in uia deū laudare. Ignorabat ille, quorsum hæc tēderet. Fecit, tamē, quæ beatus Vincētius fuerat hortatus, et ad monasteriū reuersus est. Monachi ubi eum uenientē prospexerūt, obuiā læti processere. Verū, ubi ad ianuam monasterii peruentum est, exanimis ille concidit. Eodē momento temporis beatus Vincētius narrauit populo quod acciderat. Erat apud Cæsareā Augustā nobilē Arragoniæ ciuitatē, et inter concionandū repente tacuit, et ubertim flere cœpit. Paulopost abstersit lachrymas, et tantisper adhuc reticere uisus est, dum uis illa doloris, quæ lachrymas ei excusserat, frangeretur. Exhilaratus postmodum silentii, et lachrymarum causam docuit, afferens, ea ipsa hora Valentiæ matrem suam ex hac uita migrasse. Verum se statim a deo certiorem factum, choris angelorum esse receptam,

Vaticiniū

Vaticiniū

Att.

Matris obitū cognouit procul admodū distans.

atq; in cœlum euolasse. Diem, et horam multi obseruauerũt. Venerũt paucis diebus nuncii cum litteris, quæ illam eodem die, atq; hora obisse testabantur. Obitum quoq; sororis, dum Toleti esset, ac sacrificium eucharistiæ celebraret, diuinitus cognouit, et populo declarauit, quẽ simili modo allatæ litteræ confirmarunt. Tolosæ concionabatur, et cum præ nimia multitudine muros, et tecta multi conscẽderent, spiritu uidit iuuenem quẽdam, qui summitatẽ muri occupauerat, et somno postmodum correptus medius e muro pendebat pronus in casum. Erat autem is iuuenis post eius terga, et tabulatum quoddam interpositum impediebat etiã ne oculis posset eum cernere, attamen auditores ita monuit. Post me iuuenis quidam in summo pariete dormit, mox casurus, ac interiturus, nisi excitetur, in quo multo maior fiet animæ iactura ꝙ corporis, Eat aliquis et excitet, Quod quidẽ illico factum est. Erat in comitatu beati Vincẽtii sacerdos ille, cuius supra mentionem fecimus, Laurẽtius Peregrinus, qui sub exteriori ueste solebat preciosiores, ac delicatiores occultare, quibus indu[illegible] quodam iuuenili instinctu mos illi erat, probus alioquin, ac uita cõmendabilis. Hac tamen in re beato Vincentio nõ probabatur, et putabat ipse omnibus occulta esse, quæ tegebat. Nec beatus Vincentius uiderat illa, sed diuinitus fuerat edoctus, qui nouo quodam modo, publice dũ cõcionaretur, suppresso tamen nomine carpere, et admonere illum est aggressus. Siquidem in uitam, et lasciuos clericorum mores inuectus inter cætera, delicias, et uarietates, colores etiã indumẽtorum, quæ idem Laurentius habebat cõnumerauit, ea tamen arte, ac temperamẽto, ut nõ ad unũ illũ, sed ad omnes sermo pertinere uideretur. Stupuit ille, ac secũ erubuit, et cogitabat, unde tam bene arcana omnia de suis indumẽtis didicisset. Quare sancti uiri oratione ita cõmotus ẽ, ut deinceps delicias omneis a se reppulerit. Hoc aũt illiride cõtigit, quæ est uetus Cathaloniæ ciuitas. Eiusdẽ catahloniæ urbs ẽ Dartusa, quã ꝑterlabit̃ flumẽ, cuius supra meminimus, iuxta quẽ erãt tuguria quædã in loco, ubi paleas rustici seruabant. Concionabatur in ea ciuitate beatus Vincẽtius, et inter concionandum dixit. Magnus in tuguriis ultra flumen ignis est accẽsus, Necesse est, ut ad extinguẽdum illum properetis. Trepidi cõsurrexere multi, Cũq; ad tuguria peruenissent, nullum ignem uidere. Mirabũdi illa ingressi sunt, ubi iuuenẽ quẽdã cũ meretrice coeuntẽ inuenerũt, rati hunc esse ignẽ, quẽ sanctus uir prædixerat. In eadem ciuitate suggestum ascenderat concionaturus, Nec statim (uti solebat) ꝓposuit de quibus esset dicturus, sed aliq̃diu tacuit. Ignari mirabant̃, quid sibi uellet illa dillatio, quãdo ipse causam explicauit. Ait enim expecto gratiã dei uobis aduẽturam. Veniunt enim huc homines, quorum aduẽtus uobis futurus est gratissimus. Vix uerba finierat, et ecce omnis iudæorum synagoga mirantibus cunctis affuit, ut beatũ

Obitum quoq; sororis ita cognouit.

Vaticiniũ.

Occultissima illi erãt aperta.

Vaticiniũ præsentis negocii sed procul ab oculis remoti.

Vincentium concionantem audiret. Interrogati, quo impellēte uenissent, Nemine inquiūt. Sponte huc aduenimus, ut te audiamus. Arcanū dei uir sanctissimus agnouit, et sermonem exorsus est: Sic autem illa uis diuinorū uerborū animis iudæorū sensim illapsa est, tātūq; ualuit, ut ex iis non pauci fidem Christi, et baptissima receperint. Multi ex ualentinis relictis fortunis suis, et omnibus, quæ possidebant, beatum Vincentium sequebantur. Inter eos quidā fuit, quē Gaiā dicebant. Is quadringentos aureos ex diuenditis bonis suis beato Vincentio obtulit, quærens, quid se facere uellet. Da inquit ille pauperibus. Abiit ille et ducentos dedit, reliquos sibi in usus necessarios retinuit, Reuersusq; ad sanctū uirum dixit, Feci, quod iussisti. Beatus autem Vincentius diuinitus fraudem congnouit, atq; mendacium, et ait. Modicæ fidei, non es eorum dignus cōsortio, qui mecum sunt, qui adhuc times, et spem tuam omnem in Christo non reposueris: Indicio id quidem est, ꝙ partem pecuniæ tibi reseruasti, et mendacio rem tegere conatus es. Cōmotus ille sancti uiri accusatione flere cœpit, et ad eius genua prouolutus ueniam poscere, quam facile impetrauit, pollicitus se nihil ultra sibi reseruaturum. Venerat in Italiam beatus Vincentius, et Alexandriæ concionabatur. Inter concionandum autem dixit: Rem uobis magnam nunciaturus sum, atq; iccirco religioni Christianæ plurimum gratulor, ꝙ in hac multitudine, quæ me nunc audit, est iuuenis quidam clarissimus, qui ordini minoritarum magnum breui splendorem afferet, ac toti Italiæ, ingensq; in ecclesia dei lumen erit. Estq; futurum tempus, in quo mihi ab ecclesia in honore præferatur. Deinde sermonem inchoatum prosecutus est. Hæc de beato Bernardino uaticinatus est, qui tunc quidem iuuenis pellectus fama et nominis celebritate beati Vincentii miro desyderio ad eum audiendum uenerat, Qui quantus, q̄q; memorabilis uir fuerit, nemo, est qui nesciat. Quod uero sibi præferendum in honore ab ecclesia prædixerit, ad id pertinet, ꝙ diuus Bernardinus quinq; annos ante in numerum diuorum relatus est, q̄ beatus Vincentius Catalogo sanctorum insciberetur. Verum ad quantum uirtutum cumulum iam deuenisset ex iis, quæ rettulimus, abunde patuit. Sed illud quoq;, quod huiusce rei præcipuum est indicium, silentio prætereundum non est. Erat Ceruariæ, quæ est Cathaloniæ ciuitas. Ad dormientem ibi nocte intempesta uenit dux ipse gloriosus agminis prædicatorii diuus Dominicus, qui eum expergefecit, et ait. Da mihi ut possim tecum paulisper in hoc lectulo quiescere. Volo enim tecum de multis loqui, quæ te oportet non ignorare. Vbi hæc Vincētius audiuit stupefactus, et uix præ lætitia, et rei magnitudine mentis compos inquit. Et quod ullū esse meū tātū potuit meritū, quod te pater inclyte ad me traxerit? Ego uilis homūtio tāto sim cōgressu dignus? et ego præterea i eodē lectulo quiescā?

Arcanum hois et fraudem cognouit.

Vaticiniū de. B. Bernardino.

Att.

Diuus dominicus ad eū uenit.

et hæc dicẽs inde uoluit exilire, et ad eius pedes procumbere, sed diuus prohibuit Dominicus, qui diuinis eum laudibus ornauit, ac hortatus, ut iter inceptum pergeret, asserens magna quidem iam apud deum esse illius merita, ac cum multis uirtutibus sibi esse simillimum, sed imprimis uirginitate, quod quidem donum et cæleste est, et raris contigit, et euangelicæ doctrinæ prædicatione. Multa p̃terea, quæ longũ esset cõmemorare. F. Petrus Muia et alii quidam beati Vincentii perpetui comites, qui contigua habebant illi cubicula tali colloquio expergefacti ad rimas quasdam taciti accesserũt (Nam tabulatis tantum cubicula diuidebant̃) ut cernerent, quinã colloquerent̃. Viderũt igitur quẽdã uenerabili aspectu similibus indutum uestimẽtis cum eo loquẽtẽ, ac locum, ubi colloquebant̃ mirabili splẽdore micantẽ Sed nihil sunt ausi proloqui, nisi postq̃ illuxit. Nam tunc beatum Vincentium adierũt, et per Iesum Christũ, et sanctos angelos eius obtestati sunt, ut sibi diceret, quinam ille fuisset, cum quo nocturnũ colloquiũ habuisset. Qui quidẽ aliq̃diu rogauit, ne se tantũ arcanũ fateri cogerẽt. Sed illi, ut est mens humana inuetitũ magis prona, adhuc auidiores facti non destitere, donec rem omnẽ sibi aperuit. Quanto aũt in honore esset, quantus esset claritatis illius, et famæ splendor, quãta populi reuerẽtia, et ueneratione illũ prosequerẽtur, ex iis, quæ iam dicta sunt, potuit abunde cõstare. Attamen, ut multo adhuc melius unusquisq; cõiecturam facere possit, quædã adiiciemus, quæ id copiosius iudicabunt. Quoties igitur ad aliquam urbẽ ueniebat, tota ciuitas illa ad excipiẽdum honorificentissime illum sese præparabat. Dein uero, ubi propinquare audiebatur, exibant obuiam non plebeii solum, sed et nobilitas omnis, et quicũq; magistratus gerebãt. Omnes præterea sacerdotũ ordines sacris induti uestibus, hymnosq; canentes, ac si apostolum ex ueteribus quempiam excepturi essent. Inclyti quoq; Galliarum et Hispaniarum principes, et reges eundẽ illi honorem exhibebant. Officia huiusmodi et honores ille quidem initio constanter recusauit. Verum, ubi desyderia populorum animaduertit, et ea re uidit, eorum augeri indies magis religionem, et ad dei cultum accendi uehementius, permisit ea fieri, cum magnam inde sequi utilitatem cerneret. Hæc autem omnia ipse ad deum referebat. In tanta uero multitudine clarissimorum uirorum, et principum uili sedens asello uehebatur, uel cœlum suspiciens, uel fixos humi oculos tenẽs. Opifices opera intermittebant, Tabernæ claudebantur, et iustitium erat. Nulliq; alii rei attendebatur, q̃ illi, dum cõcionaretur. Tantus erat ad eum omnium ordinum concursus, ut sua etiam ualitudo multis ægrotantibus impedimento non esset. Vbicũq; autem erat, cessabãt periuria, blasphemiæ, ludi oẽs, ac ioci, fiebatq; in oĩbus mirifica morũ mutatio, ut ecclesiæ priscæ redisse tp̃a uiderẽt. Paup̃tatẽ uõ euãgelicã, quã ille semp̃ cõmẽdabat, et

q̃to honore ac reuerẽtia illum populi p̃sequerent̃ et ueniẽtẽ ad se exciperent.

Ipse in tãto populorum honore uili asello insidẽs uehebatur

diligentiſſime ſeruabat, adeo iter tot eximias illius uirtutes hoíes admirabantur, ut plurimi (ut ante diximus) relictis rebus omnibus illum ſequerentur, Fœminæ quoq; ſeſe monaſteriis includerẽt. Quarum e numero clariſſima fuit Arragoniæ regina. Reges omnes Hiſpaniarum, et Galliarũ, quiq; inſulis imperabant, etiam Pannoniæ rex, et imperator Sigiſmũdus miſſis ad eũ certatim oratoribus impenſe rogarunt, ut ad ſe uenire ne grauaretur, ſignificãtes miro ſe illius audiẽdi deſyderio teneri. Quibus omnibus per tempora ſatiſfecit, Qui magna cum ueneratione obuiam illi prodeũtes in ſuas urbes comitabantur. Idq; præcipue Martinus Arragoniæ rex, et Barchinonæ et in aliis ſuorum regnorum ciuitatibus frequenter fecit. Sed quid chriſtianos miremur principes, quãdo etiã gentiles tantopere illum admirati ſunt? Nam rex Granatæ miſſo legato ſuo uiro in patria religione ſummo, atq; doctiſſimo, cui Machomæ nomen fuit, illũ obſecrauit data fide publica, ut in ſuũ regnum ueniret, ꝙ incredibili teneretur illius audiendi deſyderio. Venitq;, et ſummo cũ honore exceptus ẽ, Liberecq; illi ꝑmiſit (quãq̃ admodum ſuæ religioni, et maiorum decretis id cõtrarium erat) legẽ Chriſti euãgelizare. Non tamen id diutius paſſus eſt. Nam cum cerneret concionibus illius diuinis moueri ſuos, appareretq; plurimos eſſe fidem Chriſti receptuços, metuens, ne ob eam rem forte regno pelleretur, rogauit humaniter, ut abiret. Violãta inſuper regis Arragonũ uxor mulier certe multæ religionis atq; prudentiæ tanta illum ueneratione proſequebatur, ut ſupra q̃ dici poſſit, optaret illius lectulum uidere, ac locũ ubi ſtudebat, et ubi orabat, ſed ab eo id nunq̃ impetrare potuit. Quare alia uia uoti compos facta eſt. Nam Barchinonæ introducta nocte furtim in monaſterium per rimulas quaſdã ea omnia, quæ cupiebat, et ipſum quoq; multo lumine diuinitus circũfuſo aſpexit orãtem hora noctis quarta. Quod ubi uidit rei magnitudine attonita, et ad eos conuerſa, qui ſimul erant, abeamus inquit. Nõ enim ultra fas eſt experiri, qualis, quãtuſq; uir iſte ſit, Et cõfeſtim abiit. Tantæ autẽ autoritatis erat, ut ex Conſtantienſi Cõcilio, quo tempore maximam tempeſtatem (ut ante monſtrauimus) eccleſia dei paſſa eſt, miſſus ad eum a pontifice maximo, et toto Concilio fuerit Cardinalis ſancti Archangeli, et cũ eo duo clariſſimi Theologi, duo itẽ in utroq; iure inſignes illo° ſeculo uiri, ut eius ſententiam ſuper quodam fidei negocio audirent, quod in ipſo Concilio ꝑꝑ opinionũ diuerſitatẽ, quæ rẽ multo difficiliorẽ effecerãt, diſcuti nõ potuerat. Quibus ipſe. B. Vincẽtius et rectũ, et facile reſponſum dedit, et adiecit. Rẽ eiuſmodi facilem ideo nõ potuiſſe in Cõcilio diſcuti, atq; intelligi, cum ibi tot uiri eſſent eruditiſſimi, ꝙ inter eos multi eſſent ellati nimium, ac tumidi. Hortatuſq; eſt, ut mites eſſent, et nihil ſuperbe agerent, ſed ſolũ deum in omnibus reſpicerent, fore, ut omnia illis facilia fierent, et aperta.

Quãto in honore habitus fuerit a Regibus

Euocatᵬ a rege Granatæ.

Card. S. Angeli a Concilio Conſt. ad eũ mittitᵬ

Attᵬ.

Autoritatem uiri sanctissimi maximā fuisse illud quoq; indicat, quod nūc narrabimus. Martinus Arragoniæ rex, cuius supra mētionem fecimus sine legitimis filiis decesserat. Quare, quis illi succederet, non constabat. Hinc multæ clarissimæ familiæ de successione inter se contendebant. In tanta igitur difficultate ex cōmuni litigantium sententia electi sunt uiri decem litteris et uitæ sanctitate clari, quorum sententiæ staretur, ut ille regnum obtineret, cui tradēdum id decem illi iudicassent, E quorum numero fuere beatus Vincētius, et eius frater Bonifacius, qui præcipui terminandæ litis eiusmodi autores, et arbitri fuere. Adde q̄ Martinus, qui in Constantiensi Concilio omnium patrum sententiis declaratus est pōtifex maximus, misit ad eū oratorem quendam uirum clarissimum, cui Antonio fuit nomen, cōcedēs plenam ei ligandi, atq; soluendi potestatem, et mandans, ut tanq̄ ex apostolis unus euangelium prædicaret. In qua re haud dubie declarauit, quanti illum faceret, qualem uirum, et quātum putaret. Sed uiri mirificam sanctitatem, et autoritatē illud quoq; declarat, quod nūc referam. Pars est Galliæ, quam nunc Delphinatum uocant. In ea uallis quædam, quā gens quidem non barbara solum, sed etiam efferatissima incolebat, q̄ multis (quod ad religionem attinet) erroribus infecta flagitia multa adiiciebat, magicas arteis, furta, latrocinia, effrænatamq; libidinem. Multi quidem pontifices maximi clarissimos eo uiros miserant, ut et ad rectum dei cultum allicerētur et tantam uitæ turpitudinem exuerēt, sed nihil profecerant. Missos.n. ad se alios ueneficiis adorti fuerant, alios ferro, ita conatus omnes irriti fuerant. Hæc beatus ipse Vincētius minime ignorabat, attamē clypeo eximiæ fidei armatus eo se contulit consuetam secum trahens cateruam, ut facilius ad pœnitētiam animos pelliceret, Et sancto usus dolo primores gentis statim rogauit, ut se semel tātum audirent, et impetrauit. Vbi igitur semel audiuere, adeo illius oratione demulcti sunt ut audiēdi deinceps facti sint auidissimi. Vide rem mirandam. Paucis diebus tantum profecit concionibus suis, ut ablato illis omni errore, quo tenebātur, uicta et edomita omni feritate mites, ac māsuetos illos reddiderit, et uerum dei cultum mutata prorsus uiuendi ratione, atq; barbarie sic edocuerit, ut præclarum essent religionis exemplum, adeo quidem, ut cum uallis illa, quam incolebant, Pua prius.i. infecta, et immunda gallico uocabulo diceretur, deinceps iubēte beato Vincentio Puta nuncuparetur. Dignam omni admiratione post tot, ac tanta admirabilia rem referam. Fuerat nocte una beatus Vincentius in monasterio quodam, quod non procul Valentia est. Cum inde abiret, ex monachis unus abbatem suum impense rogauit, ut se sineret dies aliquot beatū Vincētium sequi, cuius cœlesti doctrina mirifice delectaretur, sed non impetrauit. Diuinitus factum est, ut post illius discessum editum quēdā monasterii locum

Quātum illi tribuit Martinus quintus pōtifex max.

Efferatissimā barbariem ad religionem traxit.

Vide rem mirandā.

locum ascenderet, et ex eo (mirabile dictu) distantem spatio millium .xl. passuum conuersus in eam partē, in quam profectum audiebat, beatum Vincentium audierit concionantem in uilla, quæ Detollecta dicebatur, et singula eius uerba exceperit, atq; conscripserit, ut ne unum quidem omiserit. Quæ mox ingenti lætitia plenus ad suum abbatem detulit, et ait. En mihi concessit deus, quod abs te impetrare non ualui, et quid egisset narrauit, et scriptum simul ostendit totam beati Vincētii concionem complexum. Legit abbas stuporis plenus, et data opera nunciū misit, ut rem certius nosset, qui retulit uera esse omnia, quæ monachus ille tanta diuisus spatio cōscripserat. Sed nulla uirtus caret inuidia. Nec ulla est tanta, tamq; spectata probitas, quæ detractorem nō inueniat, ut uere cecinerit ille. Sūma petit liuor, perflent altissima uenti. Erat Perpignani beatus Vincentius, ubi cotidie cōcionabatur. Erat ibidem Benedictus pontifex maximus, cuius supra mentio facta est, necnon Sigismundus Imperator, Rex item Ferdinandus, alii præterea plurimi principes, Nam consilia de ecclesiæ cōcordia agitabātur. Quidam igitur impuri homines, atq; deterrimi infensi tantæ uiri sanctissimi famæ, ac celebritate nominis consilium sibi pessimum excogitarūt. Nā cum audissent Ferdinandum regem iudæis iussisse, ut die Dominico ad cōcionem beati Vincentii omnes conuenirent, subornarunt illos perditi homines, atq; maleuoli, ut cum audirent illum aliquid contra iudæos disserētem una insurgerent in eum omnes, ac interpellarent, inclamarētq; peruertere illum testimonia scripturarum, quæ adduceret, atq; omnia confundere. Putabāt enim pessimi homines eam rem, quāq; falsam, apud imperitam multitudinem magnæ ignominiæ beato Vincentio futuram, posseq; illius famam ea ratione plurimum labefactari. Sed eos fefellit opinio. Igitur die statuta uenere Iudæi, ac fecere, quod sibi mādatum fuerat, In clarissimo illo tot principum, ac numerosæ multitudinis consessu. Sed non successit. Beatus enim Vincentius nihil motus eorum temeritate, ac petulantia silētium manu, et uoce indicens sedato pectore illis respondit, Non esse fas, neq; morem, ut interpellentur, qui uerbum dei euangelizant. Eligerent tempus, ubi finem concionandi fecisset, se illis plane esse responsurum libenter, ac ostensurum, uera esse omnia quæ diceret, nec eos recte facere, qui contra ueritatē insurgerent, Interim quiescerent, nec apostolicum munus altercando impedire pergerent. Ita quierunt. Cōstituta hora sunt ad eum reuersi, atq; ita conuicti ut compulsi fuerint (ne longum faciam) ab eo suæ impudentiæ ueniam poscere. Qui uero tantæ impietatis, et audaciæ autores extiterant, infelici non multo post morte consumpti sunt. Simili petulantia etiā usus minorita quidam, dum Tholosæ concionantem eodem modo aggreditur

Att. Nulla uirtus caret inuidia.

Att. Quid egerint Iudæi subornati

Cōuicti iudæi.

Att. ultionē in maleuolos

Att. graues cum ingenti dedecore pœnas luit, Siquidem uix uerba finierat, cũ collapsus est, atq; ita obmutuit, ut nõ prius loqui potuerit, q̃ petita mẽte, quando uerbis minime poterat, a deo suæ impietatis uenia, loqui cœpit. Tunc prouolutus beati Vincentii genibus crimen suum fassus est. Sed et tanta illum ignominia secuta est, sic omnibus cœpit esse inuisus, ut ex ea urbe compulsus sit abscedere. Possem adhuc multa nõ minus memoratu digna, neq; iis, quæ iam narrata sunt, minora contexere, nisi modus historiæ adhibendus esset, quæ pascere debet non saturare, q̃q̃ illustrium uirorum præclara facinora, et res gestæ eiusmodi sunt, ut minima debeãt cuiusq̃ legẽtis animum fatigare. Attamen, quia satis multa iam congessisse uidemur, quæ tanti uiri excellẽtiam, et sanctitatem abunde testari queant, et ea, quæ retulimus tanta sint, ut afferri maiora non posse arbitremur, restat, ut paucis felicem eius obitum explicemus. Cum iam biennium in britannia consumpsisset, ac totam insulam euangelizando peragrasset, decreuerat in Hispaniam reuerti. Nocte igitur intẽpesta ex Venetẽsi urbe asello (uti mos illi erat) uectus iter arripuit, Cũq; multa se millia passuum iam processisse putaret, demum, ubi illuxit, uidit, se ante memoratæ ciuitatis portas esse. Stupuit, et rem mature cõsyderans intellexit dei nutu id esse factum, tanq̃ admoneretur, suæ uitæ finem aduenisse, et non ultra esse progrediendum. Et ad Comites suos conuersus hæc mea requies inquit, Rediitq; ĩ urbẽ, ac multis, quod sibi acciderat, narrauit. Nec post multos dies in grauissimam ualitudinem incidit, Cõuocatisq; comitibus suis declarauit aduenisse tempus, quo sarcina carnis abiecta agnum sequeretur. Quare accersito sacerdote, cui confiteri consueuerat, legem christianis scriptã morituris non prætermit et non delicta confessus est uir innocẽtissimus, sed religionis ritum, ac præceptum seruauit, et plenam absolutionem, cuius rei facultatẽ Martinus illi pontifex maximus cõcesserat, petiit, et reliqua omnia, quæ circa morientes fieri cõsueuerũt. quæ cũ fierẽt hymnis sæpe, orationibꝰ, ac fletu multo lachrymas oĩbus, qui aderãt, excutiebat. Triduũ impẽdit cõmonefaciẽdis q̃ se adibãt, et instruẽdis ad rectũ omnium mentibus, uel confirmandis in uia, quã bienniũ in ea insula monstrauerat. Quã uero serii, q̃ efficaces, q̃ diuini fuerint sermones illi, unusquisq; facere coniecturam potest, qui non ignorat ea, quæ de uiri sanctissimi Concionibus, uita, et moribus hucusq; memorauimus. Pauca tamen de multis referram. Vbi per urbẽ uulgatum est illũ grauissimis æstuare febribus, tota ciuitas commota est, et quanti uirum sanctissimum faceret, extremo etiam hoc tempore declarauit. Venit igitur ad eum urbis episcopus, uenit magistratus, ac tota fere nobilitas, quos ad se ingressos, ac benigne salutatos in hunc ferme modum est allocutus.

Att. Quid illi acciderit dũ egredi Britanniã temptat.

B. Vincẽ. ægrotat.

BENE HABET, VIRI VENETENSES, VITAE meæ finis aduenit, ac messis tempus. Pius.n.redemptor me uocare dignatus est, ac longæ peregrinationi meæ finem statuere, ut optatum mihi, et quæsitam diu mercedem exoluat, et quod gaudere debetis, uoluit apud uos maxime corpusculum hoc meum quiescere, cuius rei manifestum illud indicium fuit, ac testimonium, q cum mihi captum esset consilium in Hispaniam redeundi, et iter iã essem ingressus, huc me reuexit ille, atq; hic cõsistere uoluit. Qui si me in locum æternæ felicitatis (ut spero) admiserit, precatorem me uobis, apud illum perpetuo spondeo. Sed ea uobis tenaciter memoria retinenda sunt, ad quæ uos toties hortatus sum, ut deum timeatis, et eo cultu uenere mini, quo christianos decet, et pacis, atq; cõcordiæ amatores sitis. Hæc paucis omnia complectuntur, quæ per totum bienniũ hãc prouinciã peragrãs identidem populos edocui. Quæ quidem si adimplebitis, nec ego uobis ulla in re sum defuturus, Nec difficilem uestris precibus deum experiemini. Ego (quod ad me attinet) decimo die ab hac uita sum discessurus. Non dici posset, quantus repente mœror omnes inuaserit, q̃ ubertim flere cuncti cœperint. Nec ii solum, qui aderãt, sed etiam tota ciuitas ita commota est, ut solent non uisuri ultra optimum parẽtem optimi filii. Nullus ubiq; alia de re sermo erat, Vna erat totius ciuitatis facies. Vbiq; gemitus, ubiq; lamenta exaudiebantur. Sed inter hæc uiri eximiæ laudes, et præconia non tacebantur. Alius omni admiratione dignam austeritatem uitæ, ac sanctitatem Alius eximium doctrinæ, ac sacrarum thesaurum litterarum extollebat. Alius diuinam concionum uim, atq; facundiam, et prophetiæ memorabile donum admirabatur. Alius miracula ingentia, et prope innumerabilia commemorabat, quoq; magis laudabant, re magis laudandi ardor crescebat, idq; omnes certatim faciebant. Neq; eorum prorsus quisq̃ (et si immenso afficerent amore) in his, quæ de tanto uiro, utpote, omniũ uirtutũ exẽplari fama uulgarat, falsus habebat. Inter hæc, qui Venetẽsi reipublicæ præerant suspicati aliquod subortiturum de illius sepulturæ loco certamen, eum interrogarunt, quem ipse locum sibi ad hoc eligeret. Respodit ille nõ solere Christi seruos talia curare, quorum in æterna fœlicitate sibi sedes mãsuras præparare potius interest, attamen, nequa forte lis oboriatur, curam inquit huiusce rei Venetensi Præsuli, et Britanniæ Duci mando. Aequũ tamen foret (sicut mihi uidetur) ut monasterio prædicatorum, quod in hac prouincia huic urbi uicinius est, quando hic nullum extat, cura huiuscemodi relinqueretur. Dies uenerat decimus, quem esse obitus sui diem prædixerat. Petiit igitur sibi euangelium quattuor Euangelistarum legi, in quo Christi passio memoratur, et septẽ psalmos, qui pœnitẽtiales ap

Att. Orationẽ B. Vincẽ. in ultima ægritudie ad ciues.

Obitũ prædixit.

Att.

Ciuiũ mœrorẽ ac uoces.

Att.

pellantur, cum letaniis. Quæ ubi peracta fuerunt mire exhilaratus iunctis ac sublatis in cœlum manibus, et oculis felicem efflauit animã. Tanta uero diffusa est repente diuini odoris fragrantia, ut nihil suauius unq̃ nares cõtigerit, Visamq; esse tanq̃ uolucrium candidarum eodem momento memorant numerosam multitudinẽ cubiculum eius ingressam, quam quidẽ fuisse cœlestium ciuium, et angelorum cateruam minime dubitandum est cœlo delapsam, ut sanctissimam exciperent animam, et ad superas euolantẽ sedes comitarentur. Erat tum forte in eadem urbe clarissima fœmina, et eximiis ornata dotibus, et præcipua religione insignis Britanniæ ducis uxor, quæ beatum Vincentiũ singulari ueneratione prosequebatur. Hæc illi, dũ corpus ex more lauandum esset, pedes lauare ipsa uoluit, et, qua fuerat ad id usa ministerium, aquam (uti res sacrosanctæ solent) multo cum honore seruauit, donec spatio temporis consumpta est, Quæ non solũ non corrupta est, sed et suauem admodum odorem, q̃diu fuit, conseruauit. Dux aũt ipse Britanniæ parari iussit exequias, quales tum amplitudini suæ, tum beati Vincentii meritis cõueniebant. Conuenere autẽ ex tota fere prouincia nõ solum ab ipso duce conuocati, sed etiam spontanea multitudo ingens audito clarissimi uiri, atq; sanctissimi obitu. Tanto autem uisendi sancti illius cadaueris desyderio tenebantur omnes, ut ob confluentem multitudinem necessarium fuerit, in tertium diem exequias differre. Lõgum foret cuncta recensere miracula, quæ interim contigere. Quacunq; tenerentur ægritudine, qui sacrum corpus tangebant, continuo sanabantur. Eadem uero facies, idem illi permansit color, qui fuit, quando ex corpore sanctissima migrauit anima. Tertio demum die sepultus fuit in ecclesia Venetensi primaria. Quanto autem id factum cum honore fuerit, unusquisq; ex iis, quæ modo diximus, facere coniecturam potest.

Odor suauiss. in eius egressũ a corpore.

Att. Officia uxoris ducis Brit. i corpus. B. Vincentii.

Cõcursus ingens populi.

OBIIT AVTEM BEATVS VINCENTIUS NONIS APRILIS Anno ab aduẽtu Christi. MCCCCVIII. Aetatis suæ. LXXV. Clarus hodieq; plurimis, et eximiis in toto orbe miraculis.

EXPLICIT VITA BEATI VINCENTII PER IO. ANTONIVM FLAMINIVM FOROCORNELIENSEM EDITA.

LEANDER ALBERTVS ORD. PRAEDIC. IO. ANTONIO FLAMINIO SVO S. D.

IACYNTHI uitam ſcripſimus uiri ſanctitate, et eximiis dotibus inſignis, quam edituri propediem tuo nomini nuncupandam duximus mi Io. Antoni litteratiſſime, non ut pignus eſſet, aut teſtimonium ſummi amoris erga te mei, Neq; enim aut pignore, aut teſtimonio noſtra neceſſitudo eget, quæ tãta qdẽ ẽ, ut augeri ultra nõ poſſe putem, Sed ut cæteri ſcirent, quanti te facerem, et quãto te amore proſequerer omnis ætas intelligeret. Quod nulla re melius, aut efficacius, q̃ litterarum monumentis effici poteſt. Leges igitur Hiacynthũ meum immo et iã tuum, quo ſoles uultu cætera, quæ ad te mittimus, Et ſcio non ingratã tibi fore lectionem. Eſt enim mirificum uitæ exemplar, et ſanctitatis eximiæ ſpecimen. Quod tu facile cũ legeris fatebere, Qui mihi tum tuũ demũ placere incipiet, cũ tibi placuiſſe cognouero. Vale. Bon. prid. kal. mar. MDXVI.

B. IACYNTHI POLONI OR. PRAED. VITA PER LEANDRVM, ALBER. BONONIENSEM EDITA.

IACYNTHVS ex oppido Poloniæ ſaxo nobili ſtemmate originem duxit. Is quidẽ ætatis ſuæ initio bonis præceptoribus traditus eſt erudiendus, et tantum profecit, ut breui condiſcipulos, ac coætaneos in litteraria paleſtra plures ſuperauerit. Erat ei ſanguinis uinculo coniunctus Iuo Cracouienſis Antiſtes uir uenerandus, cuius iuſſu ſacris iniciatus, canonicatũ in eccleſia Cracouiẽſi accepit. Quod ubi fecit prudentiſſimus Antiſtes perpendens ſacerdotes ſine litteris eſſe cæteris ludibrio et ſibi ipſis opprobrio, ne tanti iuuenis animus uileſceret, aut in deliciis cõſtitutus obrueretur ſegnitia, eum duxit in Theologia inſtituendũ, ut procedente ætate, quod ſibi ex officio incumbebat, peragere poſſet. O utinam noſtris temporibus, omnes ſancti eius Antiſtitis ueſtigia ſequerentur. Nõ enim tantarum litterarum penuria apud ſacris initiatos eſſet. Quinimmo et ſeſe, et alios plene de ſacra ſcriptura inſtruere poſſent. Exaudiẽs Iuo Hiacynthũ in theologia multum profeciſſe, continuo ad ſe reuocauit. Et uiſa eius doctrina cum modeſtia, ac morum honeſtate coniuncta, qua præ aliis pollebat, ultra q̃ dici poteſt eum amare cœpit. Quin ea die anxius erat et ſolicitus, qua illum uidere non poterat. Forte ea tempeſtate Iuonem Romã perſoluendi uoti gratia petere oportebat, qui inter cæteros Hiacynthum ſeligens ſecũ duxit. Iiſdẽ diebus, Romæ Diuus parẽs Dominicus corã Iuone ac pluribus aliis uenerãdis uiris Neapoleonẽ ſuis precibus a morte ad uitã

Art.

Iuo Antiſtes.

Att. reuocauit. Qua re tanta admiratione Iuo captus fuit, ut protinus sanctũ patrẽ colere ac obseruare cœperit, et eius familiaritate plurimũ uti. Tũc.n. parẽs Dominicus Romæ agebat, flagitãs ab Honorio pont.max.ordinẽ a se incohatũ prædicatorũ approbari, atq; dipplomatibus apostolicis ornari Qđ et assequutus ẽ dei beneficio, et parẽtis eius beatissimæ uirginis interuẽtu, prout in uita eius latius dictũ ẽ. Igiť Iuo sancti uiri captus dulci cõsuetudine, enixe beatũ patrẽ rogabat, ut dignareť fratres aliquos Poloniã mittere, quorũ gratia et exemplo, per prouinciã cœnobia extruereñt. Pater uero Dominicus se ei morẽ gesturũ dictitabat libẽti aĩo, si fratrũ copia suppeteret, Quare se angi plurimum affirmabat, eo qđ eius petitioni, ac uoto satisfacere nõ posset, Tamẽ ipse iuuenes probos proferret, siquos ipse haberet, quos sanctæ cõuersationis uestimẽta oblectarent, et eos imbutos sanctis moribus penes se et nutritos breui admodũ tẽpore illuc pro desyderio mitteret, quo fieret, ut uoti compos eẽt. Porro præclarus Antistes cõsilio illius

Att. usus, ex omni familia sua, tres iuuenes morũ honestate pollẽtes delegit, uidelicet Hiacynthũ, de quo uerba facturi sumus, Ceslaũ, et Hermanũ Theutonicũ, iuuenes utiq; raros, et tãta ꝓuīcia dignos, credidıtq; uiro sanctissimo Dñico, ut sub eius magisterio erudireñt in his quæ ad dei cultũ, et religiõis augumẽtũ attinerẽt. Quos beatus pater lætabũdus suscipiẽs, toga prædicatoria induit, ac secũ ꝑ ãnũ distinuit, ut lenitate, charitate, pauꝑtate, ac cæteris uirtutibus ornatos post ãnũ, Poloniã iuxta sancti Antistitis uotũ mitteret. Igiť eo tp̃e elapso, cum satis in sancto ꝓposito cõfirmati, uidereñt, inq; sancta cõuersatiõe plenissime eruditi, efflagitãte Iuone placuit uiro dei Dominico, Hiacynthũ, Ceslaũ, cũ Hermano Cõuerso Poloniã mittere. Qui accepta sancti uiri benedictione, in noĩe domini nostri Iesu christi iter arripuere. Cõtigit eos per Germaniã trãsire, et in Frizascẽsi urbe cõcionari cũ

Ceslaus et hermanus

Cõcionati B.hiacyn. cœpit. tãto cõsensu et populi fauore, ut protinus cõpellereñt ibidẽ a populo cœnobiũ cõstruere, et illud amplissima sacerdotũ et sacris initiatorũ multitudine repleri. Id factũ est intra mẽsiũ sex spatiũ, quod pene miraculo adscribi põt. Quos cũ ingẽti gaudio ꝑ eos receptos moribꝰ, et ord. nostri institutis ĩbuere. Dein relicto ibi Hermano Cõuerso, Cracouiã, ut patris Dominici iussa cõplerẽt, petierũt. Vbi cũ sũma oĩum lætitia, et plausu populi tũ cleri excepti, in ædẽ sanctissimæ trinitatis, iuxta litterarũ apostolicarũ tenorẽ, et uota sancti antistitis Iuonis collocati sũt. Cœpit demũ oĩs ciuitas, seu nouitate rei (ut fit) seu magis sanctissimis moribus et doctrina uiri dei Hiacynthi et Ceslai capta ingens Cœnobium ponere, ueluti præsagiens quod futurum erat, uidelicet plurimos ad sanctum religionis apicem peruenturos. Quod rei postmodum euentus plenissime docuit. Erectis ædibus, ut ibidem inhabitari posset, cœpit Hiacynthus uitam asperrimam, ac prorsus durissimam agere. Quippe a parẽte Dominico uiuẽdi formulã acceperat.

Erat animo pariter et corpore mundus, corde lenis, puritate nitidus, et mira præditus charitate. Sed ut unico uerbo omnia explicem, Hiacynthi uita omnium uirtutum exemplar fuit. Atqui tāta charitate præfulsit, ut alienas calamitates ceu suas defleret, et ad deum optimū maximum pro illis preces emitteret. Templo pro cubiculo utebatur, nec certum locū ad quiescēdū habebat, sed aliquando lassa membra ubi se inueniebat, in terrā collidebat, quieti aliquātulum uacās. Noctibus singulis funibus nodosis corpus tundebat. Sextam feriam, et beatissimæ uirginis Mariæ, ac apostolorū uigilias, dūtaxat pane et aqua celebrabat, Desidiæ ac inertiæ hostis acerrimus. Quippe aut litteris, aut concionibus, uel audiendis sordidorū hominum improbis gestis, pro impunitate a domino suorum criminū impetranda, uel orationibus operam dabat. Visebat libenter ægrotos, ac suis dulcissimis colloquiis subleuabat. Verū de moribus hactenus. Quum aliquando in uigilia Assumptionis beatissimæ Mariæ ante arā positus ingenti cum affectu tantam celebritatem diei meditaretur, et totus lachrymis perfusus anhelaret ad illam fœlicē ac cœlestem domū, ut perfrui tantis gaudiis aliquando posset, euestigio conspexit e cœlo prolabi lucem ingētem super aram, cuius in medio Reginā cœli sibi dicentē collocatam uidit. Macte uirtutis esto Hiacynthe, et lætare, eo ꝙ tuæ a filio meo et a me exaudiunt̄ ꝑces. Qđ enim petēdū duxeris me interueniēte cōsequere. Cōtinuoq́ꝫ ī cœlū sese recepit. Cuius in recessu tanto cōcentu ac tam dulci harmonia Hiacynthi aures oppletæ sunt, ut uix enarrari posset. Exinde tantam in deum fiduciam sumpsit, ut minime se incassum aliquid ab eo petere posse arbitraretur. Huius rei seriē semotis arbitris, Floriano et Godino sociis narrauit affirmans dei Matrem præcipuā patronam esse fratrum prædicatorū. Aliquādo cōtigit ipsum iter habere Proniū, eiusmodi enim loci nomē ē. Erat aūt mediū intersecās iter flumē, quod phasello traiiciebatur. Tū forte intumuerāt aquæ, In citeriore igit̄ amnis ripa cōsistēs, animaduertit in ulteriore turbā uirorū ac fœminarum, quasi quēdam in medio tenentē. Admirabat̄ plurimum sane, et quid subesset causæ nesciebat. Igitur trāsmisso amne comperit multitudinē illā adulescētē quēdā aquis obrutū deplorātē. Ast ut animaduertit uita functi mater Hiacynthū adesse, missis cæteris, ad pedes eius ꝑuoluta supplex efflagitabat ut ad uitā filiū reuocaret. Hiacynthus uero sciscitabat̄ qua hora filius naufragio perisset, ut cognouit ꝙ pridie perisset, et tūc primū ex aquis eductus fuisset, habuit orationē ad deum, Et ad matrē cōuersus ait. Bono esto mulier aīo, Et adolescētis apprehēdēs manū, Petre inqt (id. n. illi nomē erat) Xp̄s dn̄s noster, cuius gloriā prædico intercedēte beata uirgine matre te ad uitā reducat. Nec mora q fuerat mortuus reuixit corā toto illo uirorum ac mulierū cœtu. Et matri Falissiauæ mulieri nobilissimæ reddidit incolumem. Prādeta nobili genere matrem habuerat paralyticam, quæ nulla

Att. Formulā uitæ. B. Hiacyn.

Att. uisionē. b. Hiacyn.

Att.

Mortuum ad uitā reuocauit.

medicorũ ope sanari potuit. Is uero ingẽtem pecuniam medicis exoluerat, ut matre eo morbo liberaret, sed nihil profecerat. Cupiẽs autẽ filius matri solatiũ aliquãdo præbere, nihil omittebat, quod speraret ei posse prodesse. Forte audierat Hiacynthũ uirũ dei morbos ægrotantibus depellere, quod

Miraculũ

ubi cognouit, nõ negligens sollicitus de matre, Cracouiã deduxit, sanctoq; uiro obtulit, impẽse rogãs sibi sospitẽ illã reddi dicens. Hiacynthe ecce matrem filiam tuam sic paralysi dissolutã, ut nec recte, etiã loqui ualeat, quæso ut pristinæ sospitati restituas, quo humano adminiculo haudquaq̃ fieri posse hactenus expertus sum. Tunc uir dei misericordia motus inquit. Filia dominus noster Iesus Xp̃s te a morbo liberet, quo premeris, et usum tibi linguæ restituat. His dictis continuo sospes facta est, et linguæ usum cũ cæteris membris integrum recepit. Mulier grauissime ægrotãs, et iam desperata salute precibus obtinuit ad se deduci uirum sanctum Hiacynthũ. Cui uim morbi, quo capta erat aperiens, rogabat ut se manu tangeret, sperans se illico sic sospitem reddi posse. Vt erat Hiacynthus ad commiserationem

Item aliud miraculũ.

pronus, ægrotanti opem ferre cupiens, prius oratione ad deum emissa manũ illius caput contingẽs, mox eã incolumem dimisit. Porro uir dei Christi uestigia sequi cupiens, posteaq̃ iam sat Iuonis Antistitis uenerãdi uotis fecisse animaduerterat, Ceslaum in Bohemiam misit, ut sacrum uerbũ euãgelizaret. Qui imperata propere perficiens in Praga urbe cũ Hieronymo socio ita egit, ut post non multos dies Cœnobiũ cum æde diuo Clementi dicata, pro patribus prædicatoriis ædificaret. Deinde Vuratislauiã peretẽs in honorẽ diui Adalberti Cœnobiũ aliud extruxere, quo Ceslaus miris coruscãs ꝓdigiis, in domino quieuit. Hiacynthus uero ĩ orietalẽ ꝓgrediẽs plagã uitæ uerbũ indefesse disseminando, qđ apprime callebat, peruenit Visegradũ Musouiæ urbẽ. Præterfluebat siqdẽ urbẽ amnis, ad quẽ cũ deuenisset cũ sociis, nec transmitti posset absq; lintre, nec lintris copia esset, admonuit socios ut diuinam opem precibus exposceret. Cũ igitur aliquãtulũ orasset,

Aliud miraculũ.

extenso palio super aquas, primus omniũ intrepidus supergrediẽs, cohortatus est socios ut idem fidenter facerent. Sicq; super palio ueluti super naui amnẽ transmisere illæsi. Quod ubi in urbe uulgatũ est, accurrunt ciues rem admirantes, et uirum dei ingenti cũ honore in urbẽ introducũt. Illinc exiens adiit Chion, habẽs itineris comites Godinũ, Florianũ, et Benedictũ, uiros nostræ religonis toga indutos. Ibiq; per quadrienniũ permansit docendoq; et concionando, miris coruscauit prodigiis. Quo factum est, ut Templũ erigeret Beatissimæ uirgini Mariæ, quo possent patres prædicatores inhabitare. Eo itaq; temporis interstitio immẽsam sacerdotũ ac laycorum cateruam sanctæ conuersationis toga induit. Initio uero quinti anni Cracouiã repetiit, dimisso Chion uiro uenerãdo Godino, Sed diuertẽs per

Gaduſriam et uerba uitæ diſſeminās, uerbaq; miraculis cōfirmās, plurimos ad ſanctæ conuerſationis habitū ſummēdū impulit. Quapropter ædibus cœptis extrui, relicto ibi Benedicto tandē Cracouiam cum Floriano peruenit. Poſteaq̄ Cracouiā reuerſus eſt, Clemētia mulier cordata nobilis genere, nobiliorq; moribus ex uico Coſeler (ut uulgari eorū utar uocabulo) forte Hiacynthū uirum uenerabilē relaxandi parūper animi gratia ad ſuburbanam uillā inuitauerat, Cognouerat eum uigiliis et ieiuniis nimis attritū ut reforcillatiōe corporis nō modica indigeret. Annuit Hiacynthus, et die dicta ad locū conſtitutū ueniēs ſegetes paſſim grādine tactas offendit. Forte proxima erat meſſis. Porro .xiii. kal. Aug. hoc accidit. Igitur ad Clemētiam triſtis ea de cauſa peruenit. Quæ prolapſa ad pedes ſancti uiri, deflebat propriā, et aliorū calamitatem. Vt uero uulgatū eſt per uicū aduenifſe uirum dei, miſſis omnibus prouoluti ad pedes eius flētes, ut ſe in tāta calamitate adiuuaret eum obſecrabant, atq; obteſtabanť. At uir dei in fletū et ipſe prorumpēs, illorū miſeratus ſortē, iuſſit eā noctem illos inſomnē ducere, deumq; precibus fatigare, quod et ſeſe facturū ſpopondit. Qui dicto famuli dei audientes, poſtq̄ illuxit, ſegetes obtritas pridie a grādine, quantū ad ſuos agros ptinebat, in priorē reſtitutas inuenerūt ſtatū, ac ſi nullā grādinis uim paſſæ fuiſſent, finitimorū uero, prout grandine obrutæ fuerant, iacentibus. Qui animaduertentes diuinā clementiam, deo et ſancto uiro gratias maximas egerūt. Aliquādo uenit Felix Gruſonia nobilis mulier ſterilis (porro annos uiginti cū cōiuge egerat, nec filiū tulerat) cum fletu rogās ut deū precaretur, ne perpetuo ſterilis eſſet, ſed ut deus illi filiū elargiretur, ne obprobrio tādiu marito foret. Coniunx enim angebať carens filiis, cum abūdaret diuitiis, de herede ſolicitus. Aſt uir uenerandus uade inquit filia, et pedē referas domū, nec uerearis, q̄a filiū habebis, quo uiri īſignes originē ducent, tā præſtātes diuitiis, et uiribus, q̄ in eccleſia præſidētes. Haud falſus uates fuit. Quippe et filiū tulit, et uiro ſancto gratias immēſas agēs portauit ex quo ingēs uirorū præſtantiſſimorū caterua deriuauit. Accidit aliquādo quēdam locū concionādi gratia petere (cui Caſtro nomen eſt) et ad pedem perueniēs montis offendit Vitoſlanam mulierē cordatam ī biga duos natos cæcos educētē, quos luce orbatos ante .vii. ānos peperat. Quæ ut uidit ī Hiacynthū adeſſe cognouit, mox e biga deſcēdēs, humiq; ad eius genua prouoluta, filiis ante pedes eius poſitis, lachrymās inquit. Eya uir dei, En ego infelix luce priuatos iam ſeptem annis hos natos enixa ſum, fortunæ ludibrium. Quāobrem rogo, teq; obteſtor, ne patiaris hac calamitate me deinceps uexari. Hoc efficies, ſi fueris deum precatus. Te enim rogāte, non dubito fore, ut filii mei lucē conſequanť. Porro Hiacynthus mulieris uerba exaudiens, deflens præſentē illius ſortē, maxima fultus in deū fiducia

Atť.

Mirabile. de ſegete.

Atť.

Miraculū de muliere ſterili.

Cæcis duobus uiſum reſtituit.

Act. cæcos tetigit dicens. Dominus noster Iesus Christus, qui cæcũ natũ illumi nauit, ipse uobis beneficiũ oculorũ impendat. Simulac signo Crucis illos muniuit, e uestigio uidẽtes dimisit. Pribislaba nobilis matrona et uidua ex uico uulgo dicto Scenita, filiũ Vislaũ unicũ sibi Cracouiam ad sanctũ uirũ præmisit, ut exinde ad se educeret. Fũcta legatione Vislao, Hiacynthus inquit. Præcede fili præcede. Ego. n. mox te subsequar. Igit̃ adulescẽs uiri dei dicto audiens progreditur. Forte itineris medio præterfluit fluuium uulgo dictũ Raba, Quod ea nocte siue imbribus, siue niuiũ resolutione, ultra consuetudinem, ad summũ excreuerat. Qui adnitẽs trãsire, nõ aquarũ uim formidans, cũ armigero, ex equo aquarũ ui deiicitur, obruiturq; aquis, uix armigero euadẽte. Mater uero prodẽte puero filii miserãdam sortem audiẽs, illico pluribus matronis sociata, ad amnem accurrit, deplorans suam, ac filii ingẽtem fortunã. Hiacynthus iter cœptũ prosequens fasello amnẽ cũ

Act. Clemente socio traiecit, totus admirabũdus unde tot matronarum caterua illuc clamantium aduenisset. Ast Pribislaba Hiacynthum adesse iam animaduertens, concito gradu ad pedes eius prouoluta, Heus inquit Hiacynthe tua causa filium amisi unicum. Quo me uertam misera? Quæ coniuge et filio simul orbata sum. Igitur senectutis meæ unica spes, unicum præceptum est solatium. Obsecro, obtestorq; te ne me in tanta calamitate positam deseras. Ast Hiacynthus uir Dei lachrymans, paululum e uia digrediens, flexis genibus deum impense rogauit ut infelici matri opem ferret.

Attende Qualiter adulescẽtẽ ad uitã reuocauit. Eo itaq; ab oratione surgente, ecce contra aquarum impetũ adulescẽtis cadauer ad amnis ripam applicuit. Et eo ab aquis educto, occurrens cũ omni multitudine mater ad pedes Hiacynthi inclamare cœpit. Reddidisti uir sancte mortuum, et uiuum restitue At uir dei ad corpus accedens. Fili inquit Vislae, Dominus noster Iesus Christus, cui omnia uiuũt, ipse te uiuificet. Vix uerba finierat, et ecce mortuus reuixit. Igitur Hiacynthus uir uenerandus, post labores maximos, quos pertulerat in uinea domini sabaoth, post ingentia signa per ipsum edita, diuina tãdẽ dulcedine illectus, toto mentis desyderio exæstuabat, cupiẽs hac molle carnis solui et esse cũ Christo. Quare in oratione positus, deuotissime efflagitabat uotũ suũ expleri a patre misericordiarũ. Exaudiuit quippe eũ dominus, et sibi uitæ terminũ intimauit. Quare die postero, qui fuit dies diui Dominici festus, i ægritudinẽ incidit, qua cognouit, uitæ suæ finem aduenisse. Inualescẽte itaq; ui morbi in uigilia Assumptionis beatissimæ uirginis Mariæ iussit acciri quotquot aderant seniores in cœnobio Cracouiensi sicq; e grabato uerba fecit. Ego filii charissimi domino me uocãte die crastina uos deserã. Igit̃ quæ ex ore parẽtis Dominici audiui, tãq̃ hæreditario nobis iure relinquo. Primũ ut cordis lenitatẽ, animiq; mãsuetudinẽ seruetis, dilectionẽ, ac mutuũ amorẽ ãplecti

Verba hiacynthi in ultia ægritudine.

mini sequaminiq; paupertatem. Hoc enim testamentum est æternæ hære/ditatis. His dictis côticuit. Postero die deuote officio reddito (quas canonicas horas appellant) fultus ecclesiæ sacramentis, astantibus omnibus fratribus, flentibusq; et ad deum porrigentibus preces, erectis in cœlum luminibus, prorumpensq; cum lachrymis in illum psalmum In te domine speraui nô confundar in æternû, cû dixisset In manus tuas domine cômêdo spiritû meû, mox spiritû efflauit. Et deductus est ante deû sanctorû ministerio angelorû, quorû côsuetudine adhuc in humanis agês, sæpe recreari solebat, quo æterno æuo frui cû sanctis oîbus licet. Vita functus est sanctissimus pater Hiacynthus anno domini. Mcclvii. Idibus septembris, hora ferme nona. Tâtus aût oês q aderât luctus inuasit, ut ex iis nônulli præ dolore, parû animi côpotes clamorê extollerêt. Postq̃ illius mortê fama uulgauit, incredibilis repête Ciues plebêq; Cracouiêsem omnê adeo luctus occupauit, ut nullus a lachrymis temperauerit. Côcurrût, et undiq; uirorû ac mulierû agmina, et ad sancti uiri corpus côfluût, uisendi uel tâgêdi gratia. Funus eius Prâdeta Cracouiêsis antistes uir Ven. cû omni multidine ciuiû et plebis îgêti cû luctu celebrauit. Ea ipsa die adulescês equo euectus î câpo sancti Floriani (sic eû locû uocât) Zaglichæ filius, incaute agitâs equum, in terrâ prolapsus, mortê obiit. Vt uero Zaglicha et Florêtia eius parêtes intellexere, filii accepto cadauere, maximo cû luctu, multitudineq; ciuiû comitâte et colachrymâte, ad sepulcrû detulerût Hiacynthi, exposcêtes precibꝰ eius a deo sibi filiû uiuû restitui. Nec mora, Post horæ spatium, adulescês mortuus repête reuixit, incolumis absq; ullo uulneris stigmate, asserês in cœlû se cû Hiacyntho fuisse deductû. Pro restituto ad uitâ filio, parentes deo et Beato Hiacyntho gratias immensas agêtes, domum sunt regressi cum ingenti gaudio. Venerandus Antistes Prandeta celebrato sancti uiri funere, Templum Diui Santislai ingressus est. Ibiq; ante aram beatissimæ uirginis Mariæ procumbens, fessus labore, aliquâtulum leui admodum somno captus est. Putauit se iuuenes quosdam uidere tunicis albissimis indutos, binos chorum ingredi, duosq; præclarissimos uiros subsequentes, alterum pontificali thyara præditum, prædicatoria toga alterum indutum candore scapulare et tunica immenso fulgentibus, duabusq; redimitum coronis, et rei insolitæ processum admiranti sibi, dixisse Pontificem, Sum Santislaus Antistes, et quê mecum cernis fratrê, Hiacynthus est ex ordine prædicatorum, corona doctoratus, et altera corona uirginitatis ornatus, Quem hac gaudebunda beatissimorum societate spirituû, in illam perpetuam ac felicê uitâ, qua frui licebit deo æterno, deduco, moxq; Santislaû incepisse dulci ac alta uoce illud eulogiû, Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine, et sanctis illis spiritibus prosequêtibus, cû magno fulgore, scâdisse cœlû cû beato Hia

Act.

Act.
Miraculû

Act.
Visionem
Prandetæ
antistitis.

cyntho. Quo facto euigilãs Prãdeta, ad cœnobiũ pdicatorũ accedens, seriẽ uisionis corã fratrũ, sacerdotũ, ac ciuiũ imẽsa multitudine nõ sine lachrymis narrauit. Bonisflaua nobilis fœmina ĩ monasterio uulgo dicto zeuuez renugh, quo ultra annos. xl. deo famulata fuerat apprime. sanctũ uirũ colens, ipsa die orãs, leui capta somno, uidit e cœlo supra pdicatorias ædes, ĩgẽs lumẽ descẽdere, magno sanctorũ spirituũ agmine circũfusum, illos beatissimam uirginẽ pulcherrimã sequẽtẽ, secũ quẽdã præclara prædicatorũ toga insignitũ ducẽtẽ. Porro Bonisflaua (ut fit) facta perquirẽdi auidior, quinã esset tãtus ille comitatus, uirginẽ illã speciosissimã pcũcrata ẽ, quænã esset, Respõdit illa, se misericordiæ matrẽ esse, et illũ, pdicatorũ uestimẽtis idutũ, esse Hiacynchũ, quẽ in cœlũ deduceret. His uero dictis cœpit psallere beata parens dulci, ac suauissima uoce, Ibo ad montẽ myrrhæ, et ad colles libani, sanctis illis spiritibus prosequẽtibus, cũ beato Hiacyntho, Qui cũ immenso lumine, cœlũ ingredi uisi sunt, ad illã æternã dulcedinẽ perfruẽdã. Eremi cultor noĩe, ac re bonus, captus desyderio uisendi Hiacynthi sepulchrũ (forte fama cognouerat miracula et ingẽtia meritis eius edita prodigia) ex mõtibus Pãnoniæ, Cracouiã petiit. Templũ ingressus, quo sancti uiri corpus iacet, obtinuit a præsidẽte Cœnobii, posse ad eius pernoctare sepulcrũ. Igit orationi miro quodã mentis ardore insistẽs, tres radios mira claritate e cœlo emitti, ac sup tumulũ Hiacynthi aperte uidit, unũ ad caput, alterũ ad pedes, tertiũ ĩ mediũ iaci. His aũt uisis illico Hieronymũ et Florianũ æditũos acciuit, ut lucẽ e cœlo intuerent demissam. Cõtinuo uenere illi, et diuinam cernẽtes lucẽ, in terrã pcidẽtes uenerati sũt, et deo gratias egerũt. Alia qdẽ multa ad eius tumulũ pdigia cõtigerũt, Nã et Margaritæ usus linguæ, manuumq; paralysi dissolutarũ, restitutus ẽ. Emisso uoto filius unicus militis cuiusdã ydropicus, et humano adminiculo destitutus, despata ẽt uita, pristinæ sanitati e uestigio restitutus ẽ, deductusq; a patre ad B. uiri sepulcrũ, uti pater ipse promiserat gratias illi egit. Alius similiter febribus correptus, uoto emisso, liberat. Mortuũ ex crapula filiũ Andreæ, inuocato sancti uiri patrocinio, matri uiuũ reddidit. Agatha Comitis Zegothæ arcis Cracouiẽsis præfecti, p pedissequa, cuius pene uita desperata erat, febribus grauissime laborans, Hiacynthũ rogauit, pmittẽs sepulcrũ eius se muneribus donaturã nõ multopost astitere duo uiri pdicatorũ habitu induti circa cubile puellæ febribus exæstuãtis, quorũ senior puellæ ait. In me respice. Sũ enim Hiacynthus, pro sanitate tibi restituẽda, a domina tua inuocatus. Itaq; in Christi Iesu noĩe surge, et deo gratias age, Illicoq; puella incolumis, euanescẽte Hiacyntho cum socio, surrexit. Emisso uoto a nobili quadã matrona pro filio morti appropinquãti, e uestigio sospes regressus ẽ. Lõgũ esset si uellẽ cuncta cõplecti. Sed hæc ad testãdã uiri clariss. sanctitatẽ sufficere possunt.

Visio bonisflauæ.

Att.

Tres radii uisi super eius sepulcrum.

Miracula B. Hiacynthi post obitũ

QVORVNDAM VIRORVM ILLVSTR. AC SANCTITATE FVLGENTIVM EX ORD. PRAEDIC. VITAE PER LEANDRVM ALBERTVM BONON.

m ATTHAEVS Gallicus uir ſcientia clarus, et moribus ornatus parentis Dominici iuſſu, fratrum ſuffragiis, in præfectum totius ordinis prædicatorum delectus fuit. Quem uocarunt Abbatem Primus enim et poſtremus in ordine noſtro is fuit eo nomine uocatus. Quippe poſtea lege cautum eſt, ut qui prædicatoriæ familiæ præeſſet, diceretur Generalis Magiſter, non Abbas, præfecti uero prouinciarum, Priores prouinciales, Cœnobiorum priores Conuentuales, ædes noſtræ Cœnobia, ſeu Conuentus, a multitudine in illos, conueniente. Quod hactenus obſeruatum eſt. Fuit Matthæus Vir uenerabilis, religione fulgentiſſimus, et bonis plenus operibus. Primus omnium præfuit Gallicanæ prouīciæ, et cœnobio parrhyſieſi, Vita functus eſt deuotiſſime Parrhyſii circa annū domini. MCCXX et ſepultus in Templo prædicatorio in Choro. B. Matthæus Gallicus.

b ERTRANDVS ex Gariga prouinciæ Galliæ Narbonenſis claruit ſub inſtitutionibus patris Dominici quin et ſeſe pluribs annis ei comitem præſtitit carnem, ſuam iugiter pro Domino noſtro Ieſu Chriſto affligens. Huic aliquando Beatus pater interdixit ne ſua opera perperam facta, ſed aliorum defleret, perpendens, ꝙ pro ſuis delictis, nimium ſe affligeret. Ex tunc enim (patris dicto audiens) pro aliis abunde flere cæpit, ſe miſſum faciens, Poſt plurimos tandem pro domino labores, quos perpeſſus fuerat, poſt ingentem corporis afflictionem, ad dominum, deuote migrauit. Contigit unum poſt eius fœlicem exitū, quod tacere non debeo nec poſſum. Porro uigeſimo tertio poſt āno exhumatum eius cadauer integrum, et incorruptum inuentum eſt, ut omnibus miraculo fuerit, et ex eo loco in Monaſterium quarūdam ſanctimonialium, quod uocatur Houſquet iuxta Auraſicam prouinciæ Galliæ Narbonenſis, reconditum, uſq; in hodiernum diem cernitur, prout inde fuerat deportatum. B. Bertrādus Gallus.

m ANNES Hiſpanus beati patris Dominici frater, ſinceritate, ac ſimplicitate pollens, comtemplationi deditus, et apud ſe eſſe adnitens magis q̄ apud Mundi cultores, poſtq̄ Deo corde ſincero et mente pura, multis annis ſeruiuit in prædicatorio ordine, diem ſuum in Hiſpania clauſit extremum, et in Cœnobio Monachorum alborum clarēs miraculis ſepelitur. B. Mānes german. Diui Dominici

m ICHAEL Hiſpanus uir admodum contemplationi deditus, et ſanctitate conſpicuus, qui aliquando cum Mannete et Odorio Conuerſo parrhyſium miſſus fuerat uidelicet anno domini B. Michael Hiſpanus.

Mccxvii. ſpiritum efflauit in Cœnobio Valentino ubi ſepultus ingēti cū honore iacet, relicto poſt ſe ſui maximo deſyderio.

B. Petrus Syllanus.

n EC PETRI Syllani ex patria Tholoſana uirtutes omittere poſſum. Is enim nobili genere procreatus, cum Thoma fratre, relictis ingentibus opibus, relicta cognatione et patria, Diuo Dominico ad ſynodum Lateranenſem properanti, ædeſeſe ultro eius diſciplinæ ſubigentes, cum ſuis omnibus diuitiis, obtulere. Quod nō abnuens ſanctiſſimus pater, Tholoſam primum incolere cœpit. Fuit Petrus optimo prædictus ingenio, forma præſtanti, in aduerſis intrepidus, et cōſtans, atq; i omnibus operibus rectus. Quapropter inſpecta eius uirtute Beatus pater Dominicus, Lemonicas præmiſit, ut ſuis uehementiſſimis, ac dulciſſimis Concionibus efficeret, ut Cœnobium pro ordine prædicatorum amplificando conſtrueretur. Quod eſt factum. Porro cum mitteretur et ignorantiam ſuam, librorumq; penuriam obiiceret (nam unum duntaxat quaternionem Homeliarum diui Gregorii penes ſe continebat) beatus pater dixit. Vade fili nec dubites, quia bis omni die pro te deum precibus fatigabo, Quo fiet ut exinde optima ſpolia ex hoſtibus referēs, uoti compos fiam. Igitur cum primum Vrbem ingrederetur plures occurrunt et deducunt ad Antiſtitem ciuitatis, A quo cum immenſo gaudio, et omnium applauſu ſacerdotum exceptus fuit. Nec diu cunctatus Cœnobium extruxit, et multis ſacris initiatis Lemonicenſium impleuit. Haud ſecus a Clero et populo uenerabatur, et clarus habebatur, q̄ unus ex priſcis uatibus. Aliquando Cenſuram aduerſus hæreticos ſeuere in patribus Tholoſanis ægit. Ex ioco dicere ſolitus erat, ſe ordinē prædicatorum excæpiſſe et non ab eo ſe fuiſſe excæptū, ex eo, q; ædes proprias patri Dominico pro Cœnobio extruendo dono dederat. Tandem iam grauis annis rediens Tholoſam paternū ſolum, ſancto fine quieuit. vii Calen. Martii. Mcclvii.

B. Tho. tholoſanus.

t HOMAS Tholoſanus comes (uel ut alii uolunt) Frater Petri ſyllani, qui ſeſe cum omnibus diuitiis ſuis patri dominico dediderunt, Vir eloquentia præditus, uirtutibus ornatus, ſpiritum deuote Tholoſæ efflauit.

B. Dominic. Hiſpanus.

d OMINICVS Hiſpanus Viri dei dominici comes indefeſſus, in re Tholoſana inſtauranda (porro hæretici fere totam rem Chriſtianam ibidem ſubruerant) corpore paruus, ſed uirtute, doctrina et ſanctitate magnus, temporibus iſtis claruit. Fertur enim aliquando cū a Curia Gallorum Regis, ſuis uerbis ſcorta. ganeones, ac ſcurras expuliſſet, ab huiuſmodi hominum perditiſſimo genere fuiſſe temptatus intermedia muliere nequiſſima ſimulante ſe ſemotis arbitris uelle de criminibus ſuis cū eo conferre, ut benedictionem illius promereri et conſequi poſſet, demum

reserato dolosæ improbitatis uinculo, ipsum de opere illicito solicitasse, ac il lum obiecisse ætatis imbecillitatem, uidelicet se ætate confectum esse, et non nisi igne calefactũ posse tale opus exercere, tande in crastinum aduenisse, et iniecisse se cum uestimento in ignem accensum, illamq; ad explendam uo/ luptatem secum super tale stratum inuitasse, uerũ obstupuisse illam et com punctionis lachrymas emisisse, et inclamasse, uiso uiri dei miraculo, Cuius nec quidem uestimentorum pilus fuerat exustus. Sicq; ignẽ libidinis, igne, a quo uitiatus non erat, in muliere quoq; extinxit.

l AVRENTIVS Anglicus a parente Dominico toga prædicato ria indutus, et ab eodem Parrhysium ut sacris litteris operam da ret missus, quo fieri posset, ut alios postmodum religionis tyrun/ culos docere bonas litteras ualeret, et concionari ad populos. Huic omni/ potens Deus, multa de cohabitatione, et Cœnobii extructione, et plurium ad sanctam institutionem accessu reuelauit. Quorum exitus uera compro/ bauit. Fuit is Venerabilis pater sacri uerbi optimus orator, præclara uita, et sanctitate insignis. Porro adhuc uiuens cæco lumen præstitit, et a diabolo uexatũ reddidit liberum hoc modo. Forte ita tulerat casus ut obortas inter duos iuuenes discordias sedare adniteretur, sed ne id efficeret alteri obstanti ait. Scio fili scio, q; ab immũdo spiritu, quem fers tecum, ne efficiam q; uo/ luerã impediri. Quo dicẽte nihil sibi et diabolo esse, sanctus discessit. Quo facto ecce infra triduum miser tam atrociter a diabolo arreptus uexari cœ/ ptus est, ut quo se uerteret unde recrearetur, non haberet. Igitur ad patrem Laurentiũ ueniẽs atq; ei humiliter obediens sanus discessit.

B. Laurẽtius Anglicus.

s TEPHANVS Metensis, uir sanctitate conspicuus et proprii cor poris rigidus macerator, unus fuit ex tyronibus. B. patris Domi/ nici, cum GVILIELMO Clareti Gallo, postmodũ optimo cõ cionatore. PETRO Madino uiro religioso. GOMETIO omni uirtutũ genere ornato, et MICHAELE de Vzero uiro pclaro. Tres isti posterio/ res in Hispaniam iussu Beati patris cũ Dominico supra nominato, anno domini. Mccxvii. concessere.

B. Stephanus metẽsis cũ pluribus aliis.

r EGINALDVS Aurelianensis Decanus natione Gallus, ex qui/ bus parentibus tantus uir originem duxerit, non inueni. Cõstat aũt ipsum litteris fuisse ornatissimum. Porro Parrysii per annos quinq; docuerat tanta cum omnium admiratione gratiaq;, ut unum affir/ marent esse Reginaldum, qui cæteros sua doctrina superaret. Is enim patri am deserens Romam contendit, eo ferme tempore, quo et pater Domini/ cus illic morabatur. Fuerat enim sancto afflatus numine, ut relictis omni/ bus pro Christo Domino nostro, nudũ ipsum nudus sequeretur, et insti/ tuta noua militia, eiusmodi esset officii, ut orbẽ terrarũ peragraret aduersus

B. Reginald.

hæreticos, et uicia, concionãdo, et pugnãdo. Verũ quonã modo quod mẽte conceperat aggredi posset nundũ animo satis occurrerat. Forte ita tulerat casus, ut cuidã Cardinali uotum suũ exprimeret, a quo didicit Dominicum talem familiam instituisse, ut illi addictus posset uoti sui compos fieri. Quare exiliens gaudio uir sapiens ad se Christi famulum conuocauit. Cuius sanctitatis aspectu delectatus et Benignitatis ac ueritatis affatu attractus Vir prudens, mox statuit pòst Vltramarinum iter (quippe Hierosolimam commigrare præoptauerat loca nostræ redemptionis uisere) se Dominico credere, et toga eius familiæ assumpta, per orbẽ terrarum docendo, quæ religionis Christianæ erant, intrepide pro Christi nomine decurrere. Mox sancti propositi examinatrix aduersitas Reginaldum graui correptũ ualitudine deiecit. Inualescente ægritudine, natura succumbens deprimit, et salus à medicis desperatur. Confidens autẽ in dei uirtute Beatus pater Dominicus sanitatem ei precibus imprecat. Et ecce orãte dei famulo, Reginaldo uigilanti et ui febrium æstuanti, Regina Cœli Maria Virgo dei parens cum duabus puellis mira pulchritudine præditis, se comitantibus, uisibiliter apparuit, ei dicens, Quicquid a me poposceris te eo a me donatum iri scito. Deliberanti quid peteret, altera puellarũ suasit, ne quid peteret, sed se reginæ uoluntati totum cõmitteret. Qui salubri parens cõsilio Reginæ se p omnia subiecit uoluntati. Tunc illa manũ extendens uirgineam, ægrotantis oculos aures, os, manus salutari, quam secum detulerat, Vnctione, perunxit proprias uerborum formulas ad singulas unctiones, inferens. Ad pedes ait. Vngo pedes tuos in præparationẽ Euangelii pacis. Et ad renes. Stringantur renes tui in cingulo castitatis. Omnemq; prædicatorum ordinis habitum uiro eidẽ uirgo sanctissima ostendens ait. En hic est tui ordinis habitus. Sicq; ab ægrotantis oculis illa cœlestis Regina, et a corpore omnis illa ægrotatio, ablata, se proripuit, ut maxima admiratione tenerentur medici, quorũ iudicio uita eius fuerat desperata. Omnia uero, quæ circa Reginaldum corporaliter per sanctissimam Virginẽ gesta sunt, famulum dei Dominicũ nõ latebãt, utpote, cuius interpellatione, et meritis patrata fuerãt. Tertia, post hãc salubertimã unctionẽ die, sedente Reginaldo cum ueneran. patre Dominico, affuit Beata mater unctionẽ præcedentem in eodem, ut promiserat iterãdo. Forte tunc aderat Reuerẽdus uir. et deuotus. N. ex ordine hospitalis, Qui affirmare solebat se uidisse ipsam sanctissimã matrẽ Reginaldi corpus totũ manu perungentẽ. Illa ergo salutaris unctio, corpus eius sic ab omni carnali concupiscentia temperando purgauit, q; sicut ipse professus est, nec minimus in eo carnis motus deinceps pullulauit. Hæc omnia Beatus pater Dominicus iuramento ab eodem Reginaldo astrictus, nisi post eius mortẽ

Art. Visionem Reginaldi

sancta pũgit unctione Regin. a.b. uirgine.

habitus p dic ostẽdit reginaldo.

Iterũ pungitur ab ipsa Virg.

nunq̃ referre uoluit. Quo uita functo, pluribus rem reserauit. Posthac sibi diuinitus uestimenta sanctæ conuersationis præmonstrata Reginaldus ex manibus sancti patris Dominici deuote suscepit, et sic nouellæ plantationis iunctus est agmini, et Christi pauperum consortio. Hic est ille Reginaldus scientia præclatus, dei gratia præditus, uirtute robustus, sanctitate conspicuus, religione præfulgidus, et nitidus castitate. Huic, ore matris Mariæ designata sunt uestimenta ordinis Prædicatorum. Porro antea Dominicus uir Venerabilis cum sociis toga alba cum pallio atro induebantur, sed postea, prout ostensum Reginaldo fuerat a Beatissima Virgine, scapulare albo iussu Dominici omnes uestierunt. Hinc contemplari licet omnibus nasum non habentibus, qualiter prædicatoria familia a Beata matre uestiméta accepetit, nec mirũ, quia ab ipso deo missa tanq̃ ad eos qui filii sui, ac sui nominis fortissimi pugiles, et defensores futuri essent. Dicãt igitur quicquid uelint maleuoli et uitiligatores. Porro uenerandus uir Reginaldus sanitate utriusq; hominis per sanctissimam parentem recepta, licet iam Religioni ex uoto obnoxius annuẽte patre Dominico cũ Antistite Aurelianẽse explendi desyderii sui gratia, mare traiecit atq; loca nostræ redemptionis deuote inuisit, demum reuersus, Bononiam uenit anno domini. Mccxviii. XII. Calendas Iannuarii. Tunc cœpit prædicationi totus insistere. Erat. n. eius eloquium uehemẽter ignitum, sermocq; eius ceu facula ardens, Quippe omnium corda sic inflãmabat, ut uix inde quispiam nisi dei amore succẽsus abscederet. Tota feruebat Bononia eo q̃ uidebatur alter Helyas nouiter insurrexisse. Quapropter eo tempore multos ad ordinem recepit, et prædicatorum numerus succrescere cœpit. Pluresq; illi addicti sunt, quorum orationum concionum, seu prædicationum luce, ueluti astra per orbem terrarum plurimum radiarunt, et effulxerunt. Erat autem tunc in patribus illis priscis, Charitatis feruor magnus ad omne opus uirtutis, suauitas eximiæ deuotionis, Vigilantia continuæ orationis, obseruantia strictissimæ religionis, ardens animarum zelus, ĩ prædicationibus, et cõfessionibus assiduitas, pulchritudo conuersationis in exemplis et moribus sanctis, rigor seuerissimus in uitiis corrigendis. Tunc leuem transgressionem, nequaq̃ leuis ultio sequebat̃. Vt præmisimus nouis uestimentis acceptis, suis sanctissimis uerbis intra sex mensium spatium ultra uiros centum Dominico adhæserunt. Quorum alii dei ecclesiam gubernabant, nonnulli doctrinam philosophicam callebant, et aliqui iuri Ciuili iam diu operam impenderant. Pro huiusmodi uitis sacris initiatis in ordine nostro panis ab cœlestibus nunciis Romæ in ædibus Sancti Sixsti patri Dominici oratione in prandio deficente cibo, qui satis fuerat ad fratrum necessitatem tribus diebus, delatus est, et uinarium uas optimo uino plenũ, et ipsis quieti

Quib9 uestimẽtis p̃us iduebat̃ Dominic.

q̃ uehemẽs in dicẽdo Reginald.

Att.

panis oblatus cælitus Romæ.

indulgentibus, ædes uisæ sunt aqua per beatissimã matrẽ cõspergi. Cura igi
rodulphus fauẽtinus. tur Reginaldi Rodulphus fauentinus sacerdos diui Nicolai Templo ordi
nem prædicatorum suadente et approbante Hugolino Cardinale Hostien
se, tunc Bononiæ pro pont. max. munus sustinente, (quem de latere Lega
tum uocitant) ac se ipso perpetuo donauit. Porro antea in ædibus Beatæ
S. Maria de Mascarella. Mariæ de Mascarella dicatis mãserant, sed deinceps apud sanctum Nicolaũ
in uineis hospitari duxerunt. Asserunt scriptores aliquando uoces angelo
rum a Claro impubere auditas circa Templum Nicolai. Quare quandoq;
tantum audiens concentum, patri rem detulit, uerum patri psuadere adni
tebatur monachorum sancti Proculi ipsas fuisse, a quo sic responsum fuit.
Plurimum fili inter se distant uoces ab hominibus emissæ et a beatissimis il
Clarus. lis spiritibus. Deinde Clarus ipse procedente ætate rogam prædicatoriã sum
psit, qua uestitus in ordine plurimum profecit. Ad Virum dei Reginaldũ
redeo. Fuit Reginaldus in corrigendis erroribus seuerus et rigidus, et præci
pue in proprietatis uicio. Quippe fratrem absq; sui præsidentis nutu uilem
sudariũ oblatum detinentem, in conuentu fratrũ graui admodum animad
uersione puniuit, deinde sudario igni exusto, cæteros admonuit, ne et ipsi
Atẽ. tanto errore prolaberentur. Verum cum miser musitans, nec errorem suũ
grauẽ animaduersionẽ ĩ fratrẽ. recognoscens, noler correptionem humiliter subire, præcepit uir dei fratri
bus, ut ipm ui ad flagra suscipienda denudarent. Et accepto flagello, cœpit
illum percutere, erectis in cœlum luminibus cum lachrymis dicens. Domi
Oratio Reginaldi. ne Iesu Christe, qui famulo tuo Benedicto dedisti uirtutem, ut per discipli
nam a Corde monachi sui expelleret dæmonis aculeum da quæsumus ut
huius uirtute disciplinæ, ab huius fratris anima, diabolica temptatio expella
tur Sic uero eũ flagris afflixit, ut astãtes, pietate, ac cõmiseratione quada cõ
pulsi, in lachrymas protinus resoluerẽtur. Verberibus siquidem modo ad
Atẽ. hibito, frater compunctus lachrymans ad uirum dei ait. Gratias ago tibi
pater, quia uere a me diabolum expulisti. Manifeste enim sensi serpentem
quẽdam a renibus meis exiisse. Sicq; malo suo edoctus, impósterum sapien
tior fuit, Et proficiens in sanctam Conuersationem, in uirum perfectũ eua
sit. Nec prætereũdum puto aliud huic simile. Quidam tyrunculus nostræ
Religionis a Diabolo persuasus, sanctam Conuersationem clam exire tem
ptans, ante uirum Dei Reginaldum in Conuentu omnium deducitur.
Qui coram fratribus iussit eum flexis genibus, uerberibus dorsa parare.
Quo facto cœpit eum quãtis ualebat uiribus flagris pulsare, modo in eum
Atẽ. intendens maximaq; uoce inclamitans, Exi ab eo humani generis col
luctator, modo ad fratres se conuertens, pro eo Cõmilitones instanter ad
deum preces porrigite aiebat. Cũq; diutius id ageret, misellus ille exclama

uit dicens. Audi me pater. Quo respondente, Quid uis fili, Vere inquit teneas, diabolum a me exiisse. Quapropter polliceor, deinceps me firmũ ac stabilem in sancta cõuersatione futurum. Ad cuius uerba, Pater sanctus cũ cæteris fratribus, gauisus est, gratias deo agens, illo in sancto proposito cõ firmato. Eodem ferme tempore cũ frater quidam post Complectoriũ Bononiæ in Templo procumbens in terra oraret, accepit eum demon per pedem et retro traxit, usq; ad Templi medium. Quo clamãte, ultra fratres triginta, qui per ecclesiã in diuersis locis erãt orãtes, concurrunt, qui tractũ uidentes, et non trahentẽ, adnitebantur eũ continere, nec poterãt. Vnde perterriti aquam abundãter benedictam super eum proiiciebãt, sed incassum. Frater quidam senior sese super eum proiiciẽs, pariter trahebatur. Tandem post multa conamina, ductus est frater ante arã Beati Nicolai, et adueniente uiro dei Reginaldo, crimen enorme cõfessus est, quod semp silentio cõpresserat, et a diaboli tractu cõtinuo liberatus est. Sed unũ illud minime silẽtio tegẽdũ est, qd in tali ac tãta cõmotione fratrũ, uix aliquis hiscere au ditus est. Et ex hoc coniici facile potest, quãta fuerat apud illos Priscos silẽ tii obseruatio, ut nõ solũ loqui uoluerint, sed nec edere uocẽ. Plura dicẽda essent de tanto uiro, et præcipue de eius admiranda eloquentia, utpote, qui ea usus, multos ac maximos uiros, ad sanctam conuersationem traxerit, sed cũ de hominibus eiusmodi pertractabimus, eum silentio nõ præteribimus. Tandem sanctus pater Dominicus ex Parrhysio Bononiam commigrans Reginaldum uirum uenerãdũ maximo nostra religioni fuisse adiumento cognouit, tum doctrina, tum moribus et uita. Quare præmisit eũ Parrhy sium, ut nostrum illic ordinem (prout Bononiæ fecerat) amplificaret. Verũ Reginaldus tanti patris dicto audiens, illuc se contulit, breui admodum tempore cum mortalibus mansurus. Cœpit indefesso cordis feruore prædicare Iesum Christum Crucifixum, uerbo et opere. Nam non post multum temporis in ægritudinem incidit, qua uita functus est. Et ut Matthæus Gallus (de quo supra mentionem fecimus) referre cum lachrymis solitus erat) appropinquante tanti patris termino uitæ labilis huius, ad eum accedens, obtulit se eum sacro oleo, pro more Christiano delibiturum, ut mortis lucta leuior ei fieret, et fortior contra diaboli temptamẽta foret. Cui illum respondisse sic affirmabat. Neq; timeo luctam istam, sed lætanter pstolor. Porro misericordiæ parens, iquit, Romæ me sancto rore perunxit, In qua confidens, ad eam cũ maximo desyderio accedo. Ne tamen sanctum oleum aspernari uideat, non solum permittam me inungi, sed mirũ in modum efflagito. Peracta sacri olei perunctione, orantibus fratribus, ad dominum sanctus pater migrauit anno domini. Mccxx. et sepultus in

Att. maximã silẽtii obseruantiam.

Attende uiri cõstãtiam

Obitus Reginaldi. Templo sanctæ Mariæ de Campis Parrhysii, eo q nudum fratres ibidem propria gauderet sepultura. O uere beatum uirum qui nec mortis horrorem, nec diaboli atrocitatem ueritus est, sed confidens in dulcedine Beatissimæ Matris, ad æternitatem cum gaudio properauit. Idem Venerandus pater Matthæus de eo narrare solebat, qui eum decanũ cognouerat, et in mũdo delicatum et gloriosum, q aliquando cum admiratione ab eo requisiuit, an sibi durum uideretur habitum tam asperum assumpsisse, eumq; sibi respondisse uultu demisso, putare se in sancta Conuersatione nihil mereri, quia in ea nimis sibi semper complacuisset. Nimirum unctione cœlica perunctus uir iustus, iugum durum euangelicæ paupertatis leuiter ferebat, et graue onus monasticæ religionis odor ungẽti fragrans, suauiter portabile sibi fecerat. Hæc sunt, quæ de tanto uiro ad manus meas deuenerunt. Vir fuit certe omni obseruatione dignus.

B. Rodulphꝰ Fauẽtinus r ODVLPHVS Fauẽtinus olim Basilicæ diui Nicolai urbis Bononiensis in qua modo Diui parentis Dominici sacrum corpus quiescit omni cũ ueneratione tanto patre digna, capellanus, quã tradidit perpetuo et sese ordini prædicatorũ (prout in Reginaldo diximus) uir bonus et rectus, cum deo ambulauit ĩ omnibus operibus suis, donec ad ipsum fruendũ peruenit. Floruit in principio ordinis nostri cũ CLARO Bononiẽse, qui fuerat postmodũ capellanus et pœnitẽtiarius Papæ in Romana curia uiro in utroq; iure, et in philosophia consumatissimo.

B. Rolandus Cremonẽ. r OLANDVS Cremonensis uir eruditus a Reginaldo uiro sanctissimo, togam prædicatoriam accæpit. Quum enim philosophiam Bononiæ doceret maxima cum omnium admiratione et gratia accidit ut initio ordinis nostri quidam fratres subtimeret opus tam ingens incæptum per patrem Dominicum minime successurum, eo q pauci essent, et plures aggredi tantam mollem religionis formidaret, Quãobrem post aliqua consilia inter se habita, tandem in hanc deuenere sententiã, ut diplomatibus ab Legato Bononiæ obtẽtis, ad Cistertiẽsiũ religionẽ se transferrent. Horum capita duo ex primoribus fuere. Igitur pro uoto litteris impetratis uirum dei Reginaldum conuenerunt, exponẽtes rei seriem, atq; litteras ostendentes. Is itaq; nimio dolore perculsus, Conuentum edixit, et coram omnia exposuit. Quod ut audierunt cæteri fratres consternati animo in lachrymas prorupere, Reginaldo in deum totam fiduciam habente, et erectis in cœlum luminibus, desuper auxilium implorante. Forte ita tulerat casus, ut Clarus uir omni laude dignus, et clarus uere scientia, et moribus, postmodũ Pont. Max. Pœnitẽtiarius et Capellanus (ut dictũ ẽ) interesset. Qui ut illorum hæsitationem cognouit, in medium prosiliens, cœpit blandis uerbis, et persuasibilibus rationibus rem iam incæptam illis

Clarus.

dissuadere, et adhortari eos ad perseuerantiam uitæ iam cœptæ, nec subtrime re aiebat deberent, quin omnia bene successura essent, quādoquidem tanta res incœpta esset a Beata uirgine. Vix clarus uerbis suis modum statuerat, et ecce Rolandus ueluti ab hostibus fugiens, ceu extra se positus diuino spiritu actus ex mundo exiens solus in medium fratrum prosiliens, nullo alio sermone præmisso, se sanctæ Conuersationis toga uestiri, ac in eorum conscribi consortium enixe rogabat. At Reginaldus uir dei, præ nimio gaudio fere extra se positus, uestibus suis, non expectatis aliis, ipsum uestire cœpit, nola paruula pulsante, et præcinentibus fratribus hymnum, Veni creator spiritus, Licet præ abūdātia lachrymarū et gaudii ubertate, uix cantare possent. In his uero fratribus occupatis, fit concursus ingens uirorum et mulierum, scholasticorumq; totius Ciuitatis commotio. Renouaturq; deuotio in fratribus, et omnis illa prior temptatio euanescit. Omnibus itaq; præ admiratione inopinati casus conticentibus, duo illi litterarū illarum auctores in mediū procedentes, uenia prius obtenta, litteris cesserūt, stabilitatē in sancto proposito profitentes. Sequenti autem nocte Rodulphus Fauentinus, de quo supra retulimus, qui plurimum de hac fratrum commotione doluerat, tali uisione confortatus est. Putabat se per quietem Christum ex una parte cum Beata uirgine Maria uidere, et ex alia Diuum Nicolaū episcopum, super caput suum manum imponentem et dicentem, Ne timeas Rodulphe, quia omnia prospera tibi euenient, et ordini tuo, sancta Christi matre curam habente de omnibus uobis, Statimq; uidebat in amne Rheno Bononiam prærerlabente, nauem fratrum multitudine onustam. Vides ne inquit sanctus Antistes hos tuæ Religionis toga indutos. Tot enim sunt, haud uereare quin ex his totus terrarum orbis impleatur. Ferunt hāc fuisse causam, ut Rolandus uale diceret mundo. Quum enim feriatus die quadam uestibus ornatissimus existeret, totamq; diem cum sodalibus in epulis, ludis, iocisq; absumpsisset, uespere in se reuersus cogitare cœpit, et intra se ingemiscere dicens. Vbi est dies ista iucunda, fausta, et læta? Vbi tot risus, cantus, ioci, et dulcia uerba? Quo hæc abiere? Verissime, Hebræorum sapientissimus scripsit. Vanitas uanitatum et omnia uanitas. Et iterū. Extrema gaudii, luctus occupat. Solum qui deo seruit, perpetuo cum lætitia regnare potest. Vadam igitur ad eum. Itaq; animaduertēs omnia hæc in misera uita dolore misceri, postero die (ut scripsimus) togam sanctæ Conuersationis ab Reginaldo petiit et impetrauit. In qua pluribus annis deo seruiuit, fama, sanctitate, sciētia, et doctrina ꝑclarus. Fuit is uen. pater corpore et mēte uirgo, Nā cū Cremonæ cœnobiū ordinis extra muros urbis, ī loco dicto scī Guilielmi, coadiuuāte Moneta Cremonēsi, extrueret, et ī effugādis

Rolandus toga ꝑdic. induitur.

Visio.

diabolis speciali polleret gratia, interrogatus malignus spiritus ꝑ os obsessi cuiusdam, quæ subesset causa huius, respondit, quia uirgo Rolandus erat. Audiuit aliquando sanctus uir Cremonæ existens quẽdam philosophum esse cũ Fœderico imperatore Brixiam obsidẽte, cuius doctrina, et caullatione fratres fere oẽs superarẽtur cũ ordinis infamia, quapropter zelo ordinis succẽsus, sternite inquit mihi fratres Asellum. Forte tunc podagra laborabat, et pedibus captus ire non poterat. Quod cũ factum fuisset, castra imperatoria ingressus, cum philosopho in certamen coram proceribus Cæsaris et uiris doctissimis uenit. Quo facto sic ait. Vt scias Theodore, ꝙ prædicatorum ordo philosophis non careat, ecce optionem istam tibi tribuo, ut obiicias, uel respondeas de quocũq; dubio philosophico. Qui cum respondere elegisset, sic unico conflictu de eo triumphauit, ut in magnam dei et ordinis nostri cederet gloriam. Aliquando uir dei artetica grauissima genu percussus ut arpagone ferreo nerui abstrahi uiderentur, ad Dominũ inclamãs ait. Domine deus ubi est uerbum Apostoli tui, qui dixit, Fidelis est deus, qui non patietur uos temptari supra id, quod potestis. Ecce enim deficio, nec amplius sufferre possum. Quibus dictis, illico se curatum persensit. Bononiæ sancto patre grauiter ægrotante, qua ægrotatione decessit, Lector fratrum uidit per quietem, beatum patrem Dominicum in quodã libello litteris aureis hæc elementa stilo scribentẽ uidelicet. R. R. L. et iterũ se cũ Rolãdo in quodam adornatissimo cubiculo uariis imaginibus picto existere. Post paucos uero dies deficiente Rolando, Rodulpho Fauentino et Lamberto Bononiense uiro admodum prudente, tunc Cœnobii Bononiensis præfecto, quid uisio illa prætenderat, optime agnouit. Igitur uir uenerabilis Rolandus Bononiæ docẽs sacras litteras deuotissime diem suum obiit anno domini. Mcclix. Reliquit post se summam Theologiæ optime digestã. Primus ex nostris is fuit, qui inter sacros Theologos iussu patris Dominici, Parrhysii adscriberetur.

Visio.

Obitus rolandi.

Sũma theologiæ.

MONETA Cremonẽsis uir religione, ac uitæ sanctimonia præclarus, doctrina insignis, et opinione mirabilis habitum sanctæ Conuersationis a patre Reginaldo accæpit. Forte ita tulerat casus ut Bononiæ bonas artes doceret, tanto cum omnium admiratione, ut affirmarẽt unũ Monetã esse, q cæteros sua doctrina ꝑ oẽm Italiã facile superaret, ꝑdicãte Reginaldo uiro probo. Is enim soli studio, et mundialibus illecebris addictus erat, et quæ ad religionẽ attinerẽt, nihilifaciebat. Animaduertẽs is ꝗ plurimos uerbis Reginaldi patris allectos sacris initiari, ꝗtũ poterat, deuitare adnitebatur, ne cum uerba faceret interesset, addubitans ne mox et ipse illius sermone (quem nouerat efficacẽ) caperetur. Sicq; pari mõ

B. Moneta.

cæteros admonebat, ne ipsum adirent. Accidit autem ut in festo Diui Ste/phani prothomartyris a discipulis hortaretur ad audiēdum uiri dei sermo/nem. Qui ne uideret discipulorū uerba prorsus contemnere, cum declinare absq; graui nota minime posset, eo ꝙ nec docēdi, nec disputādi cām allega re posset, quæ obstaret, Primū inquit Tēplū Diui Proculi uisitabimus, et ibidē sacris auditis (quā missam uocāt) uestris petitionibus sat faciā. Adeūt templū Proculi, audiūt treis missas, et cum etiā morā protraheret, a discipu lis hortat̄ promissa persoluere. Quo annuēte, ad uiri dei sermonē accessit. Et cum Templū, ob populi frequētiā ingredi non posset, pro foribus au/scultans, in primo uerbo captus est. Quod tale fuisse historici ꝑhibēt. Ecce uideo cœlos apertos. Ecce inquit in præsenti, et in euidenti aperti sunt cœli ad introeūdū. Quilibet si uult fores reseratas contemplari potest. Videant et timeant miseri et desidiæ obnoxii, ne eis, qui claudunt deo cor suū, et os, et manus, regnum cœlorum claudatur, et ingredi non possint. Quid igitur carissimi procrastinamini? Quid immoramini? Ecce aperti sunt cœli. Mo/do uerbis suis adhibito, ecce Moneta sancto afflatus numine, cordeq; com/punctus, eum adiit, et se suaq; omnia religioni tradidit, affirmās statim ubi rebus suis consuluisset, uelle se sanctæ Conuersationis toga uestiri. Et acce/pta benedictione a uiro dei, ut faceret sat omnibus, quibus promiserat gra/tia docendi, per annum corpore dūtaxat, mente uero et cōuersatione cum sancto uiro permansit. In quo plures ex scholasticis ad sacram institutionē accipiendam, uerbis ac adhortationibus suis, coegit. Sicut enim antea a san cto proposito illos auertere conabatur, sic postea ad illud amplectēdū totis uiribus suadebat. Tādem elapso anno, peractis, quæ peragenda erant, sacræ militiæ adscriptus ē. Accepta itaq; toga prædicatoria, in uirū sanctitate cō/spicuū, et sacra doctrina politissimum facile euasit. Ea enim die, qua ordi/nem prædicatorū ingressus est, bellū hæreticis indixit, tam acre ut nūq̄ tam fessus fuerit, quin eos acriter urgendo expugnaret. Cōtra quos, et præcipue cōtra catharos ac Vualdēses, uolumē maximū cōfecit (quæ summa Mone tæ Cremonēsis uocatur cōtra hæreticos cuius archetypus adhuc in nostra bibliotheca Bononiēsi cernit̄) quo uiri peritiā, et eruditionē qsq; facile in/tueri potest. Fuit hic uir uenerandus magni cōsilii, fidei pugil egregius, ma ximis fulgēs miraculis. Anteq̄ sacris in ordine nostro initiaretur, magnus extitit Philosophus, postea maximus Theologus. In pluribus Cœnobiis Lombardiæ diu utiliter et omnium cum laude Theologiam docuit. Ad quem uisendum, et audiendum plures Romani proceres, et alii uiri litte/rati Bononiæ commorantem, accedebant. Tandem propter assiduitatem studii, et frequentes lachrymas, quas deuotione amplissima emittere con/sueuerat, ueluti alter Didimus oculis corporeis captus, lumine tamē intel/

Art.

Sūma con tra hæreti/cos.

lectus optime uigebat. Multo tempore sic cæcus, in consiliis strenuus, et in omni sanctitate uitam ducens, et patientiæ, omnibus ipsum aspicientibus optimum præbens exemplum bono et sancto fine Bononiæ quieuit. Ferunt enim annales Beatū parentē Dominicū cū eius uestimentis, et in eius cubiculo, uita functum fuisse, eo q unde hæc haberet nullibi inuenerit.

Oculis captus.

Att.

IOANNES Vicentinus uir sanctitate admirabili præditus, ac uerbi sacri concionator insignis, Patauii sub patre Dominico togā religionis sumpsit, In qua sacris initiatus, cognomē, tempore procedente, sanctitatis ob eius ingentes uirtutes promeruit. Sic uehemēs in cōcionando fuit, ut cum aliquādo in frequēti populo Bononiæ concionaretur, inuectus est in usurarios sacrilegos tam acri uultu, rigida fronte, gestu, et uoce, præcipueq; in Landulphum publicū, ut cōmuni ciuitatis consensu tunc itum sit ad eius ædes, maximo cum populi clamore, et spoliatæ, direptæq; fuerint, Landulpho extra urbē cū lapidibus eiecto. Et cū Bononia maximis agitaretur factionibus, ad concordiā reuocauit. Luxuriosum mulierum ornatum cohibuit. Vrbis instituta meliora fecit. Docuit occurrentes in nomine domini nostri Iesu Christi se mutuo salutare. Multos ægrotos uisitans signo salutiferæ crucis pristinæ saluti restituit. Plures etiā ægrotos humano destitutos auxilio, sanauit. Pridie Idus Maii urbem nudis pedibus, tam religiosos q̄ laycos, lustrare iussit. Diuiq; parētis Dominici sacrū corpus humi collocatum, in arcam marmoreā extolli fecit. Postea cum Bononia discedere parasset, aduocata populi concione, Ciues ad concordiam, pacem, et honestatem facundissime est cohortatus. Et illi oranti, omnibus conspicientibus, Crux in fronte apparuit, Apparuit etiā sidus fulgentissimū super eum, quin et aliquando Crux super caput eius uisa est, et aliquādo Angelus ad aurē eius loquens. Quæ quidē res multos ad pœnitētiam reuocauit. Tādē in Galliam Cisalpinam profectus, claruit multis miraculis. Quo aūt tempore diem suum obierit, compertū nō habeo. Annales nostræ ciuitatis plura narrant de tanto uiro.

B. Io. Vicen.

Crux uisa sup caput Ioannis.

BERARDVS olim Lingoniensis Archidiaconus uir multis ac præclaris dotibus ornatus, togam nostræ Religionis Parthysii accepit. Fuit enim in opere strenuus, et cōsilio prouidus, Nō multopost, assumptis uestimentis religionis, patri uenerando Iordani sese comitem in Italiam uenturo, captus uisendi parentem Dominicū desyderio, adhuc in humanis agentē, præbuit. Sed tandē postq̄ de se per Galliarū urbes et oppida maximū præsetulit documentū sanctitatis, et ueræ paupertatis, quā apprime complexus fuerat, ad Lausanā urbem perueniens, ubi aliquando oblatam præsulatus dignitatem renuerat, ingenti captus morbo, sancto fine quieuit. Solitus erat uir dei Iordanes d̄ eius fœlici obitu, Quod

B. Eberardus

cum

dicere ꝙ cū graui pressus ægritudine aīaduerteret medicos subtristes, dixerit. Att.
Cur exitū meū ex hac erumnosa uita, ad locum refugii, mihi indicare differtis, ut pote non timenti mortem? Claudatur silentio mortis memoria, his q̄bus amara est. Non enim illi mors timenda est, qui fœlici cōmutatione domum æternam sperat, pro temporali, et labili. Porro uita hac ærumnis plena spoliari cupio. His dictis paulopost spiritum efflauit, omnium cum astātium luctu. MCCXX.

IACOBVS Xuronus Mediolanensis uir religione, sanctitate, ac doctrina clarissimus, unus ex primis īcolis cœnobii Mediolanēsis fuit. Hic quū docens litteras ī Cœnobio Genuēsi, et orationi impēse operā daret, uocē audiuit dicentē. Egredere, et in trāsmarinas partes secede uersus orientē, ubi insignis eris, et opera grandia faciens, non modicū mihi populum acquires. Qui cum sanctissimus uir esset, diuinam cupiens adimplere iussionē, facultate obtenta ab præfecto ordinis, cum Angelo de Basilica petri in Græciā peruenit. Cui cum obuius fuisset puer utraq; tibia captus alteramq; eius tibiam tetigisset, mox eam incolumem retraxit. Cernens autem humanā sibi afferri laudem, ueritus ne inani gloria aliquando, meritum iam sibi acquisitum amitteret, alterā cōtingere distulit. Quapropter puer altera captus permansit. Inde recedens in Insulam Cretæ deuenit. Vbi diu immoratus, uerbi dei prædicationi, ac animarū saluti insistens, multis clarens miraculis, ad dominū migrauit Mccxx. Ibiq; honorifice tumulatus, maxima ueneratione ceu sanctus colitur.

B. Iacobus mediolan.

TANCREDVS fœderico Imperatori seruitute seruiens, cœpit uitam suā ac seruitia diligenter examinare, et ad Beatissimam Mariā Cœli Reginā mentē eleuās, sedulo rogabat, ut se dirigeret in uiā salutis. Quo paululum obdormiente, affuit sancta parēs eum ad se alliciēs his uerbis. Ad familiā meam cito accede. Quūq; ille euigilasset (porro ita tulerat casus ut Bononiæ tunc hospes esset) nec uisionis intelligeret seriem, iterum Beatā matrem precibus fatigare cœpit. Nec mora iterū somno capitur et sic quiescente ecce duo uiri toga prædicatoria īduti astiterūt. Quorū senior, En inquit a Beata deipara efflagitas in salutis uiam dirigi, declina igitur q̄tocius ad nos nobiscumq; esto, et saluti tuæ cōsulueris. Somno igitur excitus, uiros nusq̄ cernēs, quos præuiderat, nec hactenus tali uestimento utentes a se uisi, se delusum arbitrans, rogabat hospitem, se ad Templum duci ut missam audiret. Forte iam pulsatum erat ad sacra celebranda. Verum hospes illi morem gerere cupiens, ad Cœnobium prædicatorū duxit. Impluuiū ingredienti occurrit pater Ricardus iā ætate cōfectus, præfectus Cœnobii cū socio. Quibꝰ uisis obstupuit. Cognouitq; ex effigie illū ei similē, quē per quietem uiderat. Igitur rebus suis consulens, uestimenta sanctæ

B. Tācredus.

Conuersationis accepit.

C ONRADI Germani secundi obitū haud possum prætermittere Siqdē is postq̄ plurimos, sacris initiatus, pro xp̄o domino labores perpessus est, tandē in maximam ægritudinē incidit, qua, uita

B. cōradus.ii

excessit. Igitur in Madeburgensi Vrbe grabato decumbens, rogatus a fratre sibi seruiēti et dicēti, Conrade Christus dominus redemptor noster uocat te, itaq; rogo, ut cū affuerit, nutu mihi saltē significato, ānuit. In uigilia diuæ Catherinæ Martyris assistente Cœnobii præfecto cū fratribus psallere dulciter cœpit, Cantate domino Canticum nouum alleluia, cū antea loqui non posset, et fere uita functus ab omnibus putaretur, ut pote clausis oculis et pene immotus persistens. Psallentibus fratribus pœnitentiales psalmos, ille aperiens oculos, ipsis circumspectis, ait Dominus uobiscum, et illis respondentibus et cū spiritu tuo, subiunxit Fidelium animæ per misericordiā dei requiescant in pace, et rursum respondentibus fratribus, Amen, conticuit. Demū priore interrogante, et eo nihil respondente, Graduales psalmos inceperunt astantes, prout in nostro ordine cōsuetū est. Tandē cū uentum fuisset ad illū uersiculum Hæc requies mea in sæculū sæculi eleuato brachio et digito, ueluti aliquid certi ostendēs, in cœlum protenso, ore iucūdo, et facie serena, spiritū efflauit. Tunc prior totus lachrimis profusus, fratri seruiēti illi ait. Roberte (sic enim uocabatur) Conradus certe petitioni tuæ satfecit. Et ad fratres, in terrā nos ipsos prosternamus, eiq; supplices inhæreamus Quia firmiter teneo huc Christū Iesum orbis terrarū Dominū aduenisse, hicq; persistere. Nec mora collachrymantibus omnibus terræq; inhærētibus complures mirabili quadā dulcedine et deuotione sensim fuerunt recreati, ut uix enarrari possit. Asserebāt postmodū, nil dulcius in ista mortali uita posse pgustari, nec aliquid simile pbari, nec nisi gustantibus credi. Inhæsit demū tantus odor, pro more Conradi corpus lauantibus, post mirā fragrātiā, ac suauitatē, quā tunc hauserant ut post multos dies persentiretur.

Att.

R OMAEVS Cathalanus ex oppido Cerdano ppe podiū claruit, his temporibus. Qui annis quattuor puinciæ præfecturā maxima cū grauitate ægit. Quippe deuotione sua, deuotos, et pietate, ac compassione, pios superās, nihil relinquebat, quod ad bene uitā suā instituēdā attineret. Quāobrem uiuens, et uita functus miraculis fulsit. Fuit uir uenerabilis uultu alacri, uenerādo ac delectabili aspectu, sermone cōpto ac dulci, simplici ac rudi uestimēto cōtētus, in deū fidēs, facilis ad hominū uota, quātū religio indulgebat, explēda, et in Beatissimā deiparā deuotus. Cui milies in die fertur angelicā porrexisse salutationē. Nec his cōtētus, semper in ore hanc ipsam salutationē gerebat, et uidebat̄ea nō posse satiari. Mysteriū omniū mysteriorū excellētissimū sacratissimæ incarnationis, qd iugiter

B. Romeus cathalanus

corde complectebaẽ, ore promebat. Nec uerbũ proferebat, quin eo cõditũ esset, uel initio, uel in medio, uel ĩ calce, uel in toto. Cordis humilitatẽ et corporis abiectionẽ apprime complexus est, semper in ore gestans illud Dauidis uatis egregii eulogiũ Quũ dederit dilectis suis somnũ, ecce hæreditas domini filii merces fructus uentris tui, pariterq; in corde, habens, ac in ipso ꝓnunciãdo iucũdans. Si accidisset cũ sodali officiũ deo reddere, et dictũ eulogiũ a sodali pronũciari, ceu ipse dixisset, ore præseferebat, quod gustabat in corde. Diu prouinciã Galliæ Narbonẽsis (quã prouinciã prouinciæ uocãt) rexit. Et ubicũq; domino maximo cũ sanctitatis odore, et cordis mundicia, ac nõstri ordinis obseruatione, seruiuit. Quapropter longe lateq; probitatis suæ fama peruagata est. Tãdẽ apud Carcasonã ægrotans, et æquanimiter uim morbi ferens, semp Christũ Iesum, cũ Maria Cœli Regina præ oculis cordis indefesse gerẽs, uale dicẽs fratribus obdormiuit in pace anno domini Mcclxi. Calen. Nouẽbris. cordulã nodulis plenam usq; ad obitum suum, qua mille aue maria dicere consueuerat, ferens. Guilielmus Garzanus Carcasonẽsis uir religione ac ueritate cospicuus, in fratrũ dormitorio cõsistens, clarã uocẽ eulogiũ superius scriptũ Cũ dederit dilectis suis somnũ Ecce hæreditas &c. intonãtẽ audiuit. Nõ enim signũ datũ in excessu Romæi, ꝓ more ordinis nostri animaduerterat. Quippe pulsatur per ædes tabella, qua intelligi omnibus datur, ut accurrant ad infirmitorium in exitu fratris deum oraturi pro ægroto, ne in cõgressu cũ diabolo, succumbat. Qua audita intellexit mox Romæũ domini dilectũ somnũ cepisse ad domini hæreditatẽ possidendã euestigio deductũ iri, fructũq; uentris Beatissimæ Mariæ Virginis, quã indefesse dulcissime cõsalutauerat, reuelata facie uisurũ, et perceptũ ire pro laboribus, mercedẽ tã fœlicẽ, q̃ uberrimã. Et ad infirmitoriũ currens, prout audierat, inuenit. Eius sancti uiri corpus, cũ ultra uiginti annos, sub diuo in terra iacuisset Carcasonæ, tandẽ cõmuni patrũ sentẽtia, extractũ ac alio cõdecenti loco sepultũ fuit, ante arã Beatæ Mariæ semper Virginis Et sic incorruptũ et integrũ inuentum est, ut omnibus loco miraculi fuerit circa annũ domini. Mcclxxxv. Multa ac præclara alia opera ægit, quæ enarrare longũ esset. Supra eius tumulũ hi uersus insculpti sunt. Hæc sunt in fossa fratris Venerabilis ossa. Dicti Romæi, qui fuit archa dei. Hic, Iesum atq; piam dilexit ualde Mariam.

Att. — Vox auditur.

IOANNIS Boncambii Bononiensis uiri litteratissimi conuersione, quis nõ admireẽ? Fuit enim tanta eruditionis gratia ornatus et facundia, ut ex diuersis ꝓuinciis plures ob eius nominis celebritatẽ Bononiã eũ audiendi causa accederent. Forte die quodã feriato eum cõtigit ad Concionem Ioãnis Vicentini uiri eloquentissimi et sanctissimi (de quo supra mẽtionẽ fecimus) acessisse, in frequẽti populo ꝓ foro, cõcionãtis

B. Io. Boncãbius bon.

equo albo euectū, uestibus preciosis indutū, torqueq; aurea ornatum, qua captus est. Verbis modo a Ioanne statuto, sancto afflatus numine Ioannes Boncambius, illico sic ornatus, tota admirante Ciuitate, sancti Nicolai Tēplum adiit, et togā nostræ religionis induit anno domini. Mccxxxiii. Deinde procedēte tēpore sacris initiatus, prouinciæ Lombardiæ præfecturā ægit, et accitus a pont. max. Romā Vicecancelariatus dignitate, et postremo præsulatus urbis Bononiēsis, toto plaudēte populo, insignibus ornatus fuit.

B. Philippus Calei.

PHILIPPVS Calei Pisanus his temporibus Floruit tanta morū uitæq; sanctitate, ac sacrarū litterarū peritia, ut præterq̄ q̄ sanctus dicebat̄, fere utrunq; instrumentū, seu biblia, absq; libro recitaret MCCXXXV.

B. Guinādus Theutonicus.

GVINANDVS Theutonicus uir uitæ Venerabilis, deuotione præcelsus, et sanctitate conspicuus aliquādo post prādium hospitū domū ingressus cællario p̄cepit ut afferret fratribus et sibi uini ciphū. Quo respondente per triduū ante uinū defecisse, nec esset quod apponeret, iubente sancto uiro, fratre ad doliū, ut hauriret aduentante ultra spem, plenū inuentū est. Cæteris fratribus diu ad augumentū miraculi, postea uinū subministrauit. Hoc autē factū fuisse pie credendū est, oratione, et meritis uiri dei Guinādi, tunc Cœnobii dicti Traiectēsis præfecti, circa annum salutis. Mccxxxv.

B. Volandus Theuton.

VOLANDVS præfectus Cœnobii Argentinensis uir deuotione ac sanctitate immensa præfulgens, (Thoma Barbantino, eo in opusculo, qd̄ de Apibꝰ dicit̄ affirmāte se oculis uidisse, p̄pnis qd̄ de tāto uiro narrat̄) aliqñ magūtiā applicuit ubi maxīa ægritudine capit̄, q̄ uita defunctus ē. Soliti erant, qui affuerāt, narrare alacritatē ingētē in ipsa ægritudine atq; immensam cōstantiā animi, et in decessu ex hac uita hilaritatē, quā de se prætulerat. Igitur apud patres Venerandos Minoritas tumulatū (nundū enim patres nostri ibidē ædes cōstruxerant) patres ex Argentina ueluti nostri ordinis fratrē exigebant, negantibus Minoritis tantū patrē deuotionis gratia restituere, quiescere ibidē permissum est. Post nō multū temporis, Minoritis inde recedentibus, eo q̄ alibi sibi Cœnobiū erexerant, nō negligentes Argentinates, tātū patrē in Vrbē suam propere transtulere. Nec silendū puto quod initio pollicitus sum, fretus testimonio Barbātini. Porro exhumatū Volandi uiri dei cadauer, et ossa abluta, et adinuicē compacta, apparuit Crux ossea in medio ubi costæ cohærent in medio pectoris miro fabricata artificio, in clipei formā interius. Eius formam Barbantinus ipse curiosissime disquirens ac seriatim describens, qui fere milia passuū quadraginta ægerat, ut eam diligentissime contemplaretur, talem fuisse cōmemorat. In ossis medio ex substantia ossea, euidentissimā crassitudinem

crux ossea.

eleuata tribus superioribus Brachiis crucis æqualis longitudinis, et inferiori Brachio decentissime longiori. Extremitates uero triũ brachiorum instar repandi lilii recuruatas, et brachium inferius quasi trũco deberet infigi ex/acuatũ habebat. Quid igit̃ in signo Crucis corporeæ, in osse pectoris, nisi Christi mortis præ oculis mẽtis habita passionis stigmata? Et quid ĩ trifoliis repandi lilii in crucis extremitatibus, nisi mundissimi cœlibatus insignia, q̃d ad memoriam mortis Christi fundatissimæ, fixa gerebat in carne? Fuisse eũ huiusmodi consuetudinis affirmant annales dum uiueret, ꝙ semper siue means, siue stans, aut quiescens, pollice Crucis signo pectus cõsignaret. Floruit circa annum domini. Mccxxxvii.

B. Leodatus Gallus.

LEODATI fœlicem decessum in ædibus Montis pessulani in Galliis haud scribere grauabor. Graui igit̃ is morbo pressus, amico fratri se uisitanti dixit. Hac nocte uidi Beatissimã Virginẽ ad me uenientẽ et dicẽtẽ. Vis ne nobiscum pergere? Cũ eam quænam esset exquirerẽ, Sum inquit dei parens. Et ipse respõdi. Haudquaquã credo te dei matrẽ esse. Dedignaret̃. n. Beata illa mater abiectissimũ hominẽ, et peccatis obnoxiũ uisere. Ipsa uero affirmãte se uere eam esse, et me hisdem uerbis respondente ait. Haud fili uereare. Quinimo certe me Christi optimi maximi matrẽ esse scito. Igitur subiunxi. Si (ut affirmas) ea es Angelorũ, ac mũdi Regina, tecum, ex quo me subinuitasti, omnino uenire uolo. Quid amplius? Persoluentibus fratribus uesperas, Leodatus ex hac uita recessit circa annum salutis. Mccxxxviii.

B. Conradus Theut. ii.

NEC Conradi secundi Germani uiri sanctissimi apud Louaniam transitum deuotissimũ silebo, prodẽte Barbatino, qui hæc, quæ subinferam tradidit. Quippe cũ maxima ægritudine confectus, clausis oculis iaceret, ita ut ab omnibus ipsum efflasse spiritum crederetur, repente reseratis oculis et in Crucifixũ spem nostrã defixis, manibus eleuatis, uultu læto, et facie iucunda, dixit. Educ de carcere animã meam, ut confiteatur nomini tuo domine. Et cũ tertio hoc repetisset, demissis oculis, uita excessit, anno domini Mccxxxix.

B. Egidius Flãdrensis

EGIDIVS uir dei et sancto spiritu plenus floruit circa annum domini. Mccxxxix. Qui relicto Canonicatu apud sanctũ Adomarũ in Flandria, togam prædicatorũ subiit in Cœnobio Gaudiensi, Quo plurimum profecit. Assumpto igitur Conuersationis sanctæ uestimento, euestigio totũ se lachrymis, spirituali lætitiæ, animarũq; zelo sic dedidit, ut iam perfectus crederetur, et esset. Quod eius exitus postea cõfirmauit. Nam cum eius frater uita functus esset, et in fratrum ordinis nostri tumulo humaretur, lapideq; marmoreo non bene clauderetur, instantibus fratribus ut corrigeretur, exclamauit Egidius dicẽs. Permittite fratres permit/

tite lapidem sic persistere, Nõ enim diu immotus iacebit, palam declarans non multopost ibidẽ se fore tumulandũ. Quod rei euentus docuit. Porro post paucos dies, ingẽti captus ægritudine, et uitæ termino appropinquãs, fratri interrogãti, quã bene sibi esset, bene sibi esse respondit. Nã inquit, deo prodẽte cognoui dũtaxat in igne purgatorii tribus diebus me futurum, deinde cõtinuo ad deũ migraturũ, ubi æterno fruar cum illis sanctis spiritibus æuo.

B. Odo. DO uir uenerabilis hac ætate claruit. Docuerat enim anteq̃ prædicatorũ toga indueret ius ciuile, deinde postq̃ uestimẽta salutaria acceperat, ad tantũ perfectionis apicẽ deuenit, ut in sumendo cibo, ab omni, quod seminali fluxu ab animali ꝓcederet, abstineret, corpus sobrium duntaxat reparans olere, uel aliquo legumine. Ingredienti sanctã Conuersationem, uitæ suæ dies statuta præmonstrata est. Nec rem latuit fratres, nec se fefellit.

B. Gualterus Theuton. VALTERVS Merseburgensis uir nobilis, et sanctitate præclarus, relicta Cathedralis Templi præbenda (ut eorũ utar uocabulo) urbis Treuerensis et spretis agris ac multa supellectile et diuitiis maximis, ætatis suæ anno sextodecimo, sancto afflatus spiritu prædicatorum ordini se addixit. In quo tãtum in moribus et doctrina profecit, ut breui ad modum tempore, iam uir factus, et docere alios affatim posset, et præfici. Aliquando contigit ut uocatus, principem quendam adiret, eius opera perperã acta auditurus, ut a noxa beneficio suo liberaretur criminum, et intempestæ noctis silẽtio exclamare ueluti per quietem audiretur Benedictus Iesus fructus uentris tui. Quo audito admirati sodales (hoc enim Barbãtinus narrat eius socius) et gaudio repleti, ignorantes tamẽ clamoris causam, quum illucesceret, sciscitati sunt uocis emissæ per quietem causam. Quem respondisse ferũt, se in cõsuetudinẽ duxisse, iam multo tempore in Angelica salutatione apponere Iesum ante fructũ uentris tui, quẽ proxima nocte apposuerat, eo ꝙ se diabolus inuasisset inuidens principis saluti, quẽ ea die, auditurus erat, et a noxa criminũ liberaturus, ut se iugularet, et sic exclamãdo cũ pauore, fide tamẽ, periculũ euasisse. Demum narrauit simile huic aliquãdo sibi cõtigisse, cũ adulescẽtulã Fœderici principis uiẽnẽsis ad mũdi cõtẽptũ induxisset, et in Monasteriũ sanctimonialiũ Cisterciẽsiũ collocasset. Porro diabolus uirgini subiuidẽs, cœpit uariis ac multiiugis ĩsultibꝰ eã pulsare, ut nec illi respirãdi facultatẽ (ut ita loquar) cõcederet. Animaduerterat uir dei Gualterus diabolũ stãtẽ a dextris eius, et ad se eam trahere conantẽ, ipso eregione stãte, et illã in sancto proposito cõfirmãte, sed cũ frustra id tẽptaret ꝓualente colluctatore uersutissimo, exclamauit cõtinuo uir sãctus cũctis audientibus, qui aderant, Benedictus Iesus fructus uentris tui, et mox

exturbato diabolo, ac eius machinamētis et fūtelis, adulescētula liberata, et i sancta Conuersatiōe cōfirmata fuit. In qua postea tātū profecerat, φ post aliquot annos cæteris pficeret, et eius curæ uirginale collegiū ei demādaret. Hic uenerādus pater procerū plurium filias, spretis illecebris, in monasteriis uirginū uitam cœlibem sua prædicatione eligere cōpulit. Floruisse ipsum inuenio circa annū domini. Mccxxxix. Quo uero loco obierit, compertū nō habeo. B.

SALOMON uir magnis uirtutibus ornatus, et maxima humilitate politus, his tēporibꝰ floruit. Fuerat enim ante acceptā nostræ cōuersationis togā sacris initiatus, et sacri uerbi uocalissimus insignis. Cum Germaniā fere totā, doctrina sua, ac miraculis illustrasset, tandē omnibus relictis, quæ habuerat, tam hæreditario iure, q̃ ab ecclesia, senio confectus nostri ordinis uestimēta in Colonia Agrippina induit. Quibus ueluti innocentissimus puer, benigne et humiliter conuersans, post multos annos sanctissimo fine, uitæ suæ terminū expleuit. Mccxxxix. B. Salomon Theutonicus.

HELGHERVS nobili ortus prosapia utpote filius cuiusdā magni Comitis, sed uirtute nobilior, et ante togā nostræ religionis assumptā illustris, cum adoleuisset, missa faciēs castra, diuitias, et mundi illecebras, pro Christo domino, ordini prædicatorū nudus nudum Christū secuturus, se addixit. In quo plurimū profecit tam religione q̃ sciētia, ut fratrū cōmuni uoto, Cœnobio Frisacēsi præficeret. Quum .n. ieiuniis, uigiliis, et aliis laboribus attritus, præ nimia debilitate pedibus iter alioquin magnū cōficere nō posset, asello uti compulsus est. Hic aliquando in synodo prouinciæ, coram patribus in capitulo stans, cum pro more, et secūdum nostras institutiones, ueniā pro erratis efflagitaret (accusauerat enim se humiliter) forte accidit, ut asellus cuius opera utebaẽ tam fortiter rudire cœperit, ut ab omnibus assistētibus audiretur. Quod ut animaduertit uenerandus uir, ad patres cōuersus inquit. Ecce patres ab asello meo accusor, eo φ nō sum tāto dignus honore, ut puta corpore ualitudinarius, et pedes ire non ualeo. Porro hoc nostra instituta nō exigūt. Exigunt enim ut præsidentes, non solum in honore præsint, sed in onere. Cum igitur alterū perficere non possim, altero priuari debeo. Et cum hæc dixisset, nonnullos ad risum compulit, et alios quidem ad lachrymas. Tamen coactus fuit iussu patrū, licet debilis, usq; ad exitū uitæ, prouinciā iādudū sibi demādatā perficere. Vita functus ē in cœnobio Frisacēsi, maximis fulgens miraculis. B. Helgherus theuton.

CONRADVS Frisacensis sub tanto patre in Cœnobio prælibato floruit uir uitæ uenerabilis. De quo fertur, φ inter alia pene infinita miracula, quæ adhuc uiuens fecerat, tres de morte ad uitam reuocauerat. Cōradus.

B. Christinꝰ — CHRISTINVS fuit ualde contemplationi ac meditationi deditus. Qui uisus est a sodalibus, sæpius dum iter faceret, per aerem ad cubiti altitudinē ferri. Floruit circa annū domini. Mccxxxix.

B. Gualterus II. — GVALTERVS Theutonicus alter a Gualtero primo uir magnæ sanctitatis et gratiæ, humilis et deuotus, pluribus annis Argentinæ litteras docuit, multisqꝫ claruit miraculis. Qūi aliquādo Cōuentū ediceret deo addictis fœminis de columbaria, ceu præsidēs earum, et ad diuersa obeūda officia, diuersas disponeret, Tymegūdæ febribus laboranti petenti sibi etiam aliquod officiū ne uideret ocio indulgere imponi, morbū, quo capta fuerat, pro petito officio iniunxit. Igitur sancta fœmina, post uiri dei discessum, medicinalibus, et antidotis, nolēs curari deinceps abstinuit, ueluti iniunctā obedietiam perficere, putans nil sibi fore adiumento, donec a sancto uiro absolueretur. Post ebdomadas septem Gualterus ad sanctas fœminas rediens, ut audierat quod ioci causa Tymegundæ imposuerat, uim præcepti habuisset, illius misertus, corā pluribꝰ dixit. Ego

Miraculū. in nomine domini nostri Iesu Christi te ab istarū febriū officio, absoluo. Quæ humiliter se in terrā ante eius pedes prosternēs, postmodū sine febribus sana surrexit. Visus est multotiens sanctus pater a cōpluribus, dū sacra faceret, a terra diu eleuatus persistere. Offendit aliquando Gualterus fratrē quēdā febribus æstuātē, cui cū imponeret nescio quid curæ foret, respōdit. Pater iussa diligenter perficiā, dūmodo præcæperis, ut febres tā uehementes a me recedant. Qui sancto afflatus spiritu ait, signo sanctissimæ crucis eo præmunito. In nomine Christi ammodo febres tibi molestæ nō sint. Nec mora, uix sermone completo, Frater se ea molestia leuatū persensit. Orāti aliquādo pro uirgine quadā cupiēte sacro uirginū collegio adscribi (Porro uoto se abstrinxerat toga religionis indutā ire). uisæ sunt preces ex animo emissæ in fellis amaritudiuē cōuerti. Quāobrē cognouit frustra se porrigere ad dominū preces, obstātibus uirginis operibꝰ perperā retroactis. Quod euentus rei ostendit. Quippe promisso deum, sed se magis ipsam fraudās, breui admodū tpe, nupsit. Contigit quādoqꝫ sanctū uirū adisse sacro uelamine fœminas in urbe Argētina consecratas, qđ ut aīaduerterūt, ueneradæ matronæ quādā a diabolo obsessam, cæteris infestissimā obtulere. Ast uir dei sanctimonialibus cōpatiēs, et fœminæ obsessæ, ut exaudiretur a domino diebus aliquot abstinuit a cibo, potuqꝫ, uidelicet tātū cibū sumēs quātum sat fuisset ne deficeret, Quin et uigilias plurimas ægit, deū assiduis precibus orans, ut uoti cōpos fieret. Postea uero assumpto fratre socio, ad sanctimonialiū ædes properabat festinanter uisendi gratia obsessam fiducia plenus iā in domino reposita. Qūi igitur progrederet, se multitudine angelorū septū esse sibi uidebat dicētiū, Agedū ut tibi simus adiutorio de cœlo demissi sumus. Igit cœnobiū ingressus, iubet obsessam corā duci, et ipso orāte

malign⁹ spūs pene mōtuā fœminā dimittēs, abscessit. sed a scō uiro ad deū pcibꝰ emissis, breui tpe plene cōualuit. Cōsueuerat sæpe ꝑ uita defunctis sacra facere, et orare. Quare sæpius, prodēte deo, decedētiū requiē, uel tormēta cognouerat, et q̄diu tantū cruciatū passuri essent. Aliquādo pro quodā sibi maxima necessitudine deuincto ex hac luce subtracto orans (intellexerat enim, deo tradente, per bienniū pœnis purgatorii esse cruciandū) obtinuit post ebdomadas septem liberatū iri. Itaq; his diebꝰ elapsis, sacra facieti amicus occurrit, gratias deo, et illi pro sua liberatione agens. Aliquādo sancto uiro orāti in columbaria in Cœnobio patrū Minoritarū, occurrit Christi domini nostri memoria cruciatus, et grauissimorū tormētorū, quæ pro nobis passus fuerat et sic mente obnixe illa euoluenti, illico se tantū in manibus, pedibus, et latere, diro cruciatu captū persensit, ut eum ferre nō ualēs ingentē cū rugitu ediderit clamorē. Vnde frequēter postea illis in locis distorquebatur. Cupienti beatissimæ deiparæ uirginis in filii interitu dolorē metiri, cor gladio ualidissimo, sibi trāffigi uisum ē. Floruit sanctissimus pater Gualterius circa annum domini. Mcclxiiii.

AVDQVAQVAM prætereūdū duxi PETRI scendre Cathalani cōcionatoris egregii magna opera. Porro tredecim cæcis lumen restituit, surdis quattuor, auditū, claudis sex gressum, quinq; cōtractis beneficium membrorū, ægrotos ad mortē desperatos uigintiquattuor, incolumes dimisit sacratissimo Christi domini nostri nomine. Forte aliquādo ita casus tulerat ut in frequēti populo uiro dei concionante, mulier quædā omni membrorū officio destituta, cupiens sanctū uirum adire, ut ex hoc pristinæ sanitati restitueretur (se enim illuc portare fecerat) a multitudine prohiberetur, uerum æquanimiter tolerans, præstolata est omnium recessum. Nec mora, accedens ad locum, in quo insedisse uirū dei notauerat, cortice salicis, prius inuocato patrocinio. B. Virginis et noīe uiri dei, confricans membrorum iuncturas, cœperunt se nerui extendere ueluti cæra, crepitum emittentes, et deinceps omnibus membris sic usa est, ac si nunq̄ eam calamitatem passa fuisset. Mulier alia urinæ difficultatē patiēs ebibita aqua per manus uiri dei sanitatem protinus est adepta. Claruit circa annum domini. Mccxliiii.

B. Petrus cathalanus.

SNARDVS Vicentinus his tpibus Papiæ uita functus est, ubi maximis fulget miraculis. Fuit uir præclarissimis dotibus ornatus, Togā religionis nostræ, parente Dominico adhuc in humanis agente anno domini. Mccxix. accæpit cū Gualla Brixiense, Petro de lascalla Veronēse uiris præstātissimis. Erat Isnardus pater corpore obeso, sed sanctitate obesior. Suis enim cōcionibus multos a uitiis ad uirtutes reuocauit. Claruit adhuc uiuens et post exitum miraculis. Inter quos Claudi

B. Isnardus Vicētinus.

quinq; incessum, surdi quattuor audiēdi facultatē, et loquellæ beneficium muti duo, Cæci tres uisum, et tres manuū usum, ad eius tactum per inuocationē nominis domini nostri Iesu Christi plene receperunt. Puerū ignobilem, de cuius uita iam omnes desperauerāt, sancto Crucis signo facto, cum Christi nois inuocatione, pluribus uidentibus, ad uitā Isnardus reuocauit. Iuuenes nōnullos in amne Pado periclitantes, uiri dei patrociniū implorātes, miro quodā modo liberauit. Paralysi dissoluta mulier, cibi eius quisquilias comedens, pristinæ restituitur sanitati. Cōualuit mox eius saliua illitus lacertus aridus. Osculo suo sancto, hydropicus detumuit. Et paralyticum quattuordecim annis in grabato iacentē, inuocato Christi nomine, incolumem dimisit. Dicētibus hæreticis, si Isnardus Martinū a diabolo obsessum liberauerit, (Fuit enim quidam obsessus, cui hoc nomen erat) continuo eū uirū deo gratū credemus, Nec mora sanctus uir Martinum exosculās, illico diabolus ab eo aufugit, et sic pristinæ sanitati restituit. Qui postmodū, nō ingratus, Deo et Cœnobio Papiēsi pluribus annis seruiuit. Cuidā labe hæresis inquinato, in foro, in frequēti populo Isnardi miracula irridēti ac dicēti, si ultro doliū illud (forte prope uas uinariū iacebat) crus mihi pfrægerit uirū sanctū illum pinguē Isnardū credā, ex sese uas, nullo impellente, crus fregit. Ager sertus ciceribus Isnardo creditus, neq; a uiatoribus, neq; a bestiis cōculcatur, licet iuxta uiam esset, et solitus præculcari. Instāte tempore, quo uitā istā labilē desereret, et in cœlestē patriā, ad quam cōtinue anhelabat, locaretur, uisum est cuidā fratri layco ordinis nostri spiritu ferueti (hos enim laycos appellamus, qui neq; litteras norūt, et si norunt, a sacris faciundis arcent.) clerū et populū papiēsem, ad Cœnobiū prædicatorū progredi efflagitātē sibi quēpiā ex his patribus i patronū sibi largiri. Qđ cū supprioi indicasset, euestigio Isnardū Cœnobii præsidentē adeūt, reiq; seriē narrant. Ex his enim uir dei uisionē, quo tenderet intelligens, uidelicet finē uitæ suæ mortalis imminere, et cito se datum iri in patronū Ciuitatis, protinus i terram procidēs et ad Suppriois genua se prouoluens, remissionē seu absolutionem omniū criminū suorum cū lachrymis suppliciter exorabat. Simullac decubuit, et obdormiuit in domino. Mccxliiii. Cœlibē uitam omni tpe duxit. Porro nec animo nec corpore unq̄ inquinatus fuit. Claruit ēt post mortē multis et præclarissimis miraculis. Iuuenes duo in carcerē coniecti, et cōpedibus uincti, inuocato sancti uiri noīe, de carceribus nouo quodā mō educti, ab insequentibus hostibus, nec capi, nec cōtingi potuerunt. Quare postea in signū miraculi, soleas ferreas ante eius tumulum affixerunt. Quidam filium habens paralyticū, et altero lacerto, crure, et lingua captum, pro eius salute Isnardum precibus pulsans, eius beneficio, sospitate, et linguæ usu filius donatur. Mulier cum fuste porcum occidisset, uerens puniri

Miracula p Isnardū.

Obitus Isnardi.

lachrymis et precibus ob merita uiri dei in uitã restitui obtinuit. Sanctimonialis ordinis humiliatorũ uouens legere ter psalmos Dauidis, si eius meritis et precibus ab ægritudine liberaret, qua per annũ in grabato decumbẽs fuerat oppressa et omniũ membrorũ officio penitus destituta, illico sospitate donatur. Se persensit ciuis quidam Papiẽsis liberũ inuocato uiri dei nomine ab erniositate et dolore maximo capto ob defluxũ intestinorũ, quẽ per annos sexdecim portauerat. Dæmon a muliere exiit, cum tetigit eius tumulũ. Multi inuocato Isnardo sanitatem dei beneficio promeruere. Iacet nunc eius uenerabile corpus in Templo Diuo Thomæ dicato in urbe Papiensi ad leuã aræ maioris. Ex priore enim loco ammotũ fuerat et illuc delatũ eo ꝙ Cœnobiũ prædicatorũ imminentibus bellis destructũ fuerat. Extant nũc eius uestigia ultra Ticini amnis pontẽ iuxta suburbia ad meridiem uersus. Porro exinde in medio fere urbis extructum fuit ingẽs Cœnobiũ cũ Templo celeberrimo diuo Thomæ dicato. B.

PETRVS de Gercha Supprior in Dinam Galliæ uir deuotus et in oratione assiduus floruit circa annũ salutis. M.ccxlv. Agens is uenerabilis pater uitam in Cœnobio Dinam Britanensis Galliæ et cum post matutinas somno abstinere soleret aliquãdo ad cellulã diluculo regressus et in lectulo quiesceret uocẽ audiuit sibi dicentẽ. Surge et noli corpori parcere. Non enim tempus est ut ei parcas. Qui surgens secrete cõfessorẽ suum de hoc admonuit demũ sacra facturus cũ lachrymis ad altare accessit. His peractis ea ipsa die in ægritudinẽ incidit qua spiritum efflauit. Colitur præcipua ueneratione in ea urbe a ciuibus ob eius eximiã sanctitatem quam de se præseferebat adhuc uiuens.

Petrus de Gercha.

B.

HERMANVS Theutonicus toga ꝑdicatorũ adulescẽtulus indutus uitã intrepide atq; sanctissime ægit. Initio quidẽ Christi redemptoris nostri cruciatũ uulnera et mortem atrocissimã mẽte passim euoluere solebat et his uerbis uenerari. Adoramus te Christe et benedicimus tibi quia per crucẽ tuã redemisti mundũ quinquies dicendo et ad quãq; salutationẽ inclinans cũ oratione dominica postulãs a deo sibi timorem pariter et amorẽ dari. Apparuerat sibi aliquãdo Christus dominus noster (ut is retulit) propinans pro poto ex unaquaq; cicatrice sanguinem mira suauitate ac dulcedine refertum. Quo hausto mundi omnis dulcedo et uoluptas prorsus i amaritudinẽ illi cõuersa ẽ. Nec mirũ ex eo ꝙ opposita iuxta se posita magis elucescunt ut omnes norunt. Nihil dulcius potest dulcedine dei gustari nihilq; amarius mũdi dulcedĩe si eã dulcedinẽ appellari licet. Gustate inqt Dauid mũdo addicti et uidere q̃ suauis sit dominus Nihil (credite mihi) in mũdo ẽ quin amaritudine cõspersum sit, qđ longe abest a dei dulcedine. Verũ ad nr̃a. Consueuerat Hermanus uir sanctus. B.

B.

Hermanus Theutonicus.

parentem Mariam angelorum ac mundi dominam, summo honore uenerari, ceu illam, quæ nostræ auctorem salutis genuerat, aluerat, et educauerat. Apprime cor sanctæ matris contemplabatur, quo in Christũ crediderat, eũq; intense amauerat, Vterũ, quo portauerat, et ubera, quibus eum lactauerat, sanctissimasq; manus, quibus ei seruierat, pectus eius, in quo recubuerat uirtutũ omniũ recõditorium, uenerãs et singilatim salutãs se iclinãdo cum angelica salutatione, recensendo uirtutes, quibus matrem dei fieri meruerat, uidelicet fidem, humilitatẽ, Charitatẽ, integram uirginitatẽ, benignitatem, atq; patientiã, efflagitãs his omnibus se a domino, eius precibus, donari. Quapropter aliquãdo beata parens die sabbati ad eũ accedẽs efflagitata, quibus caruerat, illi elargita est. Hermanus igitur allectus dulcedine meditationis, cæteris rebus, ac studiis, et officiis postergatis, totum illi se addixit. Animaduertentes uero patres eum litterarũ studia aspernari, sæpe admonuere, ne sanctæ religioni se prorsus inutilẽ præberet. At Hermanus ne patrũ iussiones paruifacere uideretur, deũ precibus obsecrauit, ut partẽ dulcedinis internæ, ut religioni aliquando opem ferre posset, et fidei Christianæ prodesse, in se in litterarum peritiam cõmutaret. Quod et assecutus est. Porro nõ fraudatus desyderio suo, tantam illi dominus sapientiã infudit a se prius ignotam, ut nõnũq̃ lingua patria, nõnunq̃ latina in frequenti populo, bene concionaretur. Polluit apprime maximo ac optimo consilio. Floruit circa salutis annum. Mccxlv.

B. Seruatius theuton.

SERVATIVS Theutonicus sanctã Religionẽ, in Cœnobio Louaniensi uestimẽta, Christo Iesu sub uexillo prædicatorũ militaturus induit. De quo uenerando uiro patres referre solebant, qui per annos quinq; et triginta in sancta conuersatione cognouerãt, neminẽ unq̃ uerbo, aut facto, seu in urbanitate eũ lacessisse. Tantæ mansuetudinis ac humilitatis fuerat, ut affirmarent, illi similem haudquaq̃ se uidisse. Pollebat mira charitate ac pietate, erga proximos. Appropinquãte uitæ suæ termino, tota mente cœlestibus inhiabat, et interrogatus a fratre sibi seruienti, q̃ bene super statum pacis suæ cõscientiæ se haberet, humiliter et deuote respondit. Pax certa et firma est inter me, et nostræ salutis auctorem, nec ullo modo diutius ab eius contẽplatione frustrabor. Floruit is uenerabilis pater circa annum domini. Mccxlviii.

B. Mauritus tolosanus

MAVRITIVS togam sanctæ Cõuersationis in Cœnobio Tholosano accepit, uir sermone atq; opere promptus, genere nobilis, sed uirtute ac morum honestate nobilior, corde lenis, et habitu humilis, tanq̃ optimus paupertatis amator, Atrox hæreticorũ hostis, et indefessus pro Christi fide miles, ac sacri uerbi insignis Cõcionator. Cõtigit ipsum aliquãdo apud patres Minoritas de Albia diuertere, hospitatu-

rum

rum,(adhuc enim nostrates ibidem ædes non extruxerant,)eosq; inuenire caritate aquarũ laborantes(nõ enim,licet enixe fodiendo quæsissent,uenæ eruperant) quare illis compatiens,prius ad deum oratione emissa,hic fodite patres inquit in nomine domini,et uoti compotes eritis, Quippe locũ illis ostenderat. Euestigio ut uiri dei iussa perfecerunt, scaturiere abunde aquæ dulcissimæ. Quæ usq; in hunc diẽ defluũt, et ĩ incolentiũ usum et in miraculi uiri dei Mauritii testimonium. In eo cœnobio patrũ Minoritarũ de Albia,diẽ suũ fœliciter clausit,et honorifice tumulatus est anno domini Mccxlix. Hũc uirũ sanctũ Pontius Minorita uir probus apprime laudibus extollere consueuerat, affirmans ultra quinquaginta mortales utriusq; sexus uariis morbis detentos et oppressos,ad tumulum eius,sospitatem obtinuisse. Hæc omnia se oculis propriis uidisse comprobabat.

STEPHANVS Aluernach,q anno dñi. Mccxlix. dictus fuerat præfectus ꝓuinciæ Galliæ Narbonẽsis floruit his tpibꝫ plenus bonis operibus. Vir fuit maxima sanctitate,et ingẽti humilitate præditus. Accitus aliquãdo Parrhysiũ,ut sacras litteras in cathedra doctorũ doceret,ex sua humilitate renuit. Hic cum ultra quadraginta annos in multis cœnobiis utiliter et honorabiliter in lege dei docuisset,et in sanctis canonibus,quorum peritissimus fuerat,in cœnobio Biterensi deuote uita excessit. B. Stephanus aluernath

ODEMVNDVS Mascha Pisanus nobilitate insignis,sed doctrina et uita insignior,relicta domo, et amicis ac affinibus ualedicẽs,se religioni nostræ addixit malẽs,cordis mũditia ꝑfulgere, q̃ auro et argento. Diu enim in sancta cõuersatione uixit,florens magna sanctimonia. Demum bono fine quieuit anno domini. Mccl. B. odemũdus Pisanus.

PONTIVS de Spira Burdegallẽsis diocœsis, Vocontius natione circa annũ domini. Mccliiii. v. calen. Maii apud Burdegallã spiritum deuotissime efflauit. Fuerat enim uir omni dote refulgẽs. Leonem animo pro Christi religione superans,et mansuetudine ac quadã dulci lenitate agnũ. Porro diebꝫ suis surrexit ueluti alter Iudas Machabæus et similis factus est Leoni in operibus suis. Nec deterruerũt eũ tyranni contra eum insurgentes et cõtra hæreticæ prauitatis Censores (quos Inquisitores appellãt)Nec a sancto proposito dimouere ualuerunt uerba subdola,ac uafricia plena quorũdã præsulũ nõ recte in fide sentiẽtiũ,sed fauentiũ Comiti Tholosano uiro non satis probo. Constantissimus inter constantes fuit Nec unq̃ dimoueri potuit,aut flecti a ueritate,et zelo fidei nostræ orthodoxæ,minime ueritus hominũ minas. Infractus animo, et uiribus corporis infatigabilis,uerbo,et opere,occulte,et palã,prout sese opportunitas obtulerat,rempublicam christianã defendẽs. Quosdã aũt,qui ecclesiæ uidebantur sustentacula,rationibus irrefragabilibus refrangebat. Hac igitur pe B. Pontius Vasco.

etotis et animi firmitate, precibus et lachrymis, et concionibus ac adhorta/tionibus, mira tẽpore suo ægit. Bis prouinciã rexit, et omnibus semper reli/gionis specimen se præbuit, ac intrepide diem suum obiit attritus pluribus laboribus et senio.

LARIVS Hispanus, lenitate et sanctimonia cõspicuus, his tem/a poribus claruit. Porro uir uenerabilis, spretis mũdi uoluptatibus

B. ac illecebris, et apice dignitatis, qua ornatus erat, ad sanctissimã re

Alarius ligionẽ ceu ad tutum portũ huius tempestuosæ uitæ, atq; ad salubre tuta/

hispanus. men, conuolauit. Sic postea in sancta cõuersatione se nihilifecerat (attestã/te Humberto uiro clarissimo condã totius ordinis prædicatorũ præsidente cuius plurimum fuerat familiaritate usus, ac uiri nitiditate animi apprime delectatus) ut loca, quibus ad secreta naturæ secedi solitum est, fratribus in unum ad audiendas lectiones coeũtibus, deturpata extergeret, et ægrotan/tium sordes efferret. Et licet calluerit medicinam, aliquando sibi appositam refectionem, morbo capto haudquaq̃ eam ignoranti sibi fore aduersam et morbo, tamẽ cum gratiarum actione prælibabat. Vt sat faceret eius ope/ra indigentibus, missis cæteris negociis suis, rem peragebat prompto atq; hi lari animo, fronteq; læta. Nonnũq̃ affirmare solebat, esse õmittẽda omnia tam spiritualia q̃ corporalia sibi ipsis opportuna, pro salute ꝓximi et sola/tio. Neminẽ lacessebat, nulli indignabatur, Patribus obediens, aut affatim deũ precibus fatigans, aut litterarũ studiis operam sedulo impẽdẽs, Aliquã/do docens, aliquãdo meditãs, Nec minus erat solus, cum esset solus, Studiis minus utilibus proiectis, studia magnarũ rerũ amplectens. Licet enim fue/rit ingeniũ optimũ nactus, atq; doctrina multa ornatus, tamẽ nõ dedigna/batur patrum priscorũ uitas, exempla, atq; gesta, affatim audire, uel legere, et auditas uel lectas, libenter referre. His enim actibus et gestis illorũ uenera biliũ patrum, magisq̃ Ethnicorũ, hominũ mẽtes perennẽ illam cœlestem

Attende et gloriam adire cupientium, continuo dulci quodam iubilo depascuntur,

obserua. et optima quæq; illorũ ingenia ubertim ac iugiter coalescunt. Ad nostra. Autumabat præterea illos Prometheo similes esse, qui concionibus suis aut uerbis, alios ad uiam ueritatis reducebant, se ipsis neglectis. Omnes, suis moribꝰ ornatissimis, et uita nitida, ad se amãdũ aliciebat, et ad oratiõis affe/ctum, paupertatis studium, et obedientiæ promptitudinem, adhortabatur. Nunq̃ pene tyrunculi nostræ religionis hæsitantes ac labantes in sancta cõ uersatione, ad ipsum deducti, ab eo nisi firmi, ac roborati discesserunt, et in sancto proposito consolidati. Aegrotus ipse ægrotantes solabatur uerbis, admonens illos magis in deum fiduciam habere, q̃ in fomentis, aut terrenis medelis, asserens dei gratiam plus posse, q̃ naturã, et res ab ipso productas. Aliquando audiẽs terrarum orbis rumores, et inania uerba, aut sensim, pas/

sim[que] declinabat tacendo, aut ex inani exordio pedetentim curialiter ad dei uerba reducebat, et ad salubriorē doctrinam. Rumores item uani, et sermones minus utiles, coram eo, cito dirimebant. Vix depræhensus unq̃ est, in toto anno uerbum inane protulisse. Cubiculum suum sic diligebat, ut non nisi necessitate impellente, uel suadēte utilitate ab eo discederet, spretis huius mundi delectationibus. Sic mente sanctis meditationibus rapiebatur ut nonnunq̃ fratres iuxta se sedētes (forte ita tulit casus, ut ægrotis ministraret) qui uenerant uisendi ægrotos causa minime aduerteret, demū ad se reuersus assurgeret, illos alacriter ac festiuiter excipiens ueluti recēter ingressos. Scripserat enim aliquādo ex Hispaniis patri Humberto (de quo supra mentionem fecimus) affirmās quādam interiorem lucem esse, qua hominū perfectorum corda, mentes[que] in hac labili uita, illustrant, queadmodū exteriores oculi luce exteriori, et se non hæc affirmare, nisi expertus, et certus. Narrauerat aliquādo quidam frater uenerando patri Humberto, se eum in itinere mox captum extasi Alariū uidisse, nec exteriora curantē, deinde redijsse ad se ingemiscētem, eo [quod] distractus fuerat ab illis supernis et intimis illuminationibus præter uolūtatē suam. Quo loco obierit annales nō produnt. Produnt tamen ipsum floruisse circa annū domini. Mcclvii.

Att. de quodā lumine interiori.

PELAGIVS Hispanus hac ætate, uir optimus, ac sacri uerbi orator facūdissimus, floruit. Qui postq̃ plurimos labores pro christo domino, tum docēdo, tū monēdo intrepide perpessus esset, omni cū lenitate animi, in Cœnobio Colimbriæ prouinciæ Lusitaniæ, coram positis fratribus, et ad deū preces emittentibus, in domino quieuit. Cū post aliquot annos iuxta uiri dei ossa, a uespillone humus gratia nescio cuius cadaueris tumulandi foderetur, tanto inde odore ac suauitate opletus ē cum assistentibus fratribus, ut protinus mētis stupore omnes perculsi fuerint, et mira suauitate consparsi. Visa præterea est ex eius tumulo nubecula egredi, et in cœlum emitti. Vespillo continuo domum ingressus filiam graui morbo captam sancto uiro uouit (non enim e grabato surgere ualebat) Quæ protinus surgens, et domo exiens lagenam ex amne aqua plenam domum (ut antea consueuerat) retulit, miraculi testimonium præsefetens. Forte patres Colimbrienses fundi tintinabulum iusserant, sed incuria artificis factum fuerat, ut æs deficeret in ipsa effusione pro tertia parte, Ast frater quidam ab oratione exurgens (Porro deum precibus cominus orauerat, ne seruorum suorū uota aspernaretur) plenus fiducia (quippe reposuerat totam spem suā in deum et in uirum sanctum Pelagium) illico protulit ex humo tumuli uiri dei quantum pugillis continere poterat, at[que] in fornacem in nomine domini proiecit. Quid immoror? Excreuit ita[que] æs, et sic excreuit, ut ex eo superfuerit ad cētū uiginti libras, tintinabulo absoluto

B. Pelagius hispanus.

Attende. Miracula Pelagii.

Mulier quædam ex stomacho et costis laborãs, calliga Pelagii tacta liberat. Quin et consors eiusdem, et ipse ægrotans opem persensit, ad ceruicem pendente humo tumuli uiri dei. Scutifer febribus acutissimis laborans, continuo suffragio sancti uiri sospitati redditur. Frater febribus pressus super tumulum pelagii procunbens, incolumis surrexit. Conscientiæ suæ male acta in deum optimum perpetrata quidam non erubescens(apprime enim efflagitauerat ad sepulcrum uiri dei, ut sibi criminum suorum pœnitentia subirer)nec inde se dimouit, donec ipsum sic suorum malorum operum pœniteret, ut in lachrymas maximas continuo prorumperet, expeteretq; uindictã coram sacerdote, ut uix crimina narrare posset. Oculis captus, aliquãdo sancti uiri usus colloquio, auditis prodigiis, quæ ad eius tumulum fiebant, fiducia plenus, et ipse accedens, et lumen efflagitans, uidens inde recessit. Obsessi a diabolo quinq; liberati sunt, ad eius sepulturã. Mauræ mulieres duæ febribus detentæ, humo collecta ex tumulo pelagii, pristinæ sunt ualitudini restitutæ. Floruit circa annũ domini. Mcclviii.

B. Petrus Hispanus.

PETRVS Gonsalinus hispanus uir sanctitate ac uirtutibus ornatus, his diebus spiritum efflauit, et in Templo Tudensi humatus ubi ad inuocationem eius nominis, deo operante multa fiunt miracula. Quare uenerandus Antistes eius Ciuitatis ultra centum octoginta miracula per uiros ꝓbos et fide dignos, examinata, et per testes iurata signata sub sigillo suo, ad synodum Generalem actam ꝑ patres nostros Tolosæ anno domini. Mcclviii. transmisit. Inter quæ leprosi curati quinq;, nouem a diabolo obsessi liberati, cæcis q̃ pluribus uisus restitutus, fistulati, gutturnosi, membris contracti, et diuersis febribus pressi sospites facti. Vnum illud nec ꝑtermittere possum nec uolo. Porro cuidã ex spinoso fratre duæ in oculis remanserant spinæ, et adeo inhæserant, ꝙ nullo poterant artificio euelli, nec uideri. Humano igitur destitutus auxilio, Petrum precibus fatigauit, ne se in tanto cruciatu desereret. Nec mora, ipso stante ecce spinæ, nullo adminiculo humano operante ambæ ex se ab oculis eius in gremium, deciderunt, et perfecte liberum se inuenit. Mulieri, quæ pauloante fuerat puerum enixa, nec ualens eum nutrire, eo ꝙ per menses sex lacte caruerat paupertati obnoxiæ, oranti ad tumulum beati petri, quo filium enutriri posset, lac restituitur. In mari nautis periclitãtibus et ipsum beatum uirum inuocantibus euestigio apparuit dicens; Adsum et eos solans in tutum locum deduxit. Mulier amnem lintre transmittens in dorso ferens filiolum, ucidis annis perterita, in aquas cadens quinquies obruitur, sed ad Petri uiri dei inuocationẽ nominis tam ab ipsa factã q̃ a cõiuge, in ripa fluminis altera stãte, mox cũ filiolo liberatur. Astitit aliquando petrus cuidã febribus laborãti turgidum ualde uentrẽ habenti ut uix scipione sustinere se posset dicẽs, Ae

Miracula.

cede ad sepulcrum meum, et illico assequeris sospitatem. Dicto igitur ille audiens, in integrum restituitur.

HAVD Columbi uiri Venerandi memoriam reticebo. Fuit .n. his pater mira simplicitate et prudentia præditus. Hæc autē simul coniuncta, homines reddūt probos ac optimos. Rexerat aliquādo Cœnobium Montis pessulani. Tandem ætate sua in sancta Conuersatione, uirtutibus, moribus, ac clara uita, optime sanctissimeq; transacta spiritū efflauit atq; in atrio Beatæ Mariæ semp Virginis in Gallia Narbonēsi i cœnobio Forniliēsi humatus fuit. Quippe ad eius tumulū paralytici duo curati sunt, et plæriq; ægroti plenarie incolumitati redditi. Porro sepulcrū eius ē sacerdotibꝰ et pplo admodū uenerādū. Floruit tātus uir āno. Mcclix B. Columbꝰ Gallus.

GVILIELMVS eiusdē Cœnobii Montispessulani uir religione præcipua fulgens, Quum diem ultimum ægrotans sibi immine re cognosceret, accito præfecto Cœnobii exorata uenia omnium criminū suorum, rogauit eum enixe ut proximo eminenti mortis suæ periculo interesse adniteretur. Quod prior diligenter se facturum spopondit. Quum autem prior in lectulum se recepisset, ut aliquantulum somno indulgeret, euestigio sonus ad eius cubiculum factus est, et uox emissa dicens. Surge surge. Nam Guilielmus modo uita functurus est. Ast prior non negligens cum fratribus occurrens, Guilielmum animam extremis labiis tenētem inuenit. Et incipiens, quæ ex officio sibi incumbebant, uidelicet cōmendationē animæ (ut dicunt) orantibus cæteris et psallētibus litanias, uita exiit Quo uita functo, nusq̄, inuentus est, qui priorem suscitauerat. Quare illū dei nuncium fuisse, omnēs affirmarunt. B. Guilielm. Gallus.

PETRVS et ARNALDVS Galli Cœnobii Mōtispessulani uterini una die in lucem hanc suscepti, uno eodemq; die ad litteras hauriēdas Parrhysium a parētibus missi, et eademmet die philosophiam prophessi, et simul sanctæ conuersationis togam eadem hora induti, et eodem ferme momento cœlum ingressi, hanc labilem uitam relinquentes. Quorū prior petrus uidelicet absolutione obtenta a Pontio præfecto Cœnobii, perunctusq; sancto oleo, cum quadam hilaritate animi, præfecto dixit. Quod iubes pater, aut quo mittere me decernis? Cui Pontius, (iam obitum instare sancti uiri animaduertēs) respondit. Ad Dominum nostrū Iesum Christū, quem sub sacramento tam læte suscepisti. Tunc petrus corde exhilaratus et facie, lætaq; frōte, ad osculū sanctū pacis omnes subinuitauit more decedentiū. Quo peracto ueluti iam omnia peregisset, quæ sibi incūbebāt, ad fœlicē illā patriā euolauit. Appropiquāte uō termino Arnaldi patres omnes concurrere, ut quod officii sui erat, explerent. Psallentibus, omnibus, quidā frater Vincentius nomine in infirmitorio ægrotus iacens, B. Petrus et Arnaldus Fratres.

apertissime ingētē cateruā maximo splēdore ornatā beatorū spirituū uidit, quorū i medio residebat Beatus pater Dominicus cæteris fulgētior ꝑ stolās Arnaldi exitū. Quo uita defungēte, ipsum ꝓcedēre sancto patre secū dedu xerūt. Quorū unus Vincentio dixit. Paratus esto Vincenti, quia cito et tu nobiscū ad dominū uenies. Qui gaudio repletus, rē fratribus detulit. Nec deceptus fuit, nec alios decepit. Porro infra dies paucos e uita discessit.

B. benedictus et Petrus.

i N Eodē Cœnobio Montis pessulani iuuenes duo ingenti deuo- tione ornati fuere, quorū alter PETRVS et BENEDICTVS alter dicebatur. Contigit ambos graui uno tempore ægrotatione laborare, qua decesserunt. Quū enim, pro more, petrus a præsidēte domus, uisitaretur, et interrogaret q̄ bene sibi esset, respōdit. Bene. Nam certus sum ꝙ ad dominū pergo. Et hoc uobis signū, quia Benedictus eadē die et ipse migrabit. Interrogato postea similiter Benedicto et se bene habere respon- dente, subiunxit. Cū hæri meditarer q̄ bonū sit dissolui et esse cū Christo, et ad hoc uehemētissime hanelarē, sanctissimāq; parētē, ac Reginā cœlorū, ut efficeret ꝙ uoti mei fierē cōpos rogarē, euestigio animus meus tāta deuo tione oppletus est, ꝙ aliud nec uolo, nec cogitare possum præter Christū. Quū igitur post paucos dies Petrus ad sepulcrū deferretur psallētibus secū dū consuetudinē fratribus, Benedictus a fratre sibi seruiēti exqsiuit, quis es- set, quē sepeliebāt fratres, et audiens Petrū illū esse, continuo exclamans di- xit. Efferte me fratres, quia debeo et ipse ea die, qua ille, ad dominū pergere. Mox igitur redeuntibus fratribus, ille uita excessit. Et cū socio quē domi- nus ei dederat, sepulturæ traditur.

B. Petrus gallus.

p ETRVS Dignensis in Cœnobio Massiliēsi iuuenis ualde pu- rus, et nitidus aīo fuit. Huic aliquādo a quadā religiosa persona allatū est, ꝙ ipsum uiderat alba indutū, ferentē manu ardentem faculā, ante turmā supplicantiū. Quod ut audiuit petrus amico sibi præci- puo rē detulit dicēs, Firmiter teneas me cito uita functurū. Vnde te per iu- ra amicitiæ rogo, ne mei memoriā in tuis precibus ad dominū abiicias. Ex- pleto breui dierū cursu, fœliciter in domino obdormiuit.

B. Nicolaus

n ICOLAVS Præfectus Cœnobii Auinionēsis cōcionator sacri uerbi insignis, et multa deuotione ornatus, quū se mori cerneret astātibus dixit, Cras uidelicet in festo sancti Michialis Archāgeli quartūdecimū annū explebo, ex quo prædicatoriā togā assumpsi, et utiq; in dei bonitate fido ꝙ cras toga gloriæ i regno cœlorū uestiar Cœlesti illo æuo cū scīs angelis fruiturus. Ea igit̄ die (prout ꝓpoptauerat) uita functus ē, et funus eius īgēti pōpa ab uno Cardinali et a plærisq; episcopis curatum.

B. Ioannes Sterlinus.

n EC omittēdum puto Ioannis Sterlini in Cœnobio Valetēsi obitū. Is igitur nobili stemmate ortus, ægrotus corpore, mēte uero ualidus,

tolerātiſſimus in ægrotatione graui, meditatione altus, corde lenis, egregius cōcionator, cuidā amico ſuo, ſemotis arbitris, affirmauit, ſe per quieté uidiſſe in domū quādā intromiſſum, et ibi cū ingēti ac nobiliſſima ſocietate et gratiſſima gauiſum, et audiſſe tale eulogiū dulci ac conſona harmonia decantari, Iſte eſt, qui uitā mundi contempſit, et peruenit ad cœleſtia regna. Exorauit altiſſimum, et inuentus eſt in numero ſanctorū. Paucis deinde poſt diebus ſancto fine quieuit circa annum domini. Mcclix. Conuerſus quidē in eodē Cœnobio graui morbo ac ingenti dolore laborās (Porro in partibus obſcœnis percuſus erat graui ulcere) et a medicis deſperatus, acceſſit ad tumulū uiri dei fiducia plenus, Et ibi dei clemētia inuocata, et confidens in meritis uiri ſancti, ſoſpitatem mox conſequutus eſt.

C ONRADVS Theutonicus iuuenis egregius his diebus floruit, Qui carnē ſuam a pueritia cœlibatui dicauit. Sacris deinde in ordine prædic. initiatus, mox Alberto auūculo ſuo et ipſi toga prædicatoria induto retulit ſibi beatiſſimā deiparā pnunciaſſe ultimū uitæ ſuæ terminū cōminus imminere. Porro nec ipſe deceptus, nec auunculū decepit, eo ꝙ prout prædixerat, ſpiritū ſanctiſſime efflauit, et in monaſterio qua rūdā ſanctimonialiū tumulatus, quia patres noſtri ab improbis facti fuerant ædiū ſuarū extorres. Quædā ſanctimonialis ad eius tumulū plena fiducia ſoſpitaté efflagitās (Forte iam quinq; annis ægrotauerat) ſtatim liberari promeruit. Prodūt Hieronymi Bononienſis annales ipſum floruiſſe circa annum domini. Mcclx. B. Conradus theutonicus. iii.

D OMINICVS tertius Hiſpanus patria Secobiēſi uir uenerabilis et ſanctitate, ac miraculis clarus, præfecturā Lombardiæ ac hiſpaniæ ægit omni cū laude. Fuit is pater ſanctus deuotus, diſcretus, et ordinis cærimoniarū, animarūq; præcipuus aſſertor. Vita functi Leticā corā Scobiēſi Antiſtite in frequēti ſacerdotū, ac populi cœtu, (Forte ad tumulū ferebatur) quidā tangens fide plenus lacerti aridi uſum illico recepit. Tanti miraculi paralytica famā exaudiēs, cū ſepulcrū eius uiſere nō poſſet, tunicam miſit, ad tumulū uiri dei tangendū, deinde relatā in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti induēs, incolumitati reſtituit. Plures uariis langoribus preſſi, ſacris eius tumuli pulueribus tactis, priſtinā adepti ſunt ſanitatem. Eius obitus ſanctiſſimus fuit circa ſalutis annum. Mcclx. B. Dominic. hiſpanus. iii.

B ERNARDVS Cantius Tholoſanus uir uenerandus, et ſacri uerbi concionator inſignis, hoſtiſq; accerrimus hæreſis labe inquinatorum (quos hæreticos appellamus) dulceq; fidelium ſolamen, apud Agenum anno domini Mcclxi. præcipua cum deuotione uita defunctus eſt. Porro qua deceſſit nocte, in Templo prædicatorum Lugduni, fratri oranti apparuit ueſte fulgenti amictus dicens, Heus frater in Tem B. Bernardus Cantius.

plum properamus. Qui eius dicto audiens, sequutus est eum usq; ad ianuã Basilicæ cui deauratæ nomẽ est. Et exaudiuit ab eius ore illum uersiculum prodeũtem quadam suaui dulcedine expromi. Edent pauperes et saturabũtur, et laudabunt dominum, qui requirunt eum, Viuent corda eorum in sæculum sæculi. Et cum ingressi Templum fuissent frater eum intuitus est in alba micantissima sacerdotis, ad alta sustolli. Euigilans uero frater, se repletum mira cõsolatione inuenit. Tertiam deinde post diem, cognouit uirum dei Bernardum ea hora ad dominum migrasse, qua eũ in uisione scãdere cœlũ uiderat. Cuius ad sepulcrum, multi curãtur ægroti. Per hunc.n. dominus adhuc in humanis agentẽ miracula ingẽtia operatus est pluriũq; mentes ad fidẽ captiuauit, et ad charitatẽ uerã. Vita excessit anno. Mcclx.

B. Bernardus Vasco.

b ERNARDVS de Trãsuersa Vasco isigni deuotione ac prõpta obediẽtia præfulgens, in urgelẽsi urbe uita functus est, ac in impluuio sepultus, ubi ad eius tumulum omnipotẽs deus ingentia opera facit. Quædã puella ibi a dæmonio obsessa, liberata est. Cæci duodecim, temporibus diuersis, lumẽ recepere. Surdi tres auditu, claudi octo gressu libero, omnibus membris capti quattuor usu eorũ, et alii a uariis langoribus detenti ultra triginta sanitate ad plenũ donati sunt, prout eiusdẽ Basilicæ Canonici, et ægroti, qui ipsa sunt experti, beneficia, protestati fuere. Quũ puella ab assistentibus mortua putaretur, et iam ei clausissent oculos pro more, pater eius cũ maximo fletu exclamauit. O beate Bernarde restitue, mihi filiam. Tibi enim eam deuoueo. Moxq; puella aperiens oculos reuixit. Sacerdos quidã cum quartana grauiter urgeretur, Bernardo uiro sancto deuote se deuouens, illico sanus factus ẽ. Alius qui annos duos ea ægritudine laborauerat, iuocato uiri dei Bernardi auxilio, eue stigio conualuit.

B. Dominic. đ Valerico

d OMINICVS de Valerico, Cœnobio Oresii ad cõcionãdũ uerbũ missus Bãsas Vocõtionũ uicũ, his diebus post multos labores, tũ docẽdo, tũ ex uitiis ad uirtutes mortales reuocãdo protractos, ibidẽ morrẽ obiit, et in Gerõthocomio ab egenis egenus ipse tumulatus. Ad cuius tumulum, ægroti plurimi, diuina assistente clemẽtia; integrã sanitatem adepti sunt. Huius beati patris calceos, egeno peregrino mulier sanctimonialis, egenis seruiẽs, elargita ẽ. Vtrisq; igit̃ ea nocte ꝑ quietẽ apparuit, ab alterõ calceos exqrẽs, et alteri iubẽs illos ad gerõtocomiũ referre. Quos fratres domus excipientes, atq; illos in corrigiis subdiuidentes, ægrotis pro benedictione dederunt, quo factum est, ut plæriq; sanitatem assequuti fuerint. Forte accidit, ut quidam diutinis febribus in gerõthocomio exagitatus, ualitudini pristinæ tandem medicorum beneficio, restitutus, inde abiens in ipso itinere recidiuaret, et reuerteret ad gerõthocomiũ, iterũ efflagitans se recipi. Quem cum intuitus fuisset is, cui ualitudinariorum cu

ra demandata fuerat, Dixit. Heus miselle accede paulisper ad tumulum uiri dei Dominici nuper uita defuncti, et si credideris, regredieris sanus. Is aũt dicto eius audiens, iuit, et illico sanus factus est. Sacerdos ex ordine hospitalis graui maxilarum dolore captus, tumulo uiri dei exosculato cum ingenti fide cruciatum deinceps haud persensit. B.

r AIMVNDVS de Conuenis Vasco uir conuersationis angelicæ, pius, lenis, et sanctus, secundus præfectus prouinciæ Tholosanæ, sanctissime diem suum obiit. Raimũdus Vasco.

g VILIELMVS Sissachus Burdegallensis tertius præfectus prouinciæ Tholosanæ, uir religiõe, ueritate, ac pietate maxima præditus, his temporibus uidelicet. Mcclxii. Floruit. Mortuo siquidem ipso Burdegallis fœliciter, super tumulum dum cadauer sepulturæ mãdaretur, uisæ sunt faces, et funalia ex alto descendere a quibusdam sanctis fœminis eius mortem deflẽtibus. Ex qua uisione plurimum recreatæ, discesserunt. Petrus quidam grammaticam tum ibidem docens, uiri sancti obitu audito, cum dolore torqueretur dentium, fidens in eo (porro dũ in humanis ageret eius familiaritate usus fuerat) Postridie fauces humo sepulcri ipsius confricauit, et statim se ab ipso cruciatu plene liberum persensit. Et ne aliquãdo crimine ingratitudinis notaretur, rei seriem in scholis narrauit. B. Guilielmꝯ Burdegal. B.

i VLIANVS præsidens Cœnobii Burdegallensis uir deuotione ac sanctitate insignis. Hic cum iturus esset ad Synodum generalem ordinis nostri apud Londonas prouinciæ Angliæ celebrandam anno domini. Mccl. pro prouincia deffinitor, q̃ pluribus uenerandis uiris obitum suum pronunciauit, eis, ceu non amplius uisurus, uale dicens. Quum autem in Cœnobio Beluacensi in Galliis ad mortem ægrotaret, uisus est eadem die Burdegallis, quæ distat a Beluaco dietas duodecim, cuidam religioso homini ĩ Basilica prædicatorum oranti, nube lucida eleuari a terra, et inde asportari. Quumq; quæreret ab eo, quo tenderet, et quare sic solus erat, respondit. Ego uado ad dominum. Ne timeas autẽ ꝙ sim solus, quia in breui, Cœnobium completum mecum adducam. Homo qui hæc uiderat Suppriori Cœnobii uiro religioso lachrymãs uisionem retulit. Qui diem et horam signans, cognouit postmodum ea hora uirum dei Iulianum ad dominum migrasse. Visionem autem, rei probauit euentus. Quippe in sequenti æstate, lector cœnobii cum undecim fratribus cõmorãtibus in dicto Cœnobio Burdegallensi, mortem obierunt. Iulianus Burdegal. Atf.

p ONTIVS ex uico sancti Egidii uir per omnia illustris hac ætate daruit. Fuerat ea tempestate admodum amantissimus, et cognitissimus multis principibus, et præcipue Clementi. iiii.

B. Pontius d S.Egidio.

Pontificis maximi Ludouicoq; Gallorum regi. A quibus ob eius ingẽtem oris, ac corporis gratiam et animi probitatem, promeruerat amari. Fuit litteris sat eruditus, cõsuetudine dulci feruore succẽsus, reipublicæ prædicatoriæ diligẽtissimus. Adulescẽtes inopes bonæ mentis, et ad litteras perdiscẽdas aptos, in gymnasiis, undecũq; perquisitos, p uiribus, administrans necessaria, nutriebat. Quos cũ sat, et ætate et litteratura profecisse animaduerteret, sanctæ conuersationis togam induebat, ac imbuebat moribus nostris, quodã dulci solatio, et ingenti solicitudine. Constat ipsum plærosq; egregios uiros ad ordinem prædicatorũ, sua doctrina, et morum honestate traxisse. Pro Christi optimi maximi fide, intrepide corã pont. max. Regibus, dinastis, ac toparchis semper se gessit. Forte Censor errorum ac hæresis nota inquinatorum (quẽ Inquisitorem uocitant) fuerat. Simplici ac rudi tunica omni tempore utebatur, unico pulmento in sumendo cibo contẽtus. Prouinciam Tholosanã quattuor annis optime rexit. Tandem posteaq; annos ultra triginta innocenter, ac omni cum modestia, lenitate, et animarum emolumento, domino in sancta Conuersatione deseruisset, in uico cui Briuiæ nomen est, diocæsis Lemonicẽsis, quem adierat, uisendi fratrum gratia, qui nuper illuc aduenerant incolendũ, tunc prouincialis existens, senio confectus, laboribus, uigiliis, ieiuniisq; multis attritus, in mirabili quodam feruore animi, deo hominibusq; gratus, xv. calen. Iulii. Mcclxiii. spiritum efflauit, et sepelitur in æde noua ibidẽ constructa omniũ cum luctu. Cuius ad sepulcrum multa fiunt miracula. Porro beneficia salutis deuote efflagitantibus uirtute dei, et interpellationibus ac meritis sancti uiri, præstantur.

B. Sinibaldus de Alma.

INIBALDVS de Alma uir Venerabilis et religiosus qui annis. x Romanæ prouinciæ præfuit, mira pollens sanctitate, his temporibus uidelicet. Mcclxiiii floruit. De quo refertur tantã ori suo adhibuisse diligentiam, ut nunq̃, postq̃ habitum sanctæ conuersationis sumpserat, silentium frægerit, prout patrũ sanctiones ac iussa iubent.

B. chalbertus allobrog.

HALBERtus Allobrogus de cœnobio Lugdunẽsi uir deuotus, et sanctus, ac aĩarũ maximus zelator, cũ ultra. xx. ãnos p alpes ac montes Allobrogũ cõcionatus fuisset, diuertẽs ad uicũ, cui nomẽ aq̃bella ẽ, quo primũ rẽ diuinã fecit (quã missã uocãt) et plures, suis cõcionibꝰ a uitiis ad uirtutes reuocauit, sibi diẽ ultimũ ĩminere pseñtiẽs, dixit. Pro sacris faciũdis, uiri necessaria pparate. Hic enim primũ rẽ diuinã peregi, et ultimũ (ut reor) peragã. Quibꝰ pactis, se scõ oleo pungi iussit, atq; ad singulas uerborum formulas alacriter respondẽdo, statim obdormiuit in domino. Vt uero rescierũnt pagani uirum dei mortẽ obiisse, ad eius funus concurrentes, laudibus extollebant. Quo factum est, ut plures a diuersis lãgoribus

capti, incolumitati, sancti uiri nomine inuocato, per omnipotentem deum fuerint restituti. Iacet igitur in Templo Canonicorum regularium, Quod posthac oblationibus, nomine uiri dei elargitis, maximū accepit incrementum. Fuit enim uiri sancti obitus circa annum domini. Mcclxiiii.

g VIDO in Cœnobio Lugdunensi uir multæ religionis, qui aliquando cuidā Monachorum monasterio præfuerat, qđq; sua sanctissima solicitudine reformauerat fructuose cursum suum in ordine peragens dum in extremis laboraret, uidebatur cuidam magno uiro religioso et ætate confecto per quietem, ꝙ defunctus quidam in medio iaceret chori, fratrum multitudine uestibus albis indutorū mira claritate fulgentium septus, demum sibi dictum fuisse. Hic ædificauit hoc impluuium, seu(ut uulgo dicitur)claustrum. Circūspectans, uoce audita, uidebat claustrum optime extructum, et maximo ornamento perpolitū Deinde euigilās, et quæ ꝑ quieté uiderat intra se euoluēs, recordatus est aliquando Guidonem claustrum construxisse illud spirituali ædificio et temporali refecisse, et nunc grauiter ægrotare. Quamobrem totam illam uisionis seriē in illum referens, ipsum in Breui uita functurum putabat. Cū hæc cogitaret, illico uox ad eum facta est. Hic habitabit in syon, et requiescet in hierusalem. Postmodum frater ille Beato fine quieuit. B. Guido.

g VALTERVS Remensis uir haud parū gratiosus, eloquens, et animarū præcipuus zelator, cum multo tempore feruēter et utiliter concionatus fuisset, tandē in Cœnobio Methensi ægrotās grauiter, deuenit ad extremū. Quūq; iam susceptis sacramentis circūstātes fratres eum ad cōfidentiā hortarentur, ait. Fratres non est opus ꝙ timeatis. Nā ego morior in fide uera, spe certa, et Charitate perfecta. His dictis post paululum ad Christum fœliciter euolauit. B. Gualterus Remensis.

l AMBERTVS Gambasius Pisanus uir sanctitate præclarus, hac tempestate uidelicet. Mcclxv. Floruit. Multo tempore Monasterium sanctæ Crucis, quo mulieres deo famulabātur, sua prudētia gubernauit. Tādē sancto fine plenus bonis operibus in domino quieuit. B. Lābertus Pisanus.

p ETRVS Fernandi hispanus, qui a puero in ordine sanctissime fuerat nutritus, qui etiam Vitam diui parentis Dominici descripsit, et litteras in pluribus Hispaniæ Gymnasiis docuerat, quum apud zamoram graui laboraret morbo, quidā frater deuotus uidit ipsum supra montem altissimum consistentem faciem ut sol lumen præseferentē, a dextrisq; eius, et a sinistris iuuenes duos stantes nimis splendentes. Quum autem postero die Egidio portugalensi tunc ibi existenti uisionem narrasset, intellexit petrum in proximo mortem obiturum. Et quum uenisset ad eū, et sederet super grabatū dixit. Petre ī proximo iturus es ī regnū Cœlorū B. Petrus Fernandi.

Quãobrem enixe rogo et obtestor te, ut salutes mei nomine Beatissimam illam Regni cœlestis reginã ac mundi dominã, cũ parente nostro Domini co. Ille uero ad hæc uerba totus lætitia repletus, Ne prætereas inquit Egidi huiuscemodi uerba. Agedũ ultra prosequere, nec immorare. Quia bonum est mihi ibi esse. Animaduertens aũt Egidius ipsum cito exiturũ ex hoc sæculo neq̃ ait. Charissime pater te obsecro ut post functionem huius miserrimæ uitæ, me apud dei clementiã adiuues. At ille manus in cœlũ protendẽs ueluti iam de præmio certus, ait. Tibi spõdeo ac polliceor me pro te deum interpellaturũ. Demum narrauit per quietem se uidisse sibi beatissimã dei parentem cũ sancto Ioanne Euangelista, assistentẽ, singulas coronas in caput imponentes, exquirens ab eo uisionis intellectum. Tunc Egidius, qui uitam eius integerrimã nouerat, dixit. Altera enim coronarum uirginitati tuæ perpetuæ debetur, et altera prædicationi atq; doctrinæ, quã indefesse disseminasti propter Christum. Et quia uirgo et doctor es, eas beatæ Virginis et Christi præcipui discipuli adiutorio acquisiuisti. Deinde iussit internuntio infirmario (huiusmodi enim ægrotãtium custodes infirmarios uocãt) omnes fratres sibi sistere. Quibus astantibus dixit, Fratres scitote ordinem nostrum maximo amore a deo teneri, Licet enim quidam magnus hostis odio habeat syon, tñ ne timeatis, quia uobis nocere non poterit, de diabolo dicens. His uero expletis coram omnibus obdormiuit in pace.

B. Iacobus ð Caserta.

i ACOBVS Casertanus uir orationi deditus, actione solicitus et uirtute probatus, uigilãs mirabiles uisiones habuit. Porro aliquãdo uidit Diuum Tomam Aquinatẽ in sacello diui Nicolai Neapoli orantem in aerem duobus cubitis eleuatum, et audiuit Christũ Cruci affixũ Thomæ dicentem, Bene scripsisti de me Thoma &c. Floruit hic uenerabilis pater circa annum domini. Mcclxx.

B. Raynerius Lõgus Pisanus

r AYNERIVS Longus Pisanus alter ab illo posteriori, qui pantheologiã contexuerat, claruit circa annum salutis. Mcclxxii. uir deuotus et prudens. Concionator enim generalis factus est cum Beatissimo patre Ambrosio senense, de quo infra plura dicenda sunt in eius uita, florentiæ. Tantæ opinionis fuit apud populum Claritanum, q̃ ab eo communi uoto in Antistitem sibi deligeretur. Qui de se humilia sanctus pater sentiens Beati patris Dominici sequutus uestigia, omnino cõtempsit atq; aspernatus est.

B. Nicolaus.

n ICOLAVS lector fratrum in Cœnobio Burgensi flandriæ uir deuotus et religiosus graui pressus morbo, quo uita excessit, obnixe rogatus a fratre lachrymante, ut si quid consolationis interius accæpisset a domino se participem facere dignaretur maximo exiliens gaudio ait. Vere accepi quia dominus noster Iesus Christus morti meæ se

adesse

adesse spopondit. Cui frater, et ego inquit per eundem dominum te obtestor, ut digito uel nutu mihi quū uideris eū præsentē esse, insinues. Siquidē ille respondit. Libenter faciā, dūmō dominus ipse concesserit. Die postmo dū tertia ingrauescente morbo, tabellæ dato signo ꝑ more, fratres in īfirmitoriū concesserunt. Eius igitur fœlicē decessum fratribus præstolantibus, et orationi insistētibus, Nicolaus eleuans manū, protensoq; digito circūfusis oculis cū cantu leuissimo psallere cœpit. In Gallilea Iesum uidebimus sicut dixit Alleluya. Quo dicto protinus expirauit.

VILIELMVS ex Cœnobio Anitiensi Galliæ Narbonensis uir ualde deuotus et humilis, Hic quum sacro oleo fuisset delibutus, super cineres decumbēs, ceu e graui somno euigilasset, dextera eleuata tersit sibi oculos corā fratribus dicens. Gaudete fratres, quia gaudium magnū in cœlis est, et uos futuri estis in illū. Nū aduertitis uiridariū Cœnobii angelorū turmis nos expectantiū oppletū? Et ad præfectū domus couersus, Nūqd pater inquit cōspexisti angelū dei me in sancta pace exosculantē? Præfecto uero ipso requirēti an sibi aliquid iubere uellet, respondit. Im posterū tibi amplius nō parebo, eo ꝙ sub imperio tuo nō ero. Dominus autem pro me tibi sat faciat. Hæc aūt ideo dixit, quia in illa ægritudine aliquātulū durior fuerat, et seuerior. Demū paulopost lætāter obdormiuit in domino. Hinc cōtemplari licet, quāta māsuetudine, quātaq; lenitate, ægrotis omnes subministrare oporteat, Quos sancti angeli tā dulciter uisitare solēt, ac suo obsequio consolari. B. Gulielm. Gallus.

IOANNES scalarius Vocontius claruit in cœnobio Castrēsi, ubi Diui Vincētii martyris et leuitæ ossa, magna cū ueneratione quiescunt, diocæsis Albien. Fuit is Ioannes uir deuotus, bone mentis, uehemens concionator, in cunctis moribus suis compositus, et ad seniorū iussa exequēda promptus. De hoc uenerando patre, Bernardus, qui aliquā do Cœnobio Castrensi præfuerat, referre solitus erat, Quod fuerat uir diligentissimus, simplex, consciētiæ puritatis amator, et asseruator, peruigil, et ꝙ cōsueuerat quotidie ad sacram cōfessionē accedere ut cōsciētiā ab omni criminis noxa īmunē seruaret. Porro affirmabat eū sic bonæ fuisse mentis, ne dicā scrupulosæ, ut ubicunq; sibi uel leuis culpa occurreret, ibi semotis arbitris, sacerdoti eā confiteretur. Et nōnunq̄ sic minima confitebatur, ut in risum sacerdotes illa exaudiētes cōcitaret, licet uiri admirarētur diligētiā et cordis ac mētis mūdiciā. Igitur morbo correptus, quo decessit in Cœnobio castrēsi. iii. Non. Nouemb. Mcclxxii. cū leuiter ægrotare uideret accito uenerān. patre Bernardo, cuius supra meminimus, diligenter omnia crimina sua cōfessus est. Demū uiatico sacratissimo suscepto, se sacro inūgi oleo petiit, ad singula quæq; respōdēdo. Peractoq; signo ꝑ cōsuetudine ad tabel B. Ioannes Vasco.

iã ut fratres omnes illuc cōcurrerēt(prout alias diximus)tādē ꝑsoluta animi cōmēdatione, nec crederet tā leui morbo ipsum uita posse defungi, annuit Bernado, ut remitteret ad cubicula fratres. Quo facto assistēte Benardo ipso cū paucis fratribus, et preces ad deū emittentibus, quibꝰ ualuit uiribus residere super grabatū cœpit manibus, uultu, et aliis corporis gestibus, in cordis erumpēs iubilationē, clara et uoce alta psallere cœpit psalmū et canticū pro æternis uidelicet In manus tuas domine cōmēdo spiritū meū alleluya alleluya, cū nota paschali, Bernardo et cæteris eulogiū resumendo. Deinde Ioannes subintulit. Redemisti me domine deus operātē, et illis respondētibus alleluya alleluya, fere eo momēto spiritū fœlicē emisit. Itaq; fidelis in uinea dñi operarius, ad æternā mercedē uocatus transiuit æternū denariū a dño percepturus in crastino omniū fideliū defunctorū. Quo in tēpore alleluya sic festiuiter cātari minime cōsueuit, in cōfessiōe laudis suæ, nutu (ut uidet) diuino, uerba, mutans, Redemisti me inquit domine operātē. In hoc apertius designās se merito suorū Bonorū operū, per fidē redemptionis sanguinis domini nostri Iesu christi participē iā effectū, utq; operatorē assiduū ad æternā requiē peruenisse, dicēte ei spiritu, ut ammodo a laboribus in quibus iugiter desudauerat, in domino reqescat, fructū bonorū operū recepturus. Fuit .n. tātæ scrupulositatis(ut horū utar uocabulo)et bonæ cōsciētiæ, ut imminēte fine uitæ, maximo agitaret cōscientiæ scrupulo, eo q aliquādo, elemosynas ab egenis perceperit. Quapropter enixe efflagitauit pro se deū precibus orari, ut impunitatē ab eo criminū suorū mererer cōsequi. Porro Bernardus uir prudēs diaboli infēsissimi hostis nostri uafritiā animaduertēs, cōuocatis fratribꝰ ait. Eya patres deū precibus exorate, ne colluctator noster, qui insidiari semper adniti solet ad astra tēdētibus, Ioannē, prosternat.

Attende.

B. Vigorosus

VIGOROSVS uir deo dignus, et sanctus, quum in ordine de Corona pluribus annis domino deseruisset, ord. nostrū, obtenta a præfecto suo facultate, ingressus est. In quo religiose proficiens, diligenter studēs, feruēter prædicās, et discrete cōfessiones exaudiens, gratus fratribus, deo humilis, et ꝑsidētibus obsequēs, posteaq̃ ultra annos quindecim fideliter decertauit, tādē i Cœnobio Burdegallensi captus ingēti ægritudine decubuit. Cū igit mori se cerneret, accito præfecto prouinciæ(forte tūc ibidē erat)omnia crimina cōfessus est omni cū humilitate. Postridie cū a medicis uisitaret, et aliquātulū illi meliuscule esse assererēt, ut eū recrearet ꝓuinciæ præfectus, ut bono animo esset iussit, quādoquidē is breui sanitatē adepturꝰ foret iudicio medicorū. Cui ille respōdit. Neq; hoc futurū arbitror, nec idē uolo. Tūc præfectus missis omnibꝰ eū obnixe obtestatus est, ut uerbū dictū exponeret. Qui dicto audiēs, ait. Heri cōfessione peracta, cū ueniā a domino ac īpunitatē omniū criminū meorū. humiliter postularē,

affuit christus dominus noster dicēs. Præfectus tuus cōfessionē tuā audiuit et ego ꝗ̃ omnibus te absoluo. Nō cōtristeris aūt si seruitia opportuna haud sunt, prout uelles, quia in breui ad uota angeli tibi subministrabūt. Porro nec deceptus fuit, nec præfectū decepit. Nam statuto termino in domino obdormiuit.

g VILIELMVS Cabilonēsis in Cœnobio Diuionēsi positus iuuenis apprime deuotus, et insigni sanctitate ornatus, ægrotās maxima ægrotatione, qua uita defūctus est, cū infirmarius tacto pulsu, eum uites iā deficere animaduerteret, dixit. Gaude Guilielme quia in ꝓximo ad dominū nostrū Iesum Christū iturus es. Ipse uero mira quadā cordis lætitia excitus, cœpit alta uoce coram fratribus psallere Gloria, laus, et honor tibi sit Christe redēptor, cū tribus sequētibus uersiculis, Porro Cernens quidā ex astantibus mirū eius affectū ac deuotionē obtulit Crucē ex ligno sanctissimo. Qui assurgēs cū maxima reuerētia eā cœpit exosculari, et iterū alta uoce psallere, O Crux aue spes unica &c. ita dulciter, ut pene uox angelica putaret. Simulac cātui finē fecit, obdormiuit in domino. B. Guilielm. cabilonēsis

b ENEDICTVS de Ponte uir religiosus et humilis, in prædicatione ferues, et lachrymis abūdās, q i Hispaniis, in Galliis, in Aquitania, et transmare in Syria diu deuote uerbū dei docuerat, aliquādo de Cœnobio Claramōtelli ad Cōcionādū a patribus missus, quū in quadā Basilica rē diuinā fecisset, et cōcionatus fuisset, ascito socio et dictæ Basilicæ sacerdote, enixe rogauit, ut quātocius eū sanctissimo oleo inūgeret, qa iā morti appropinquaret. Quo īgētibus precibus obtēto, iussit sociū Meditationes Diui Bernardi indefesse legere. Quū igit̃ socius, dicto tāti patris audiēs, caput illud legeret, O anima insignita dei imagine, ipso ubertim flēte sancta illa anima, ad dominū, quē sitiuerat, fœliciter peruenit. B. benedictus de Ponte.

i OANNES ex Cœnobio Lugdunēsi uir religione et deuotione, ac humilitate cōspicuus, quū in extremis laboraret astāte ꝑsidēte Cœnobii et Raymūdo Lausanēse, dixit. Quid hic astas cruēta bestia? Cui quū diceret præsidens quis est ait. Is est, dæmon deferēs pelles aniculæ obsoletæ, sed eum minime uereor, quia uera fides me saluum reddet. Demum post nō multum, deo spiritum reddidit. B. Ioannes Gallus.

h ENRICVS Theutonicus primus præfectus Cœnobii Coloniēsis uir morū honestate præfulgidus, prædicatione insignis, et uitæ sanctitate cōspicuus adhuc iuuenis cū Iordane Saxono (dequo, in primo libro scripsimus) in die Cinerū, impulsu sequētis uisionis, sese sanctæ Cōuersationi addixit. Quippe cū i ecclesia Beatæ Mariæ semp uirginis Parrysii ꝑnotaret, ipsā beatissimā parētē rogabat enixe, ut suū dirigeret iter, Quūq; (ut sibi uidebat̃) nihil proficeret, præ cordis duricia, super sese cœpit B. Henricus Theuton.

compati, et dicere Nūc o beata dei parēs, ꝙ me nō diligis experior, et ꝙ nō sit mihi sors in pauperū xp̄i collegio. Siquidē eū Euāgelicæ paupertatis ap/petitus urgebat, quia, q̄ secura apud districtū iudicē paupertas assistat, per quietē, aliquādo ei ostēsum fuerat. Viderat. n. i somnis se iter iudicādos cō/stitutū, et ante xp̄i tribunal oblatū. Et quū se inocētē et de nullo sibi cōsciū

Attende. putaret euadere, qdā a Iudicis latere astās dixit. Tu, qui stas, in mediū ꝓfer quod aliquādo ꝓ deo reliquisti, Qui territus, ad se rediit, uisione disparēte. His præmonitus paup̱ fieri cupiebat, sed uolūtatis segnities, plurimū obsta bat. Itaqꝫ quū Templo, in quo uigilauerat orādo, semetip̄m arguēs, et mæ/stus abscederet, cordis eius fundamēta ille q̄ humilia respicit, meritis beatæ Virginis et precibus subuertit, et se totū corā deo subortis lachrymis, ac spiri tu resoluto, effundere cœpit, omnisqꝫ illa durities in uehemēti spiritu cōtri/ta est, Vt quod ante grauissimū uidebat, iā suaue fieret, et iucūdū. Surgēs er go i illo feruoris impetu, ad Reginaldū ueniēs, uotū soluit. Intrauit aūt in die cinerū cū patre Iordane Saxono, et habitū sanctæ Cōuersationis accepe rūt, dū fratres i offō psallerēt, Immutemur habitu &c. Hic postea p̄dicatio ne sua, haud parū parrysiēse cōmouit Gymnasiū. De cuius laudibus Iorda/nes p̄libatus in libello, quē de ordinis nostri initio cōscripsit, mira cōtexuit. Quē ēt uidisse fertur post mortē in multitudine angelorum, et sibi Benedi ctionē cōferentem ad efficaciter uerbum dei prædicādum.

B. Leo theut. LEO Theutonicus, qui i p̄fecturā, Henrico successerat, uir doctri na ac sanctimonia uitæ præclarus, de quo plura laude, deuotione melliflua, et gratiarū actione digna in libro de initio ordinis refe runtur, his diebus claruit.

B. IO. SALERNITANI VITA PER IO. CAROLI FLOREN/TINVM ORD. PRAEDIC. ORATOREM CLARISS.

IOANNES Salernitanus uir ꝓfecto uenerabilis atqꝫ iustissimus bti Dominici comes ac socius tp̱e multo fuit. Huius uiri opti/mi ac p̄stātissimi nulla uel ꝑexigua monumēta cōpio nisi hoc dūtaxat eū a beato Dominico Florentiā fuisse destinatū, Cuius rei causas et publicas et priuatas paulopost explicabo Cæterum ꝙ uir mul/tæ dignitatis et reuerentiæ fuerit duobus potest ēe indiciis manifestū Altero quidē qđ beati patris Dominici societate atqꝫ cōuersatione dignatus est cui nō par fuit nisi summa uirtute p̄ditos adhæsisse uiros eoqꝫ p̄sertim ꝙ nouā militiā inchoare uolenti nō inerti aut ignauo milite indigebat Altero uō ꝙ ad florentissimā Italiæ urbē Florentiā missurus non minimos ac abiectissi/mos ex suis homines demādasset, quādoquidē multū icremēti noua religio

esset habitura si Florētiā urbē fama esset nouā religionē cupidissime susce/
pisse. His igit̄ ꝑsuaderi pōt Ioānem insignē pietate uirū et diuina gratia sin
gularē fuisse quē ad tāta urbē beatus pater Dominicus duxerat eē mittēdū.
Cū beatus Dominicus plurimos ad se uirtutibus prouocaret atq; exemplis
Apulū quēdā cōtigit habitū postulare. Id cū a beato patre Dominico ꝑbe/
nignissime īpetrasset sodales eius in sæculo cœperūt plurimis irrisionibꝰ (ut
fieri solet) iuueni esse molesti ignauū hominē ingenioq; uecordē asseueran
tes existimasse uero quādā se in iuuene florentis ætatis egregiā indolē quā
forma ipsa proferret nō fraternā animi uilitatē ēe reperturos. Monebāt aūt
ut animaduerteret ne suos oēs tristes efficeret ꝑcipue ne fratres aut cognatos
ipsius hoc suo decreto ī summa mœstitia collocaret Atq; his et huiuscemo/
di uerbis iuuenem tūc primū in religione plantatū excerpere atq; a religio/
nis ꝓposito reuocare omni studio cōtēdebāt. Ad hæc uero illud adiiciebāt
nūc eū quiete satis a fratribꝰ ptractari paulo uero post eorū paupertati atq;
inopiæ subiiciēdū. Id quā insigne q̄ decorū q̄ ue honoris plenum duceret
intueret̄ orabāt. Quæ extrema uerba ita mēti iuuenis insederūt adeoq; gra
uia uisa sunt ut mox a sentētia reuocatus eas quas pauloante exuerat uestes
instātissime a fratribꝰ postularet Quod cū fratres beato Dominico nūtiaſ/
sent cōfestī ad solita oronis arma cōfugiēs deū multis lachrymis et deuotio
ne ꝓ adolescentis salute instantissime ꝑcabat. Mirabile dictu iā fratres habi/
tū illi sæcularē reddiderāt iāq; pene sæculi uestes induerat cū subito maxi/
mis cœpit uocibꝰ clamare. Heu heu quis me ignis exurit aut quæ flāma mi
serā mihi uitā extorquet. Hāc abiicite uestē fratres Hūc sæculi habitū remo
uete qui nō ad solatiū aut corporis honestatē sed ad cōbustionē meūq; in/
teritū mihi uidet̄ a uobis fuisse restitutū. Illū autē denuo afferte qđ corpus
hoc tegat et tāq̄ indumētū mihi salutis et lætitiæ uestis existat. Quis ambi/
gat hanc subitā adolescētis mutationē patris nostri orationibꝰ ac lachrymis
prouenisse? Quippe ea mutatio haud nisi dexteræ excelsi fuit. Per idē tem/
pus quidā Florētiæ ciuis fuit qui cū peccata sua fuisset sacerdoti cōfessus eo
fortasse ꝙ alieni aliquod sustulisset mercaturæ intētus nec inde cui sustule/
rat certo sciret id pœnitētiæ illi est a sacerdote iniūctū ut oratoriū in subur
bano statueret quod ad religiosarū personarū habitationē pariter et exce/
ptionē esset idoneū. Hic uero ciuis Deus dedit proprio nomine uocabatur
Qui cōfestim cū rebus multis et opibus abūdaret cōstructo oratorio omni
busq; pariter opportune riteq; dispositis aliđ nihil deesse pœnitētiæ uidebat̄
nisi ut dignis habitatoribus domos illas impleret. Erat aūt in suburbano ci
uitatis extructū ad tertiū fere lapidē distans ab urbe q locus ripolitanus ap/
pellat̄ ager. Perfecto igit̄ sacello incredibilis huius nouæ religionis ad Deus
dedit aures delata est indicibileq; eius animo cupiditatē inuexit ut eius reli/

Inter habitū sæcularem et religiosum differentia.

gionis in eo hoies collocaret. Neq; .n. melius aut utilius iniūctæ sibi pœnitētiæ satisfactū iri putabat q̄ sibi iā nouiter orīēti religioni ipse cōstruxisset domos. Itaq; Bononiā ubi .s. Dominicus residebat prexit eiq; suū desyderiū multa deuotiōe apuit. Q d ubi .s. Domin. accepit uehemēter gauisus se cū fratribus suis pro re ipsa collocuturū respondit, ac deinde suo desyderio satisfacturū. Cūq; illius didicisset nomē cōuocatis fratribus, his eos uerbis allocutus fert. Maximas fratres gratias mei ac filii deo referamus oportet, quādo quidē nobis pro hac ipsa re minime cogitātibus deus nouas pparauerit domos, Quod aūt res ita se habeat hoc maxime posset probari indicio qd deus Florētinum ciuē demiserit qui deus dedit proprio nomine uocaret a quo eius sacellū in Florētino agro qd hactenus magnopere desiderauimus nobis nescientibus diuino pfecto munere cōstructū est, Postulare aūt illū fratres ad eū locū transmitti nec dubitare ciuitati et populis futuros esse gratissimos, Esto aūt q ita nō esset tn̄ ad oīa oportere niti quæ uideri possent animarū corporūq; salutē ēe allatura. Ego quidē in domino Iesu xp̄o cōfido qd uobis in innocētia ciuitatē illā ingressis si in iustitia ac sanctitate

Adhortatio. B. Dominici

uixeritis corā illo nequaq̄ infirmabimini, sed indies sobole pclara crescentes multū utilitatis et gratiæ illis populis afferetis. Quar accigimini ac uiri fortes estote bellūq; domini aduersus fidei eius infestissimos hostes assumite, nec paucitatē uestrā nec hostiū ualidissimas manus diuina uos gratia protegente metuite. Nō minoris aūt uobis curæ sit ut i sanctimonia pseueretis q̄ ut alios ad æternæ uitæ gaudia puocetis, quoniā queadmodū prima ex uobis charitas ita et prima debet sanctitas ichoare. His igit adhortatus fratres oratione uero præmissa, quos Florētiā destinaret elegit .xii. pbatissimos patres quib9 ī patrē Ioanē Salernitanū uirū pfecto sanctitate pcipuū tradidit illiq; ut Florētiā se cōferret pcepit. Quo humillime iperatā sibi obediētiā suscipiēte Deus dedit aduocari pcepit cui electos fratres pro suo desyderio cōmēdaret. quos paterna bn̄dictione cōfirmās a se abire, nō sine multis lachrymis pro innata ei charitate pmisit. Cū igit ad destinatas domos, Deus dedit pariter se eis comitē exhibente, uenissent, illas ingressi hymnū deo deuotissime cātauerūt ex more diuinisq; laudibus eā absumpsere diē. Deinde aliquot diebus pro loci et rerū omniū dispositione quiescentes, cū iā Deus dedit opera satis rebus omnibus pro loco et tempore uideret esse prouisum nequaq̄ ultra Ioannes Salernitanus differendum ratus, fratribus qui cum eo erant humanissime conuocans in hunc modum eos hortatus est. Non sum nescius quēlibet uestrum nō ignorare fratres nos ad hūc locū nō solum ut Deus dedit uolūtati cōsuleret, a beato patre Dominico fuisse destinatos, uerū ut populorū saluti omni studio incūberemus mādatos. Id aūt fieri nequaq̄ pōt remanētibus nobis domi et sancta rusticitate ut beatus in

quit pater Hieronymus nobis ipsis orationibus nostris atq; uigiliis prodes secutantibus. Neq;.n.ita agendū multoante præuiderat ꝓpheta cū diceret. Exibit homo ad opus suum et ad operationē suā usq; ad uesperā. Quāuis igitur bonū sit cōfiteri domino, et psallere nomini eius altissime, tamē quādoquidē ad annūciādū mane misericordiā eius et ueritatē illius per noctem delegati sumus, nequaq̄ nobis quiescēdū est fratres mei, si nolumus legationis nobis iniūctæ munus officiūq; obire. Itaq; nobis satis nō esse debet nos Florentiæ ut ita dixerim nunc primū natos fuisse, nisi et multum domino populū Acquiramus. Cernitis.n.fratres ut Propheta referebat exortos iā amplissimos peccatores et abunde apparuisse oēs qui operant̄ iniquitatem Qui tā et si uideāt̄ robusti et fortes meminisse tamē debetis oēm humanā carnē nō secus q̄ fœnū aut agrorū flores q mométo oriunt̄, et occidunt a uiris sanctissimis habitā semp fuisse. Proide et alter ꝓpheta quosq; humanissime cōmonebat dicēs. Vidi impiū superexaltatū et eleuatū sicut cedros libani. Trāsiui et ecce nō erat, q̄siui eū et nō ē inuētus locus eius. Homini uero pacifico deūq; timēti reliquias esse diuino pollicebat̄ oraculo. Exaltabit̄ igr̄ si eē uolueritis uiri sicut unicornis cornu nostrū, senectusq; nostra in uberrima apud deū misericordia futura ꝓfecto ē. Senscētē hūc mūdum fratres oīa hæc cōsecunt̄ mala quæ cernimus. Oīs iam ager spinis sentibus et zizaniorum seminibus repletus est in quo agro apostoli oēs et martyres et sanctissimi hactenus in ecclesia uiri multis angustiis et sudoribus laborauerūt. Hos aūt in eorū iam introiisse labores existimare debemus. Quocirca nō terreamini fratres mei nec expositas uobis coronarum causas rerū tædio seu pusillanimitate aut uecordia a uobis abire patiamini. Magis aūt cū uberem dei misericordiam uideamus multiplicemini, et crescatis exoro, ut non frustra a tanto patre uideamur fuisse transmissi. Ergo inimicos despicite, hostes minime formidate, insurgentibus uero in nos etiam corpora si expediat liberalissime cōdonate. Esto autem ꝗ uos hoc primo congressu irrideant uestramq; inopiam ac paupertatem despiciant, non metuatis oro quoniā cum diues factus fuerit homo, cūq; multiplicata fuerit gloria domus eius cum interierit, non sumet omnia, neq; descēdet cū eo gloria eius. Confidite præterea quod dominus euangelizantibus uerbum uirtute multa præstabit, multiplicabitq; semen et augebit incrementa iustitiæ uestræ ut uester referebat Apostolus. Neq; uero imposterum pœnitebit sub tanto principe Christi exercuisse militiam, atq; patri nostro præstabitis, ut iustus ipse ut palma ministerio uestro florescat, et sicut cedrus libani multiplicetur in ecclesia Christi. Nos autem ab eo in domo domini plātati in atriis quoq; domus dei nostri florebimus, si i diuini uerbi annūciatione toto animi et mentis ardore bene in perferendis et tolerandis incommodis patien

Att.

Euangelizantiū premiū.

tē, quā religionis utriusq; parētes inter eos esse uoluerāt, nec locū tūc primū uenietes haberēt pmittētibus fratribus nostris, in agro Ripolitano ubi hactenus ipsi māserāt, tēpore aliquo pmāserūt. Sed cū eisdē difficultatibus et minores agerent, qbus ante afficiebant et nostri, locum ī Ripolitano agro positū ut ante cōuenerāt restituētes nostris, apud. s. Stephanum pontis tpe aliquo cōmorati sunt. Locū uero in pfato agro sitū cū recepissent nostri ī eo sanctimonialiū fœminarū cōstruxerūt, in quo p multas nobiles habitū ordinis induētes, breui insigne castitatis speculū ediderūt. Quo in loco tāta uirtute et gratia floruerūt, ut cum beatus Petrus martyr fuisset martyrio coronatus, inter cæteros, quibus eius gloria reuelata ē, una ex Ripolitanis sororibus fuit. Cæterū pcedētibus annis cum creberrimis bellorū tumultibus Florētia quateret, īminere aūt sororibꝫ illis haud negligēdū aīæ corporisq; periculū, decreuere patres eas reuocare in urbem. Cūq; magno essent numero duo monasteria cōstrui placuit intra urbē, quorū alterū primæ suæ originis retineret nomen, alterū uero beati Dominici appellarēt sorores, opes in his duobus monasteriis æquis distributionibus diuidētes. His igitur in hūc modum gestis ad aures beati patris nostri Dominici fama delata est, fratres suos, quos Florētiā destinauerat mirū ī modū excrescere, proficere, et augeri, Multā uero populi gratiā obtinuisse nec quicq̄ Florētiæ duarū religionū fratribus potius esse. Præcipue uero Ioānis Salernitani pbabat auctoritas, ut uir esset insignis, ut in omni uirtute excellens, ut populo carus, utq; fratribus suis miro aīo acceptus. Quare deo. B. Dominicus mirifice gratias agens, pro fratrū cōsolatione atq; honore et ipse Florētiā uenire decreuit. Venit itaq; et cū sūma fratrū exceptus est lætitia, ubi ea quæ fama acceperat ppriis luminibus longeq; maiora conspexit ardentius deo gratias agēs eos ad perseuerātiam adhortatus atq; humilitatem mutuāq; super oīa charitatē aliquot apud eos pro illorum solatio dies manere cōstituit. Quo tpē orationi ac uerbi dei pmotioni uir sanctus operā dare nō destitit. Nā et ad sanctū Gallū et apud. s. Saulū ī plurimisq; aliis locis Florentiæ eū legimus prædicasse. Deinde nonnullos quoq; fratres ad ordinis prouocasse ingressum, multaq; alia probe egregieq; gessisse. Cūq; satis eorum fecisse desyderio uideretur, uale dicens fratribus, eosq; paterna benedictione complectēs, multis profusus lachrymis reliquit, ac Bononiam remeauit. Cuius quidem recessus et si cunctis fratribus fuerit mœstitiæ et dolori, Præsertim tū beato Ioanni nostro acerbissimus fuit. Quē beatus pater humanissime cōsolatus, ad ea quæ iā inchoasset bona pficienda multa caritate ammonuit. Cū ergo recessisset, idē. B. Ioānes ad sancta negocia regressus suo religiōis augmēto q̄ maxime intēdebat. Proinde et Boniinsegnā uirū cōstātissimū ad ordinē eū suscepisse par ē, quē cōstat pro fide cum nonnullis aliis apud

Martyriū B. Petri martyris reuelatū.

B. Dominicus Florētiā petiit

Antiochiā fuisse occisum, Ambrosiū quoq; pdicatorē feruentissimū, q deinde Arriminēsi ecclesiæ pfuit cū summa religionis nostræ gloria et honore. Præterea et Moradū uirū iustitia et pietate pclarū, qui fanēsem et ipse cadram gloriosissime gubernauit, Sed et Aldobrādinū Caualcantē, cuius laudes supra retulimus plantulā eius fuisse perspicuum est, quādoquidē eum tribus et sexaginta annis dūtaxat post ordinis cōfirmationē, quæ facta fuit anno domini. Mccxvi. Florētiæ hic pater migrauit. Istis adiecit Vgonē ecclesiæ sancti Pauli canonicū uirū pfecto suma laude dignissimū, cuius fortasse opera et suasu ordo pdictā ecclesiā est cōsecutus. Cæterū insurgētibus clericis, qui id ægerrime tulerāt, res suas ita diminui nō ferentes, ab his persecutionē passi, tādē eorū uolūtati cedētes ad aliū transmigrauere locum, Sed anteq ex sancto Pancratio (ut pdiximus) ad sanctū Paulū trāsmigrarēt beatus Ioannes cū suis, quos genuerat christo pdicationis munus diligēter obibat, summāq; in populo gratiā obtinebat. Posteaq uero ad sanctū Paulū habitādi suscepere locū, cœpit beatus Ioannes plurimis clarere uirtutibus. Nā pter ea quæ religiosis oībus cōsueuerūt eē cōmunia, humanarū quoq; mentiū multa illi erat cognitio, ut fere nihil lateret hoīem, sed quæcūq; homines cogitassent, etiā secretiora cordis archana, diuino spiritu penetraret. Accidit persæpe ut ex multis cognitū est, q cum fratres ad sacram corporis christi susceptionē accederēt, ipse eorū puidebat mētes, et aut quidē eos secrete cōmonebat uerbis, ut de cætero pœniterent, aut peracto misterio illos seorsum uocās, q ad tātū psumpsissent accedere sacramētū nō satis mūda cōsciētia arguebat, Conferēdā quidē religioso in oībus rebus diligentiā esse cōmemorās, sed in ista præsertim, in qua animæ salus et pignus uitæ æternæ cōstitutū est. Afficiebat aūt in ea re cōficienda tāto mētis feruore, ut longa nōnunq intercederet mora, qua corpus dominicū manu gestās, piis lachrymis et deuotione amplissima meditabat, proq; oībus ardētissimas ad deum effundebat preces. Cūq; pdicādi feruore accēsus, suauē xpi odorē humanis mētibus infundere, pperaret, hoīesq; ad meliora et saniora consilia opa sua disponeret, id sibi quādoq; accidit qd apostolus nō multo ante præuiderat. Christi inquit bonus odor sumus, Aliis quidē odor uitæ in uitam, aliis uero odor mortis in mortem. Bonis quidē ad utilitatem, malis autem et ad peiora dispositis, ad spiritualis ruinæ fomētum, uidet esse platū. Memini me a patribus accœpisse, qui dicebāt se a senioribus audiuisse, huiusce modi tēptatione deū hūc uirū beatissimū uoluisse pbare, Is. n. cū sæpissime pdicatiōis offō inseruiret, in faciē eius ītēdētibus cūctis, ut fieri solet, quādā quoq; mulierē forma pfecto et flore ætatis egregiā, curiosius q debuerat cōtigit hoīem īspexisse. Qd cū sæpe maligno hoc suadēte spū effecisset, tandē uehemēti eius amore accēsa ē. Cūq; miro cōficeret mētis tumultu, ac malo

Attende quo anno confirmatus prædi. ordo fuerit

Att.

Mirabile exemplū castitatis eius.

extuaret igne, modũ exquirebat, quo uoti cõpos euaderet. Furore igitur mi-
nistrãte arma, simulato lãgore lecto incubuit. Suis uero ita (ut uidebatur) ue-
re eam languere putantibus illa suasit, ut beatum ad se Ioannem uocarent,
quatenus ei sua posset peccata cõfiteri, eiusq; mereretur benedictione iuuari.
Iã enim sanctitatis eius excellẽs in ciuitate erat opinio. Quod cũ illi cõcessũ
esse, uocatus uir beatus uenit, nihilq; suspicatus adesse mali ad lectulũ decũ
bentis accessit. Remotis igitur arbitris, cubiculo clauso cœpit illa suæ cõfessio
nis simulato quodã modo ordinẽ explicare. Cæterũ alio tendebat eius in-
tentio. Inter cõfitẽdũ quidem suauissimis et in uoluptatẽ tẽdẽtibus uerbis
usa, tandem diu se suis uerbis cõuoluens, mentis suæ ardorẽ, quibus potuit
uerbis aperuit. Ac deinde plurimis signis hominem hortabatur consentire in
stuprum. At uir innocẽtissimus (quiq; suã domino pudicitiã dedicarat) fa-
cinus horrens, eius petulãtiã leniter primũ castigare properabat uerbis. Vbi
uero cernit eã obstinatissimo animo in præconcepto facinore permanere,
et obscœnis iam illũ nutibus grauiter oppugnare, extra camerã cõfestim se-
metipsum proripuit, nulliq; hominũ rẽ ipsam aperiẽs, illæsus mente corpo
req; tristis pro illius perditione recessit. Illis aũt fere diebus quidã dæmonio ple
nus miserrime uexabatur. Cũq; aduocati sacerdotes et religiosi uiri stollasq;
ac benedictã aquã ac sanctorũ plures reliquias attulissent, multis uero exor-
cissimis aduersus malignũ spiritũ uterentur ut inde exiret, tandẽ per os eius
spũs ita loquutus est. Quid tãtopere inaniter laboratis? Ego hinc nequaq̃
exibo nisi is ueniat, qui in igne cõsistẽs nequaq̃ cõbustus est. Circũspicien
bus aũt ad hanc uocẽ sibi inuicem cunctis, instãtibusq;, ut diceret quis ille
esset, tandẽ priorẽ fratrũ prædicatorũ magnis uocibus nominauit. Confe-
stim ad fratrẽ Ioannẽ miserunt eũ suppliciter deprecantes, ut ad illũ digna-
retur accedere. Quũ ille recusaret uictus tamẽ eorũ precibus, uix tandẽ ac-
cessit. Cuius aduẽtũ malignus sustinere nõ ualens, hominẽ maiorẽ in mo-
dum discerpens ad eius præceptũ miro modo egressus est. Qua ex re cũ ce-
leberrima eius euasisset fama, iam oẽs qui angustiis aut uitæ huius calamita
tibus tenebantur, eius præsidia exposcebãt illius se orationibus cõmẽdãtes. Ille
uero humilitati studẽs, id eorũ uel fidei uel orationibus uel sanctorũ reliquiis
q̃ suis meritis tribuebat. Mulieri quoq; quũ innotuisset res, ipsa mente cõ-
pũcta, uitam suam deinceps in melius cõmutauit. Dum hæc Florẽtiæ age-
rentur Bononia superuenere fratres qui dicerent beatũ patrẽ Dominicum
graui langore detineri. Dubitari uero ab omnibus affirmabant, ne tunc eũ
dominus euocaret. Id cum accœpisset hunc Ioannes simulq; quod beatus pa-
ter fratres omnes Bononiẽses domus aduocari mandasset, intelligẽs se unũ
ex his esse decreuit illo se cõferre. Veniẽs ergo Bononiã inuenit beatũ pa-
trem extremum fere spiritum iam agentem. Quem ut uidit uehementer
ingemuit

Actor. fraudem mulieris.

Nõ exibo nisi ueniat q ab igne cõburi nõ potuit.

ingemuit quũ cerneret tãtũ patrẽ e uita migrare. Beatus uero Dominicus intuẽs eos inuicẽ collachrymantes pie illos cõsolabatᷣ. Demũ quũ morti se intelligeret iã ꝓpinquũ testamẽtũ illis suũ piis reliquit uocibus dicẽs. Hæc sunt fratres mei quæ uobis uti filiis possidenda relinquo. Charitatem habete, humilitatem seruate, paupertatem uoluntariam custodite. Hisqꝫ dictis fœlix ille spiritus euolauit ad cœlos. Tũ uero oĩbus obortæ lachrymæ tãti patris decessum tenerrime deuotissimeqꝫ deflebãt. Peracto tandẽ pietatis officio debitas illius sacro sancti corpori faciẽtes exequias, quũ tãdẽ quieuissent post aliquos dies, b. Ioãnes cõsalutatis fratribus Florẽtiã remeauit. Quũ ergo Florẽtiã reuertisset cõis oĩum factus ẽ luctus, nec satis tãto parẽti arbitrati sunt factũ, si solis lachrymis ꝓsequerenᷣ mortẽ nisi etiã piissimis uerbis cõdolerẽt. Licet aũt cũ beato Dominico optime extimarẽt gestũ qđ ex huius habitationis lutea domo gloriosissime esset eductus, pro suis tũ incõmodis grauiter angebãᷣ atqꝫ dolebãt. Sed cũ iã satis lachrymis tẽperassẽt, diuinis deinceps rebus oẽm animũ tradidere. Verũ res ecclesiæ. s. Pauli illos magnopere ꝑturbabat, metuẽtes ne tãdẽ proficere nõ possent, si totiẽs trãsferrenᷣ. Instabãt. n. clerici ecclesiã, quã nuperrime inuasissent, reddi suis studiosissime postulãtes. Dũ esset hic status rerũ, peropportuna illis familiaritas Foresii sacerdotis fuit uiri profecto egregii, qui ecclesiæ admodũ paruulæ quæ in cõuicinio erat, quã sanctã Mariã nouellã dicebãt rector, et gubernator habebaᷣ. Qui cernẽs fratres, qbus tãta afficiebaᷣ deuotione, ita a suis clericis ꝑturbari ægit cũ beato Ioãne quatenus suã ecclesiã ordini cõdonaret, sicqꝫ liti imponereᷣ finis. Quod cũ ꝓ pace et qete fratrũ abũde placuisset beato Ioãni eũ cũ suis fratribus in ꝓposito cõfirmabat. Per eos dies florẽtiã uenerat Vgolinus hostien. et Velletren. eṗs atqꝫ apostolicæ sedis legatus, aṗ quẽ cũ clerici de ecclesia. s. Pauli exposuissent q̃rellas uisum legato ẽ eas pace itercedẽte finire. Igiᷣ ꝑtis capitibꝰ aduocatis, cœpit cũ eis de cõcordia et pace tractare. Inter tractãdũ cũ in Foresii mẽtionẽ incidissent placuit eius quoqꝫ intelligere uolũtatẽ. Qui cũ oĩa ĩ legati et fratrũ arbitrio se iãdũdũ posuisse dixisset. vi. idus nouẽb. ãno salutis Mccxxi. Foresius sacerdos in manibus legati ecclesiæ suæ ultro renũciãs, cessionem ipsam publico instrumẽto ex legati sentẽtia et autoritate firmauit. Postero uero die, quo res iṗa maiori firmitate cõstaret, nullisqꝫ decætero possent fratres clericorũ perturbationibꝰ molestari Vgolinus legatus et Florẽtinus antistes Iulianus archipresbytero cæterisqꝫ canonicis totoqꝫ cleri capitulo assensum p̄bẽtibus dono ecclesiã. s. Mariæ nouellæ Ven. uiro Vbaldino fratrũ p̄dicatorũ noĩe recipiẽti dederũt. Fratres uero ecclesiæ. s. Pauli cedẽtes pace cũ clericis multo gaudio sese ĩ arbitrio legati ponẽtes, quæqꝫ faciẽda uidebanᷣ diligẽtissime ꝑfecerũt. Quæ oĩa iure ipso ꝑfecta sũt p̄die idus nouẽb. legatus et florẽtinus antistes beatũ Ioãnẽ uocãtes. s. Mariæ nouellæ ecclesiã ortũ cæteraqꝫ oĩa q̃

Diui Dominici obitus. Mccxxi.

Quo ãno fratres ad sanctã Mariã nouellam.

extuaret igne, modū exquirebat, quo uoti cōpos euaderet. Furore igiṫ mi-nistrāte arma, simulato lāgore lecto incubuit. Suis uero ita (ut uidebaṫ) uere eam languere putantibus illa suasit, ut beatum ad se Ioannem uocarent, quatenus ei sua posset peccata cōfiteri, eiusq; mereret benedictione iuuari. Iā enim sanctitatis eius excellēs in ciuitate erat opinio. Quod cū illi cōcessū esse, uocatus uir beatus uenit, nihilq; suspicatus adesse mali ad lectulū decūbentis accessit. Remotis igiṫ arbitris, cubiculo clauso cœpit illa suæ cōfessionis simulato quodā modo ordinē explicare. Cæterū alio tendebat eius intentio. Inter cōfitēdū quidem suauissimis et in uoluptatē tēdētibus uerbis usa, tandem diu se suis uerbis cōuoluens, mentis suæ ardorē, quibus potuit uerbis aperuit. Ac deinde plurimis signis hominem hortabaṫ consentire in stuprum. At uir innocētissimus (quiq; suā domino pudicitiā dedicarat) facinus horrens, eius petulātiā leniter primū castigare properabat uerbis. Vbi uero cernit eā obstinatissimo animo in præconcepto facinore permanere, et obscœnis iam illū nutibus grauiter oppugnare, extra camerā cōfestim semetipsum proripuit, nulliq; hominū rē ipsam aperiēs, illæsus mente corporeq; tristis ꝓ illius ꝑditione recessit. Illis aūt fere diebus quidā dæmonio plenus misertime uexabaṫ. Cūq; aduocati sacerdotes et religiosi uiri stollasq; ac benedictā aquā ac sanctorū plures reliquias attulissent, multis uero exorcissimis aduersus malignū spiritū uterenṫ ut inde exiret, tandē per os eius spūs ita loquutus est. Quid tātopere inaniter laboratis? Ego hinc nequaq̄ exibo nisi is ueniat, qui in igne cōsistēs nequaq̄ cōbustus est. Circūspicientibus aūt ad hanc uocē sibi inuicem cunctis, instātibusq;, ut diceret quis ille esset, tandē priorē fratrū prædicatorū magnis uocibus nominauit. Confestim ad fratrē Ioannē miserunt eū suppliciter deprecantes, ut ad illū dignaretur accedere. Quū ille recusaret uictus tamē eorū precibus, uix tandē accessit. Cuius aduētū malignus sustinere nō ualens, hominē maiorē in modum discerpens ad eius præceptū miro modo egressus est. Qua ex re cū celeberrima eius euasisset fama, iam oēs qui angustiis aut uitæ huius calamitatibus tenebanṫ, eius præsidia exposcebāt illius se orationibꝰ cōmēdātes. Ille uero humilitati studēs, id eorū uel fidei uel orationibꝰ uel sanctorū reliqīs q̄ suis meritis tribuebat. Mulieri quoq; quū innotuisset res, ipsa mente cōpūcta, uitam suam deinceps in melius cōmutauit. Dum hæc Florētiæ agerentur Bononia superuenere fratres qui dicerent beatū patrē Dominicum graui langore detineri. Dubitari uero ab omnibus affirmabant, ne tunc eū dominus euocaret. Id cum accœpisset hunc Ioannes simulq; ꝙ beatus pater fratres omnes Bononiēses domus aduocari mandasset, intelligēs se unū ex his esse decreuit illo se cōferre. Veniēs ergo Bononiā inuenit beatū patrem extremum fere spiritum iam agentem. Quem ut uidit uehementer ingemuit

Actꝰ. fraudem mulieris.

Nō exibo nisi ueniat q ab igne cōburi nō potuit.

ingemuit quũ cerneret tãtũ patrẽ e uita migrare. Beatus uero Dominicus intuẽs eos inuicẽ collachrymantes pie illos cõsolabat̃. Demũ quũ morti se intelligeret iã ꝓpinquũ testamẽtũ illis suũ piis reliquit uocibus dicẽs. Hæc sunt fratres mei quæ uobis uti filiis possidenda relinquo. Charitatem habete, humilitatem seruate, paupertatem uoluntariam custodite. Hisq̃ dictis fœlix ille spiritus euolauit ad cœlos. Tũ uero oĩbus obortæ lachrymæ tãti patris decessum tenerrime deuotissimeq̃ deflebãt. Peracto tandẽ pietatis officio debitas illius sacro sancti corpori faciẽtes exequias, quũ tãdẽ quieuissent post aliquos dies. b. Ioãnes cõsalutatis fratribus Florẽtiã remeauit. Quũ ergo Florẽtiã reuertisset cõis oĩum factus ẽ luctus, nec satis tãto parẽti arbitrati sunt factũ, si solis lachrymis ꝓsequerent̃ mortẽ nisi etiã piissimis uerbis cõdolerẽt. Licet aũt cũ beato Dominico optime extimarẽt gestũ q̃d ex huius habitationis lutea domo gloriosissime esset eductus, pro suis tñ incõmodis grauiter angebãt̃ atq̃ dolebãt. Sed cũ iã satis lachrymis tẽperassẽt, diuinis deinceps rebus oẽm animũ tradidere. Verũ res ecclesiæ. s. Pauli illos magnopere ꝑturbabat, metuẽtes ne tãdẽ proficere nõ possent, si totiẽs trãsferrent̃. Instabãt. n. clerici ecclesiã, quã nuperrime inuasissent, reddi suis studiosissime postulãtes. Dũ esset hic status rerũ, peropportuna illis familiaritas Foresii sacerdotis fuit uiri profecto egregii, qui ecclesiæ admodũ paruulæ quæ in cõuicinio erat, quã sanctã Mariã nouellã dicebãt rector, et gubernator habebat̃. Qui cernẽs fratres, q̃bus tãta afficiebat̃ deuotione, ita a suis clericis ꝑturbari ægit cũ beato Ioãne quatenus suã ecclesiã ordini cõdonaret, sicq̃ liti imponeret̃ finis. Quod cũ ꝓ pace et q̃ete fratrũ abũde placuisset beato Ioãni eũ cũ suis fratribus in ꝓposito cõfirmabat. Per eos dies Florẽtiã uenerat Vgolinus hostien. et Velletren. eṕs atq̃ apostolicæ sedis legatus, ap̃ quẽ cũ clerici de ecclesia. s. Pauli exposuissent q̃rellas uisum legato ẽ eas pace itercedẽte finire. Igit̃ ꝑtis capitib9 aduocatis, cœpit cũ eis de cõcordia et pace tractare. Inter tractãdũ cũ in Foresii mẽtionẽ incidissent placuit eius quoq̃ intelligere uolũtatẽ. Qui cũ oĩa ĩ legati et fratrũ arbitrio se iãdudũ posuisse dixisset. vi. idus nouẽb. ãno salutis Mccxxi. Foresius sacerdos in manibus legati ecclesiæ suæ ultro renũciãs, cessionem ipsam publico instrumẽto ex legati sentẽtia et autoritate firmauit. Postero uero die, quo res ip̃a maiori firmitate cõstaret, nullisq̃ decætero possent fratres clericorũ perturbationib9 molestari Vgolinus legatus et Florẽtinus antistes Iulianus archipresbytero cæterisq̃ canonicis totoq̃ cleri capitulo assensum p̃bẽtibus dono ecclesiã. s. Mariæ nouellæ Ven. uiro Vbaldino fratrũ p̃dicatorũ noĩe recipiẽti dederũt. Fratres uero ecclesiæ. s. Pauli cedẽtes pace cũ clericis multo gaudio sese ĩ arbitrio legati ponẽtes, quæq̃ faciẽda uidebant̃ diligẽtissime ꝑfecerũt. Quæ oĩa iure ipso ꝑfecta sũt p̃die idus nouẽb. legatus et florẽtinus antistes beatũ Ioãnẽ uocãtes. s. Mariæ nouellæ ecclesiã ortũ cæteraq̃ oĩa q̃

Diui Dominici obitus. Mccxxi.

Quo ãno fratres ad sanctã Mariã nouellam.

ad eam pertinere uiderent ordini pdicatorũ liberalissime tradiderũt fratres ipsos in eius introducēte domos. Atq; in hũc fere modũ nostra religio fir/mũ ac stabilē in urbe obtinuit locũ. Eo uero tēpore quo fratres magnope/re cōstructioni intendebāt domus. B. Ioannes cũ cæteris pdicationi et ora/tionibus insistētes plurimos ad ordinē attrahebāt quorũ deinde patrimo/nia ĩ eos usus exponerēt. Neq; uero solũ ex ciuitate sed ex suburbanis et cir/cunadiacētibus ciuitatibus et oppidis habitu induebāt, ultra q̃ credibile ui/deaẽ deo ita uolēte crescētes. Nã et Pistoriēses quosdã et Pratēses plurimos fratres nostræ domus fuisse memoriæ pditũ ē. Inter quos Cōradus uir sciē tia et uirtute excellēs Pistoriensis fuit ex illorũ qui de pēna dicti sunt fami/lia ortus. Quē tādē ad Fesulanæ ecclesiæ administrationē trãslatũ nũc no/stra ecclesia seruat sepultũ, fratrē quoq; Nicolaũ pratēsem Albertinorũ co mitũ familia natũ, quem posterior ætas hostien. ac uelletrensem epm car/dinalē uidit. Quum igiẽ indies beati Ioannis fama esset celebrior ipse uero multa humilitate atq; deuotione pstaret, fiebat ut multi eius sese orationi/bus cōmendarēt. Ea igitur tēpestate quidã uir graui capitis dolore attritus

Miracula per. B. Io. fctã adhuc uiuentē.

ac pterea quartana febri detētus, medici nullius psidio ualebat penitus libe/rari Eã inualitudinē migraneã uulgo appellãt. Ita uero hoiem molestabat ut q̃ sæpissime in frenesim, ac pene in furorē ob doloris uehemētiã, deue/niret, Is ubi uidit omnia medicorũ remedia inania euasisse eiusq; rei pericu lum tpe multo fecisset, tandē ad beatũ Ioannē se cōtulit, eiusq; se orationi/bus deuotissime cōmēdauit. Vtq; sibi tũ qdē dolenti manus imponeret hu militer supplicauit. At uir mitissimus pcibꝰ eius cōmotus pmissa oratione manus illi imposuit, sua benedictione pcepta ut domũ rediret euestigio im perauit, dicens se spētare diuinã ei gratiã minime defuturã. Mirũ in modũ uix uerba finierat illo surgēte mox dolor oīs abscessit, ut nullatenus de cæte ro eo foret dolore affectus. Igiẽ deo et beato Ioanni gratias agens ad ppria remeauit. Alius quoq; in litigio (ut arbitror) cōstitutus cum diu aduersariis luctatus esset, tandē lætali cōfosus uulnere uix domũ semiuiuus relatus est. Cũq; propediē sui oēs eius operirent mortē in prioris et fratrũ prædicato/rum memoriã incidētes, languēti suaserunt ut eius patrocinia imploraret. Oranti igitur et eo modo quo poterat emittēti uotũ, ad eã quã pene amise rat uitã reuocatus est. Aiebat aũt se postq̃ emisisset uotũ quasi in somnum fuisse resolutũ. Vidisse uero lectulo assistentem fratrem Ioannem qui ei dicere uidebatur eum omnino sanitati restitutum. Igitur euigilans ita esse ut audierat re ipsa cum ingenti omnium admiratione et gaudio cōproba/uit. Quare paucis post diebus exurgens ad ecclesiam prædicatorum uenit gratiasq; deo ingentes et beato Ioanni multa cum deuotione persoluit. His itaq; gestis licet iã esset eius fama pcelebris ipse tamē nulla ratione effe rebāẽ, sed quo maiora p eũ dominus efficeret eo humilius et apud semetip/

ſum abiectius ſe gerebat. Quũq; multæ eẽt charitatis ac ꝓcipuæ fidei eius tu tellã aduerſus hæreticorũ inſultus magno et cõſtãti aĩo ꝑagebat. Zelo quidẽ domus dei accẽſus et laniari et irrideri, ac nõnunq̃ iniuriis et cõtumeliis affici minime recuſabat, modo fides ipſa dilataretur et creſceret. Multæ uero grauitatis fuit, ĩ loquẽdo parcus, in cõſulẽdo liber, in admonitione ſuauis, in corripiẽdo uero mediocris ſeueritatis erat. In oratiõe quoq; aſſiduus in diſputatione acutus inq; oĩbus rebus ſuis miro modo compoſitus. Dignitatis præterea ampliſſimæ habebatᷣ a cũctis et aſpectu longe uenerabilis. Inceſſus uero præſeferebat ingenuitatẽ quãdã, quæ oĩum in ſe oculos cõuertebat. Sciẽtia uero non cõmunis illi aut uulgaris fuit, ſed ꝓter humanã, qua pollebat plurimũ, et eã quã ſanctorũ ſciẽtiã appellamus excellẽti quadã largitate a deo fuerat decoratus. Quũq; multis iã annis huiuſce ſanctis ac piis operibus ſatis in uinea domini laboraſſet, tãdẽ ꝑſenſit ſuperueniẽte langore ſe ꝓpediẽ eſſe moriturũ. Quare fratribus cõuocatis illis trãſitus ſui tempus inſtare aꝑuit. Quibus pro tãti patris deceſſu uehemẽter ingemiſcẽtibꝰ optimis eos ſermonibꝰ adhortatus ẽ ut lachrymas cohiberẽt, Nã et ita fieri oportere, ut quicq̃d egiſſet deus id ſumma ratiõe factũ arbitrarentᷣ, et ob id eius uolũtati obtemperãdũ. Quãuis aũt lachrymas fundere humanitatis officiũ ſit, nimiũ tamẽ his indulgere nõ ſatis bene in deũ diſpoſitæ mẽtis eſſe indiciũ aſſeruit. Quocirca magis in ſuo deceſſu orationibus q̃ lachrymis deditos eſſe admonuit. Præterea deſpiciẽtiã oĩum humanarũ rerũ cõplecterentᷣ admonuit, nihilq; in mũdo firmi aut ſtabilis eſſe, oĩa uero caduca et momẽtanea religioſos quoſq; arbitrari debere ſolis patriæ cœleſtis deſyderiis inhiare, et ad illa, cæteris poſthabitis rebꝰ, greſſum dirigere quæ ſtabilia et æterna ſunt, ſperare ſe paulopoſt nõ ſuis meritis, ſed diuinæ benignitatis gratia ad illa, quæ iãpridẽ deſyderaſſet oĩo, eorũ orationibus ꝑrecturũ. Quæ quũ dixiſſet peccatorũ remiſſione ꝑcepta, uiaticũ humiliter poſtulauit, ac mira deuotione et lachrymis ſuſcepit. Vbi uero ad extremũ ſpiritum uẽtũ ẽ ſancto illũ inũgẽtes oleo, illũ orãtẽ et erectis in cœlũ luminibus quaſi ſanctos angelos intuẽtẽ qui eius operirentᷣ egreſſum, orãtes fratres quiete ac ſi obdormiuiſſet ſpiritũ efflare uiderũt. Tũ uero ꝓfluẽtibꝰ oĩum lachrymis, domus oĩs uehementer indoluit, Corpuſq; uenerabile deponentes piis officiis omnẽ erga illud charitatis curã propriis manibus ꝑegerũt. Solemus enim defunctorũ lauare corpora et alia hmõi efficerᷣ, q̃ ad ſepulturæ officiũ uideantᷣ eſſe ꝑcõmoda. Quæ omnia quum illi feciſſent, deuotiſſime corpori aſſidẽtes pſalmis ex more, lachrymis uero ex tp̃e, horã expectabãt, qua illius celebraretᷣ funus. Siquidẽ pro tanti uiri deceſſu non minima conuenerat religioſorum et clericorum multitudo ac præterea populus uniuerſus et ꝓpter hoĩs dignitatẽ, et pp̃ ea, quæ uiuẽs feciſſet ꝓdigia, magno concurſu acceſſerat. Tandẽ uero multa deuotione et lachrymis ueluti ſuæ ciui

Attẽ.

Mores Ioãnis.

Aegrotat Io.

Attẽ.

B. Io. obitus.

tatis amisissent patronũ iusta funeri persoluẽtes in ueteri (ut puto) ecclesiæ uenerãdũ corpus isigni clausere sepulcro. Quod postea nouo ædificato tẽplo in eo ĩ quo nũc cõditũ ẽ iacet loco trãslatũ, Cuius quidẽ sepulcri longitudo nõ uidet ad staturã hoĩs peruenire, quo intelligi põt ꝓcedẽtibus ãnis eius dũtaxat ossa in eo loculo fuisse recondita, Insigni aũt eius tẽporis sculptura cõfectũ cõstat circũquaq; miracula per illũ dũ uiueret et postea quã e uita excesserat operatus ẽ deus egregia arte depicta, quæ nũc ipi referemus quãtũ ex ea pictura colligi põt. Neq;.n.alio nos scriptura eius miracula docuit. Postq̃ igit uenerabile eius corpus sepulturæ traditũ ẽ cœpit ad sepulcrum eius mira populi esse deuotio, multis eius patrocinia implorantibus. Quũq; plurimi se inuenirẽt eius p̃sidio liberatos, multæ ob eã causam oblationes afferebant̃ cæreæq; imagines et funalia iuxta unius cuiusq; uotũ circũ uidebant̃ esse appẽsa, Vnde et nõnulla eius rei adhuc monimẽta supersunt. Quũ aũt die quadã lampadi ad eius sepulcrũ depẽdẽti ex more oleũ defecisset frater Bartholomæus Mutellensis tũc sacrista mulierẽ eo in loco orãtẽ cõperiẽs ubi tũ eius cõditũ asseruabat̃ corpus eã hortatus est ut oleũ uenerabili eius corpori ut aliæ plurimũ facere consueuissent afferri curaret. Qua respondẽte uas ea die euacuatũ fuisse, se uero unde emeret nõ habere et ob id nõ mediocriter angi, ait frater bartholomæus. Perge domũ iterũq; diligẽtius p̃scrutare an quid olei superfuisset in uase, Quæ cũ e uestigio perrexisset, olei uas, qđ ante uacuũ reliquerat oleo exuberãs iuenit. Sũmo igit̃ affecta gaudio mox ad ecclesiã cũ oleo reuersa narrabat euidẽtissimum meritis beati Ioannis factũ fuisse miraculũ. Alius itẽ uir quũ graui detineret̃ corporis totius maxime uero pedũ imbecillitate, ac p̃terea etiã linguæ officio esset plurimũ impeditus nullis aliis medellis auxiliũ ei cõferẽtibus tãdẽ ad eius sepulcrũ orare p̃rexit. Cũq; diutius orasset uisum est illi beatũ Ioannẽ quasi e sepulcro ꝓdire atq; ad illũ manus protendere suaq; benedictione ut abiret p̃cipere. Quare illico surgens ita se reperit ab omni eo langore curatũ ac si nihil unq̃ detrimẽti passus fuisset. Mulier quoq; eiusdẽ fere diebus, quæ maxima beato Ioanni afficiebat̃ deuotione quũ filiũ ante eos annos peperisset cõtractis deniq; pedibus atq; inualidis euasisset ita ut omnino si ita uiueret fuisset inutilis ad.B.Ioãnis p̃sidiũ cõuolauit. Allatoq; infante ante illius sepulcrũ exposuit, multisq; lachrymis suã orationẽ effudit. Id cum fecisset accepto iterũ puero fiduciaq; assumpta ex meritis eius tibiis pueri eius tetigit sepulcrum, corde inuocãs toto eius p̃sidia. Mirabile dictu mox ut tetigit puer sepulcrũ cõsolidata sunt eius mẽbra pedesq; erecti, atq; ita perfecte restitutus saluti, ut ante alienis manibus portabat̃, deinceps suis pedibus remearet ad propria. Plura uero alia deus meritis eius operatus est quorum notitia ad nos non peruenit. Nota uero diuinæ sunt pietati, q̃ illa per seruos suos ta n ta largitate dignatur efficere.

Miracula post obitũ B. Ioãnis.

IO. ANTONIVS FLAMINIVS FOROCORNELIENSIS F. MATTHAEO BANDELLO OR. PRAEDIC. S. D.

MAGNA proculdubio uirtuti est uis Quæ (ut Cicero ait) Nos amare cõpellit, etiã quos nunq̃ uidimus. Id quidẽ si unq̃, nunc ego maxime experior. Nulla siqdẽ mihi Bãdelle tecũ amicitia est, Nisi quã tua uirtus eximia, et litteræ cõciliãt, Nã neq; tu quidem adhuc mihi de facie notus es, nec ego tibi, tantus est tamen amor in te meus, ut possis iam non amicus uideri, sed familiaris. Sed et autor est Plato, bonos omneis amicos esse oportere, etiam si sint minus noti, quorũ mores, sectæq; conueniũt et hæc uera, et omni laude digna est amicitia. Nam, quæ de aliis oritur causis, aut pudendam necesse est, aut certe infirmã instabilemq; esse. Hac ego de causa attente quærebam, an aliqua mihi testandi amoris erga te mei daretur occasio, quæ quidem eiusmodi tãdem oblata est, ut nulla honestior aut optabilior offerri potuerit. Nam, cum Leander meus Bononiẽsis Albertus consectaneus quidem tuus summa mihi ob eximias dotes necessitudine deuinctus, Quiq; et amanter, et suauiter mihi de te multa narrauit, librum egregium de uiris istius sectæ illustribus contexeret, ac me rogasset, ut quorũdam ex eo numero uitam, atq; imprimis Magni Alberti, quæ iam a nobis edita est, et Iacobi Veneti uiri clarissimi, atq; sanctissimi litteris mandarem, posteriorem duxi tuo nomini nuncupandam, ut nõ tu modo coniecturam faceres, sed et præsens ætas, et posteri scirent, quo in te amore, qua uoluntate adductus hoc fecerim. Fateor quidem posse isti ingenio, ac eruditioni rem hanc uideri exiguam, si forte in ea consistas, nec aliud scrutere. At si animum consyderes, et uoluntatẽ inspicias, et metiare, spero equidem non modo non mediocrem tibi, sed etiam maximã fore. Verũ quicquid sit muneris, tu læto uultu suscipe, ac sic tibi æstimandum puta, ut sit certum amoris pignus, ac perpetuum meæ erga te obseruantiæ testimoniũ Vale Ex Foro cornelii Pridie Calen. Aprileis. MDXVI.

BEATI IACOBI VENETI VITA ORD. PRAED. PER IO. ANT. FLAMINIVM FOROCOR. ORATOREM CLARISSIMVM EDITA.

NATVS EST BEATVS IACOBVS IN VRBE CLArissima Venetiarum ex patre Adam, qui fuerat summa uir probitate, ac integritate præditus, ac tãto filio dignus genitor. Matrem uero habuit uenetam in patria, et illustri Salomonum familia ortam, cui Marchesinæ fuit nomen . Puer admodum patrem ami- *Vbi natus sit Beatus Iacobus.*

Mater eius monaste/riũ ingres/sa uirginũ

Educatio illius.

sit. Mater uero cælestem cupiens in terris uitam agere deo se consecrauit, et in monasterio uirginum, quæ cælestes in ea ciuitate uulgo nuncupantur, deinceps magna cum laude uixit. Puerũ uero Ioannæ socrui reliquit edu/candum. Erat autem Ioanna matrona grauis, et cordata, quæ diu quidem in uiduitate permanserat. Pueri uero curam suscipiens Ioanna nihil omi/sit, quod ad educationem exactissimã pertineret. Sed imprimis illius animũ religione. atq; cum teste propheta initium sapientiæ sit timor domini, dei metu imbuit, præcipueq; deiparæ uirginis cælestium reginæ cultui assuefe/cit, ac diligẽtissime curauit, ut eius horariũ officiũ edisceret, ac frequẽter ce/lebraret, Et quia pueris nihil est perniciosius prauorũ cõsuetudine, ante oĩa mõnuit, uti perditorũ iuuenũ cõsortia deuitaret, a quibus illũ assidue deter/rebat. Verũ ut ipsius beatæ uirginis horariũ, quod diximus, officiũ libẽtius,

Pueri mira indoles.

atq; perseuerãtius frequẽtaret, auia ipsa certã mercedẽ illi pollicita est, si cõ/tinuis cẽtũ diebus id celebrasset. Puer ergo partim quia suapte natura pro/nus erat ad ea, quæ ad religionem spectabãt, partim teneræ ætatis instinctu precio pellectus, auiæ suæ morẽ gessit. Sed cũ pactã postea pecuniã posceret illa sancto usa dolo cũ risu negauit. Puer sic delusus nõ ægre id quidẽ tulit sed, ut erat senili sensu, diuinitus factũ arbitratus, ut terrena mercede cõtẽ/pta cœleste præmiũ tãtũmodo expectaret, decreuit ipsum deinceps, quãdiu uiueret, cotidie solo beatæ uirginis ĩtuitu celebrare, et ut erat prudẽtia plusq̃ puerili uitabat corruptis pueros moribus. Cũ probis, et bene ĩstitutis æqua/

Præsagiũ futuræ ui/tæ.

libus missam, quã dicimus, sicut in templis obseruauerat, tanq̃ alter Atha/nasius celebrabat. Puerile hoc oblectamẽtũ. hic illi frequẽs lusus erat. Mos illi trãsgresso adolescẽtiã fuit, quẽdam Cistertiensem monachum adire, qui sacra cælestibus uirginibus ministrabat, inter quas (ut iã ostẽdi) mater erat. Sub eo cantui, et officio uacabat ecclesiastico, et per hos quasi gradus pau/latim ad religionem tendebat. Ecclesiã frequẽtabat, et sacris assidue intere/rat. Domũ aũt reuersus in cubiculo se occultabat æqualiũ plerũq; fugiens cõsuetudinẽ, ibiq; ante altare, quod illi extruxerat auia frequenter orationi uacabat. Talibus pueritiã atq; adolescentiã moribus transegit. Inde factus iuuenis, ut ætate sic prudẽtia, et proposito firmior effectus, cœpit multo ue/hemẽtius uitæ huius illecebras, et bladimẽta cõtemnere, ac se totum deo de/dere. Quod ut cõmodius, et expeditius facere posset sententiæ illius euãge/licæ, ac saluberrimi memor consilii, Si uis perfectus esse, Vade, uẽde omnia, quæ habes, et da pauperibus, et apostoli simul dicentis, Arbitratus sum oĩa tanq̃ stercora, ut Christũ lucrifacerẽ, distributo sapienter patrimonio mo/nasticam prædicatorum diui Dominici uitã miro incensus desyderio inire decreuit. Per eos dies forte accidit, ut quidã iuuenis admodũ paup, ac illitte/ratus eodẽ desyderio teneret, et ibi esse cuperet in eorũ numero, qui cõuer/

si appellantur. Sed cum et sua, et monasterii egestate non haberet, unde ue stimenta coemeret misertus illius beatus Iacobus, et eius propositũ libera li fauore illius ꝓsecutus pecuniã illi ad id necessariã, quã ipse sibi ad compa rãdos libros seruauerat, cõdonauit, Ne penuria tẽpalis pecuniæ optimus ille iuuenis a sancto ꝓposito retraheret. Et sic ambo gratãter monasteriũ igres si sunt, cũ annũ fere. xvii. ætatis beatus Iacobus ageret, Vbi sexagintasex an nos innumeris pollens uirtutibus, atq; miraculis cũ omnium admiratione Sanctissime uixit, quemadmodum ex iis, quæ deinceps narraturi sumus faci le constabit. Igitur inita uita monastica præcepta, et instituta omnia, et pro positam sibi uiuendi normam hilari uultu, et animo complexus diligentis sime obseruabat, et exempla sanctorum sibi proponens per uestigia illorũ summo studio gradiebatur, et quod in unoquoq; optimũ, atq; pulcherri mum inueniebat, præcipue imitabatur. Breui aũt tantum profecit, ut esset omnibus tanq̃ speculum quoddam et uiuendi norma. Sed inter tot uirtu tes, quibus erat admirabilis præcipue erat sui contemptus, et mansuetudo eximia. Inter hæc peculiaris erat illi cura, ne tempus sibi frustra, et uacuum, elaberetur. Ergo aut orationibus, aut cõtemplatione, aut sancto colloquio aut aliud quodcunq; utiliter agendo et corpus, et animum detinebat occu patum, nihil magis extimescens, atq; deuitans q̃ ocium, tanq̃ rem homini, pestiferam, atq; imprimis perniciosam. Quare nullus eum offendebat unq̃ ociosum. Tanta uero fuit illi seruandi decreta, quæ uitam monasticam in stituunt, cura, et diligentia, ut usq; ad exitum uitæ constantissime illa serua uerit. Crescebat aũt in eo cotidie magis uirtus, gratia, et sanctitas. Vini, ac ci bi erat parcissimi. Aspere dormiebat. Induebat uilissime. Mirus erat in eo candor, et uitæ puritas, atq; munditia. Sermone utilis, et grauis. Consilio, prudens. Sacræ lectionis studio intentus. In omnibus, quæ ageret, laudabi lis, ac imitandus. Ad obsequia promptus ac hilaris. Grauis in incessu. In ad uersis constans, et infractus animum gerens sedatum, atq; tranquillum. Pa cis, et concordiæ mirificus amator. In rebus omnibus compositus. Et hæc omnia charitas admirabilis exornabat. Cum aũt permultos iam per annos in ueneto monasterio magna cum laude commoratus esset, et sacræ doctri næ operam dedisset, cupiens deo multo expeditius inseruire, et ea uitare im pedimenta, quæ patria, propinqui, et amici solẽt afferre, Foroliuium se con tulit, ubi annis. xlv. commoratus est, quo tempore ad monasteria quædam finitimarum Vrbium Subprior (uti appellant) missus est, Fauẽtiam scilicet Rauennamq;, Sanctum quoq; Seuerinum cum his adnumerant. Quibus functis officiis demũ impetrauit, ne amplius compelleretur, Foroliuio di scedere, cupiens ibi, quod reliquum erat uitæ transigere. Et illum deus uoti compotem fecit. Vbi cum multa quiete, ac totius urbis illius amore reuerẽ

Monasteriũ diui dominici ingreditur.

Formula uitæ illius.

Migratio illius ex urbe uenetiarum foroliuium.

tia, et admiratione uitam finiuit. Ieiunia uero, et communem sumendi cibi cum cæteris patribus consuetudinē adeo constanter seruauit, ut ab ea nūq̄ deflecti potuerit. Nec in ipsis ieiuniis relaxationem unq̄ admittere uoluit nisi uel cum grauiter ægrotaret, uel ad decrepitam ætatem peruenisset, et id etiam cogentibus, qui iubere illi poterant, fecerit. Et quod ualde mirandum est, horis extraordinariis sic a potu quidem abstinuit, ut cum ei circa uitæ finem poculum offerretur, affirmauerit, se annis iam xxv. elapsis quinquies

q̄ pius in paupes fuerit.

tantum extra communem cibariæ refectionis horā bibisse. Præterea, si quādo largius solito cibi (quod aliquando fieri solet) patribus apponerentur, portionis suæ partem pauperibus, quos singulari charitate prosequebatur, non inscio tamen monasterii præfecto semper reseruabat, eamq; occultabat studens deo, cui nuda sunt omnia, tantum placere euangelici memor consilii, Cum facis elemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Laborauit aliquādo uini penuria Foroliuiensis ciuitas, et monasterium simul. Erat ibi matrona, quæ beatum Iacobum præcipua ueneratione colebat, et sua solebat illi ex more christianæ religionis delicta confiteri, quæ illius miserta sponte est ei pollicita, se duos cotidie uini urceos, q̄ diu penuria duraret missuram. Non contempsit ille matronæ liberalitatem, nec munus eiusmodi respuit. Neq; tamen id in suum, aut patrum commodum uertit, sed duobus admodum egenis, quos ipse nouerat, per fidum nuncium id uinum cotidie mittebat. Cūq; matrona eadem illum aliquando interrogasset num sibi uinū, quod mittebat placeret, et saperet, uinū ita laudauit, et ei gratias egit, ut sanctam fraudem illa non agnosceret. Ante omnia et iuuenis, et iam senex delicias corporis omnes, et illecebras in bona, et in aduersa ualitudine abominatus est. Sciens enim quanta, et q̄ periculosa forent carnis aduersus spiritum certamina compescebat illam assidue, ac solerti studio talia

q̄ aspe dormierit.

deuitabat, sic quidem, ut etiam licitis frequenter abstineret. Quare imprimis lecti mollitiem fugit. Paleis enim laneo uili tegmēto stratis indormiebat. Quas quidem paleas aliquādo .xviii. annorum spatio nec moueri, nec mutari permisit. Scapulari semper, ac tunica indutus quiescebat abiecto, et aspero panno contectus. Eandem autem uilitatem, et asperitatem in uestitu quoq; ac in rebus cæteris adamauit. Itaq; librorum quoq; suorum, calciamentorumq;, ac cæterorū utensilium ornamenta contempsit, atq; uitauit, ut quam in corde gestabat admirādam humilitatem et cultus ipse corporis ita neglectus, et cætera omnia ad suum peculiarem usum pertinentia

q̄ somni parcus exiterit.

testaretur. Erat præterea admirabilis eius in uigilando patientia. Nam post solis occasum diu lectioni, et orationi uacabat ad matutinum uero officiū primus omnium surgebat, quo quidem peracto lectum, et somnum (sicut mos est) non repetebat, sed in ipsa permanens ecclesia confitentibus delicta

præcipue iuuenibus operam dabat, eosq; monitis, et consiliis saluberrimis, exemplisq; ad uitæ integritatem, et sanctitatem accendebat. Post hæc ad orationem redibat, ibiq; inuigilabat. Paulo ante auroram ad cubiculum suum reuertebatur, neq; plus quiescebat, q̃ quantum necessitas, et lassitudo cogebat, et primo mane iterum surgebat. Erat admirabilis illius in reliquis incõmodis, sed præcipue in tolerando frigore patientia, ut manifeste quidem apparerct, igne succẽsum esse diuino. Quare ne in summis quidem frigoribus ad ignem accedebat, quem etiam in altari oblatum per hyemem dum celebraret, penitus respuit. Nunq̃ igitur aut ad ignem sedere, aut manus uel pedes calefacere conspectus est nisi extremo uitæ tempore, in quo cum cibum sumeret, ad oblatum sibi cum igne uasculum manus porrigebat. Adeo aũt blandimenta omnia deuitabat, ut rarissime uiridarium, quod ibi erat pulcherrimũ, et spatiosissimum ingrederetur, ut res miraculi similis haberetur siquando ibi consiceretur. Nam aliis per æstum post cœnæ tempus illud ingrediẽtibus in ecclẽsiam ipse ad orationem se recipiebat. Hæc esse omnibus indicio uolumus q̃ austeram, q̃ duram, et asperã uitã uir sanctissimus egerit, Qui tametsi adeo sibi ipse durus, et asper erat, attamen in alios se se lenẽ pium, ac dulcem exibebat, et congruis eorum commodis mirifice lætabatur Nomẽ domini saluatoris præter modum illius cordi affixum, et suaue erat, Ideo super mel et fauum dulce. Frequens illud in ore habebat, Id quidem indicio sit, ꝙ ubi uel Iesum, uel Christũ nominabat, mira dulcedine tactus nominis, uix unq̃ a lachrymis temperabat. Sed tum maxime ubertim flebat uel cum de Christi passione sermo haberetur, uel cum de sanctorum martyrum cruciatibus mentio incidebat, uel ipse referret, uel alius commemoraret. Mandarat memoriæ aliquot sermones adhuc iuuenis, qui in laudẽ quorundam sanctorum diebus illorum festis recitari consueuerunt, eos ipse frequentissime repetebat. Cumq; aliquando rogaretur a iunioribus, ut sanctorum exemplorum sibi copiam faceret, respondebat. Ego quidem exempla, quæ petitis, scripta non habeo, Verum, si scribere uultis, ea uobis libẽter dictabo. Quod cum rogatus aliquando faceret, tanta illi uis lachrymarum excitabatur, ut faciem cogeretur in contrariam partem uertere, ne, qui adestant, flere se cernerent. Idem illi accidebat, cum sacrum, quam missam dicimus, celebraret. Frequenter autem horis extraordinariis in aliquem ecclesiæ secretiorem locum se recipiebat, ubi tũc maxime lachrymis habenas laxabat Idem faciebat, quoties ante aram astabat, ubi diuæ Vrsulæ, ac sociarum uirginum pictura martyrium representat. Ibi enim tanq̃ res tunc gereretur, et tãtum puellarum insignium gregem pro Christi nomine crudeliter necari cerneret, ubertim flere solebat. Verũ non tam benefacere q̃ bene loqui erat illi proprium, ac familiare, iuxta illud Redemptoris nostri, Bonus homo de

Quãta in tolerandis incõmodis et frigoris patientia.

Saluatoris nomen q̃ illi suaue.

Att.

bono thesauro cordis sui profert bona. Nam qualis quisq; est, talia agit et loquitur. Quare uel cum deo semper, uel de deo loquebatur, et ad talia lo-quenda alios quoq; hortabatur. Quapropter inter plurima bona, quibus eum diuina benignitas insignem fecit, illud inter præcipua numerat ꝙ nullum ex eius ore uerbum unq̃ reprehensione dignum excidit. Exactissimus enim sui sermonis custos, et censor erat. Nec aliquis unq̃ uel adulantem illum, uel detrahentem cuiq̃, aut irridentem leuiaue, aut inania loquentem, audiuit. Quod si quispiam se præsente talia loqueretur, interpellabat continuo, et aureo illo diui Hieronymi dicto ab inani, ac inutili sermone deterrebat. Felix lingua, quæ non nouit nisi de diuinis texere sermonem. Quod sane dictum frequens erat in eius ore, et admodum illi familiare. Quod si ad hortatione sua, et castigatione aliquando nihil proficeret, confestim inde abibat. Præcipue uero detractores ferre nõ poterat, ĩ quos dicere solebat, Si propria quilibet uitia dilig ẽter in aĩo uolueret, non auderet quispiã in alios inuehi, aut de eorũ criminibus loqui. Nam uitiis nemo sine nascitur, ut sapienter ait Horatius. Oculos, et aures æquissimas habebat. Siquando de patriæ dissensionibus, aut de bellis sermo incideret, nunq̃ cognoscebatur in alteram partem magis inclinaret, sed omnes æquali charitate proseques uicem dolebat eorum, quos agitari eiusmodi casibus audiebat. Verum quem admodum aliorum aduersis afficiebatur, ac sæpe ingemiscebat, ita propriis minime frangebatur, immo tum maxime gaudebat, et gloriabatur, cum aduersi aliquid patiebatur. Potentiorum ac diuitum consortia uitabat, neq; illis nisi ubi necessitas, et eorum salus poscebat, utebatur. Contra uero egenorum, cæcorum, ægrotantium, et huiusmodi calamitosorũ familiaritate plurimum delectabatur, et quacunq; ratione posset, et cõsolãdo, et consilio, et re iuuabat, nec quenq̃ non subleuatum oratione sua plurimum ac delinitũ abire sinebat. Inter cætera solebat eos consolando illud dicere, si scirent, qui aduersa patiuntur, et casibus afflictantur, qualem sint, et quãtam a deo mercedem recepturi, si forti animo, et patienti mala tolerauerint, deum ipsum rogarent, ut augerentur illa magis et grauiora fierent. Neq; uerbo solũ, sed etiam facto comprobabat ea, quæ alios cõsolando, dicebat, Siquidem non modo aduersa ipse patiẽtissime tolerabat, sed etiam, ut modo dixi, in iis uehementer cum apostolo gloriabatur, ut in se Christi uirtus inhabitaret. Erat in ciuitate iuuenis quidam, qui ex graui morbo in cæcitatem inciderat, qui cum emendicare cotidianum uictum ob eam rem cogeretur, cœperat ecclesias frequenter adire et prædicationibus ac diuinis officiis interesse, quod prius q̃ oculis captus esset, facere minime solebat. Interrogauit illum aliquãdo beatus Iacobus, quo esset in tali statu animo. Respondit ille se quidẽ, quia lumine orbatus esset, ingenti moerore detineri. Tunc uir sanctissimus cupi

Verbum nunq̃ ex ore eius exciderat dignũ reprehensione

Att. Hieronymi uerbũ.

Diuitum cõsortia deuitabat, amabat pauperum.

Att.

Att. et obserua

ens illius dolorē lenire, et aliquod leuamē, ac remediū afferre, inquit. Fili oc culta sunt dei iudicia. Omnium ille pater optimus filiis utilia ministrat. Tu gratiam illius pœnam arbitraris, et falleris. Cumq; ille motus esset uerbis, ac miraretur iterum beatus Iacobus eum interrogauit, nunquid ante cæcitatē, sic frequenter ecclesias adire, ac diuinis officiis interesse cōsueuisset. Respon dit ille. Nequaq̄ tum quia operi, ac lucro intētus eram tum quia parum ista curabam. Ergo inquit, nunc primum uides, et meliori lumine frueris immo ex tenebris i lucē prodisti. Quare bono animo esto, nec mœreas, sed læteris, et tantū agnoscens beneficium, quas debes, gratias deo agas, qui te de dēsis, tenebris in istam lucem produxit. Tūc enim uere cæcus eras, quando lucis negligebas opera quæ nunc frequentas. Adeo fuit illius oratio efficax, sic ægrotum iuuenis animū deliniuit, ut ille deinceps non solum patienti animo suam cæcitatem ferret, sed etiam tanq̄ diuinæ liberalitatis singulare munus id esset, lætaretur. Verum non contentus his uir sanctissimus ad leuandam magis illius cæcitatem, et ut iuuenem magis erigeret, atq; ad dei cultū et amorem uehemētius accenderet (erat autem illitteratus) mira charitate do cendi illum multa laborem ingentem, uel potius molestiam, et quidem cotidianam subiit. Et cum ille nihil (quod ad religionem attinet) præter dominicam orationem sciret, primum quidem septem psalmos, quos pœnitentiales dicimus, illum edocuit. Dein uero euangelia multa, que cotidie in ecclesia leguntur, Totum præterea horarium beatæ uirginis officium. Ad quæ quidem quanto labore, et quanto temporis spatio fuerit opus, unusquisq; coniicere potest, qui intelligit, rudem illum, sine litteris, et cæcū fuisse. Multos quoq; alios cæcos, claudos, inopesq; et abiectæ conditionis homines ta lia edocebat, et pia, et iucunda familiaritate sua subleuabat. Quo quidem fa ctum est, ut pater pauperum diceretur, a quibus siquando uocaretur, confestim, ac hilari uultu accedebat, quos etiam sponte crebro adire solebat, et ne cessaria, quæ poterat, subministrare. Inerat autem illi tanta pietas, et commi seratio, ut ad muta quoq; animalia conuerteretur. Testatur etiam factum quod sequitur, eximiam illius in omnes pietatem, et commiserationem quā diximus. Nam cum die quodam ingressurus esset ecclesiam, ut altaris sacrū celebraret, obuium habuit quendam iuuenem, quem ut aspexit ingenti mœ rore affectum cognouit. Cumq; ab eo quæsisset tantæ tristitiæ causam sum mo studio conatus est, iram illius, et indignationem lenire, quam ex iniuria uicini contraxerat. Sed tunc quidem optimus pater nihil profecit. Accessit ergo ad aram, et sacrum peregit, et inter celebrandum impense deum rogauit, ut iuuenis illius misereretur, ac tantam illius iram sedaret. Nec irritæ fuere preces. Nam peractis sacris ad eum reuersus, paucisq; ut deum respiceret, et ut pacis, atq; concordiæ consilia non sperneret, hortatus lætum ex tristi,

Magnum calamitatis cæco leuamen

Att.

B. Iacobus pater pauperum dictus est.

repente dimisit. Erat autem hæc illi præcipua cura, summumq; studium ut corpore pariter, et animo infatigabili semper deo uacaret, et quãq; persæpe Marthæ quidem exemplo ob charitatem in proximos actionibus immisce batur, libentius tamen cũ Maria secus pedes domini sedens, et excubans inenarrabili contemplationis suauitati mirifice intẽtus erat. Cuius quidem tã ta dulcedine tangebatur, adeo supra hominem tolli solebat, (rem dicam uix credibilem) ut sæpe ante aram aliquam positus cum uocaretur, et uocantiũ quoq; manibus agitaretur, ac si statua esset, nihil sentiret. Tanta præterea illi cura diuinorum officiorum erat, ut nunq; neq; diurnis horis, neq; nocturnis a choro abesset, ubi cantum ipse, quem iuuenis probe didicerat, ecclesiasticum pulcherrime regebat. Nec quisq; illum in ecclesiastico officio, et diuinis laudibus uel defessum, uel tædio affectum uidit unq; adeo quidem (uide rem mirãdam) ut etiam ægrotus horis consuetis die noctuq; chorum, cum omnium stupore frequẽtaret. Miro affectu, et tanta ueneratione quantam uerbis assequi nemo posset, sanctos omnes post ipsum deũ prosequebatur. Quare legebat assidue Vsuardi Martyrologiũ, in quo per totum annũ singulis diebꝰ seruato ordine, ac ducta serie martyrũ gesta, confessorum quoq; plurimorum, et sanctarum uirginũ scripta recensentur. Quo libro prædicatorum ordo maxime utitur. Neq; hac re ille contentus ex aliis quoq; antiquis libris martyria, et aliorum sanctorum præclara facinora conquisierat, et ex illis certum numerum ipse delegerat, ita ut per totum annum statutis diebus illorum sacra priuatim in suo cubiculo celebraret, ubi occultum in arca paruũ altare habebat, quod in honorem eiusmodi sanctorum secundum festorum diuersitatem decenter ornabat, et ibi accensis quattuor candelis in matutinis, et uespertinis officiis solus, et secreto celebrabat. Nec tamẽ consuetum, et cõmune officium omittebat, nec in sacro etiam altaris eorũ commemorationem prætéribat. Multorum insuper patriarcharum, et prophetarum festa celebrabat. Hæc autem etsi remotis arbitris, et secreto faciebat non tamen erãt ignota dum adhuc uiueret. Nam dum talia celebraret festa, sic lætabatur, ita erat hilaris, ut continere se non posset, quin familiaribus sanctorum suorum solennia panderet. Quod etiam crebro faciebat, cũ ad populum concionaretur, et post felicem eius excessum magis patuerũt, q; multa in schedulis reperta sunt illius manu conscripta. Illa quoq; cõstantissime seruauit, ut semper hora tertia hymnũ diceret Veni creator spiritus, et defunctorum officium cum nouẽ lectionibus, et ubi a mensa surrexisset gratiarum actioni addebat Salue regina. Talem autem inchoatum in iuuẽtute morem usq; ad exitum uitæ continuauit. Mira res contigit Rauennæ, dum subprioratus officio fungeret. xv. Calend. Decembrium, quo die in antedicto Martyrologio beatorum martyrum Acisdi et Victoris passio

Mirũ de illius cõtemplationibꝰ

Die noctuq; ẽt ægrotus chorũ freqũtabat

Festa quorũdã sanctorũ solus et secreto celebrabat

recitatur, qui apud Cordubam in Hispania martyrii palmam sunt assecuti, ubi eodem die in honorem, et commendationem gloriosi eorum interitus rosæ diuinitus, quales florere uerno tempore cernimus, cõspiciuntur. Nam dum beatus Iacobus per hortum monasterii forte spatiaretur eorum marty rum quandam officii horarii partem celebrans, et recordatione talis rosarũ miraculi uehementer lætaretur, casu ad horti rosarium peruenit, quod eo tẽ pore prorsus exutum foliis erat, ibi pulcherrimam repente rosam uidit ena- tam, quam cum ingenti lætitia excerptam, ac emittentem miram odoris sua uitatem stupentibus omnibus, qui in monasterio erant, ostendit. Magno tenebatur desyderio proficiscendi Romam, ut principum apostolorum Pe tri, et Pauli, quos summa ueneratione ꝓsequebatur, sepulchra, et alia sacro- sancta urbis loca inuiseret. Quo postq̃ se contulit, et beatos apostolos ue- neratus est, alia quoq; sanctorum loca perlustrare cœpit. Cumq; ad ædẽ di- ui Sebastiani peruenisset (erat is forte celebris uigiliæ dies ascensus Redem- ptoris in cælum nostri) et essent ingressi peracta oratione contiguum illi sa cellum (Catecumbas uocant) ingredi uoluerunt, ubi quondam beatorum apostolorum, quos modo diximus, corpora quieuerũt, sed ita clausum erat ut nullus introire sine claui posset. Cumq; temptassent omnes, qui cum eo erãt, an aliquo pacto recludi posset, nec successisset, abire decreuerant. Iãq; ad primariam ædis diui Sebastiani Ianuam peruenerant, ut prorsus discede rent, cum beatus Iacobus conuersus ad Comites ait. Ne discedamus fratres, sed ad Catecumbas reuertamur. Spero enim fore, ut dominus noster uoti nos compotes faciat, et paulum moratus tãq̃ deum precatus secum ad clau sam ianuam cũ illis rediit. Cumq; manum ipse ad uectem posuisset, adinue nit eam tanq̃ claui reseratam. Stupuere omnes tantæ rei miraculo, et ingres si cum locum illum ad satietatem perlustrassent, inde abierunt. Cum autẽ comites haud satis mirari nõ possent, et intereũdum ex iis unus dignior, cui Alexãdro nomen erat, fauentinus illi dixisset, Meritis pater tuis rẽ hanc de us mirandam operatus est, silentium indixit, ac omnes impense rogauit, ne, quod acciderat, ullo pacto inuulgarent. Audierat eorundem apostolorum capita in loco asseruari, quæ sancta sanctorum dicuntur, quare ingenti tene batur desyderio ad eam aram celebrandi, sed audiuit, rem fore externo præ- sertim homini difficillimã. Non tamen ea re ab incepto deterritus, et mini- me dubitans fauorabile sibi numen futurum, in sententia perstitit. Quare cõstituto die, quo se uoti compotem fore credidit, in æde sui monasterii ce lebrare noluit. Cumq; ad sancta sanctorum accessisset, forte fuit illi, quem sacristam dicũt, obuius, qui blando eum sermone præueniens interrogauit nũ sacerdos esset, et an eo mane celebrasset. Vbi audiuit, et sacerdotem esse, et nondum celebrasse rogauit impense, ut ad cupitam aram celebraret, q; is,

Mirũ d̃ rosa mẽse nouembri nata.

Romã se contulit.

Mira res q̃ illi Romæ contigit.

Art.

Art.

ſacra Ro. ad arã ap. Petri et pauli celebrauit.

qui tale munus obire debuerat, forte impeditus celebrare nõ poſſet. Agnouit ſanctiſſimus uir dei benignitatem, atq; ibi cum ingenti lætitia rem diuinam peregit. Illud quoq; magna dignum admiratione quod referã. Acceſſerat ad eum Foroliuienſis quædam matrona, cui nomẽ Florẽtiæ ut ſua delicta confiteretur. Quod cum faceret, uidit continuo columbam albam

Columba in eius humero conſedit.

auem pulcherrimam eius dextrum humerum inſediſſe. Qua conſpecta ſtatim illum interrogauit, num eam ipſe uideret. Is autem nõ ignarus quid eſſet, et laudem humanam prorſus fugiens, ſilentium illi perſancte indixit Redemptorem noſtrum imitatus ex monte Taboreo deſcẽdentem, ut illa q̃diu ipſe uiueret, nemini rem aperiret, talia enim uolebat ſemper ad ſolũ deũ referri. Quare, ne uulgarentur, ac ſuis meritis adſcriberentur, (tantus inerat

Quãtope humanam laudẽ ſperneret.

illi humanæ laudis contemptus) diligentiſſime cauebat. Quod etiam ſequẽti facto maxime cõſtabit. Erat Foroliuii Pepus Zelonis (id uiro illi nomen fuit) pater puellæ, quæ .xv. annum agebat, quæ diro morbo (ſcroffulas uocant) ulceroſum, et inſanabile guttur babebat. Is quia nulla medicamina ꝓfuerant, quæ diu conquiſierat, et fruſtra fuerat expertus cupiebat, puellam ſecum in Galliam ad regem ducere (habent enim reges Gallorum diuinum hoc, et peculiare munus, ut ei morbo medeantur) ſed rei familiaris tenuitate deterrebatur. Cum igitur ingenti curarum æſtu fluctuaret illius animus, ac præter modum angeretur, uenit illi in mẽtem beatus Iacobus, cuius et ſanctitas iam nota erat omnibus, et conſuetudo illa præcipua conſolandi ſummo ſtudio afflictos, et præſenti ope ſubleuandi. Duxit igitur ad eum filiam pater, et calamitatem ſuam edocuit. Miſertus eſt amborum pius uir et diligenti oratione ſolatus, ut bono eſſent animo iuſſit, et cum ſigno ſalutiferæ

Mirabile editũ ab eo

crucis guttur puellæ tãgẽs ſpei plenos a ſe dimiſit. Nec eos fefellit opinio. Siquidem anteq̃ domum peruenirent, puella ſanata eſt, qui continuo cum ingenti lætitia ad beatum Iacobum reuerſi, quas tanta res poſcebat, gratias egerũt. Ille uero eos, ex cõſuetudine ſua hortatus, ne ſibi, ſed deo, a quo bona cuncta proueniunt, tantum beneficium adſcriberent, monuit, ut rem, q̃diu ipſe uiueret ſilentio tegerent. Addam alia q̃ plurima quæ tanti uiri gratiam, quia mirifice apud deum pollebat, teſtabuntur. In eadẽ ciuitate erat mulier quæpiam, quæ partus doloribus compluris iam dies laborauerat et cuius ſalus deficientibus remediis deſperabatur. Sed nutu dei factum eſt, ut beati Iacobi demum recordata ſit, et in magnam ſpem conſequendæ ſalutis erecta. Accitum igitur ad ſe uirũ ſuum rogauit, ut illũ adiret, et ab eo, quem amiciſſimum deo nouerant omnes, opem ſibi alquam imploraret. Abiit ille, ac impetrauit. Nam cum præcipue petiiſſet uxor, ut aliquid ad ſe afferret, quod ſancti uiri manibus tactũ fuiſſet, ſchedulã illius manu ſcriptã attulit, hortatus ab eo ꝓhumaniter, ut bene ſparet. Mulier aũt ingẽti iã ſpe

opis assequędæ cōceptas scehedulā ut aliquod diuinū munus in sinu reposuit, et(uide rem mirandā)onere partus adeo celeriter leuata est, ut priusq̄ uocata ad obsequiū puerperii uicina mulier, et quidem festinans ad eā ingrederet̃, geminū fœtū emitteret, uiuū alterū alterū extinctū enixa sit. Erat in eadē ciuitate unica matri, et quidē uiduæ filia annos nata duodecim, cuius dextri pedis talū asperrimū, et insanabile cancer inuaserat. Cumq; remedia medicorum omnia fuissent irrita, et infelix mater inconsolabiter suam calamitatē doleret; et iam post pedē usq; ad genu morbus ille teterrimus irrepsisset, et crus præter modum intumuisset, ita puellā afflixerat, ut p totos sex menses e lecto surgere non posset. Ingenti æstu doloris, et curarū mater afflictabat̃, cum cerneret fore, ut breui reliquas etiam corporis partes morbus inuaderet, nisi(uti consulebant medici)corruptum crus amputaret̃. Humana igitur ope destituta ad diuinam confugit, Recordata enim q̄ in urbe esset spectatæ uir sanctitatis, hortata est filiam, ut secum delicta sua illi confiteretur, et eius opem imploraret. Ad se igitur beatum Iacobum accersierūt, et ut erat omnibus benignus, ac expositus, cōtinuo uenit. Verū confessione peracta cū is discessurus esset, puællæ mater eius prouoluta pedibus pro filia rogare cœpit, ut deum precaret̃, ac filiæ opem afferret, affirmans, se minime dubitare, quin esset ab eo omnia impetraturus. Cumq; ille promitteret, id se postmodū facturū, petiit mulier id faceret, priusq̄ inde abscederet, et apprehensa illius ueste non sinebat abire, dicebatq; se scire, posse illum filiā sanare. Cui mox ille. Non est nostræ facultatis filia, sed dei propriū munus, quod petis. Ego tamen tibi precibus apud illū non deero. Cum aūt mulier adhuc illū nō dimitteret, fidē admiratus, et uehemētius cōmiseratiōe motus flexis ibi genibus orare cœpit, ac postmodū pedem puellæ adhibito crucis signo tangens dixit. Cōfidite filiæ, Cito uos dominus cōsolabitur. Et his dictis abiit. O rem omni admiratione dignā. Nōdū ille ad monasterium peruenerat, quod propinquo admodū loco erat, et iam puella ita sanata erat, ut ne uestigiū quidem fœdissimi morbi appareret. Iterum accersierunt hominē, et cum incredibili lætitia, quod actū erat, enarrarunt. Ille uero totum deo referens acceptū silentium ex more illis indixit, necui rem se uiuo aperirent. Erat Foroliuii in monasterio diui Dominici uirginū, quæ se ac suā uirginitatē consecrare deo cōsueuerunt, Virgo quædam, cui nomen Hormandiæ. Hæc diu articulari uexata morbo sic fuerat, ut se loco mouere nō posset, et magno negocio, et oneri cæteris esset uirginibus. Huic ita per sex hebdomadas laboranti uenit in mentē beatus Iacobus, quē illa quidem esse iam sanctitate insignē minime ignorabat. Et aberat ille tunc quidē, attamē plena fiduciæ speiq; absentis opē tanq̄ adesset, ac præsentē alloqueretur, implorauit. Nec precibus abfuit deus. Nam continuo facta uoti compos ita

Adiuta in partu diuinitus ab eo mulier.

Sanata Puella teterrimi Canceris morbo.

Att. Miraculū.

Aliud mirabile i uirginem deo dicatam. stupētibus omnibus cōualuit, ut restitutis uiribus, quocūq; uellet, iā graderetur. Nō minus admiratione dignū, qđ sequit. Fuit in eadē ciuitate mulier quædā (Thomasinæ fuit illi nomen) quæ perniciosum tumorē supra nasum cū ingēti molestia per annos duos, atq; prurit u passa fuerat, cū tumor ille per uices euanesceret, ac reuerteret. Nec medici, cū iam omnia tentassent opē afferre posse uidebant. Spe igit humani auxilii destituta ingēti cura torquebat. Verū, cū ad beatū Iacobū accessisset ut de more peccata cōfiteret, et is forte in terrā (ut natura fert) expuisset, furtim illa eiusmodi saliua digitum madefecit, et morbi locū deliniuit. Mira dictu, sed uera referā, cū inde discederet, iā morbus abierat.

Aliud mirabile. Erat i eadē urbe mulier quædā (Clarā dicebāt) hæc filiū amiserat, cuius obitū adeo impatiēter dolebat, ut nullius cōsiliū admitteret, nulli cōsolāti aureis adhiberet, adeoq; in dolore, ac æstu animi pertinax erat, ut abiecta omni rei familiaris cura, filiū quoq; q unicus illi supererat, sic odisse uideret, ut aspicere nō posset. Timebāt iā multi, ne furore corriperet.

Aliud mirabile narratur. Cura igit propinquorū ad ecclesiā prædicatorū pducta est, Diu. n. ad ecclesias quasi deo irata nō ierat. Postq̄ igit diuina officia celebrata fuerūt beatus Iacobus ad eā rogatus uenit, et cū multa charitate stultitiā illius, ac pertinaciā accusāns, quāto studio poterat, illā solari conabat, ac inter cætera suadebat, ut ecclesiā frequētaret, unde remediū tātæ ægritudini petēdū esset. At cū illa negaret se id facere posse, hís illā uerbis a se dimisit, Vade filia, et bono animo esto, Polliceor enim me deum pro te rogaturū. Quare abiens adeo repēte nō solū quidē leuata est, sed etiā liberata, ut ne uestigiū quidē ægritudinis in ea remanserit.

Aliud mirabile. Erat in eadē ciuitate mulier alia, cuius amore nimio correptus iuuenis quidā insaniebat, eratq; illi prætermodū infestus, nec siuebat quiescere. Pudica mulier sæpius illū rogauerat, ne se amplius frustra oppugnaret nihil profecturū affirmans. At perditus ille ab incepto nō desistebat. Mulier ipa, et famæ timēs, et ne forte maritus rē persentisceret, et ulcisci uolēs iniuriā in aliquod discrimē incideret, cogitabat secum, quidnā ageret. Et quia sperantes in se deus nunq̄ deserit, uenit illi in mentem adire beatū Iacobū, ac illius opem implorare. Pro qua ubi deū rogauit, non solum iuuenis ille desiit ei molestus esse, sed ne per uicū quidem in quo illa inhabitabat postea iter unq̄ habuit.

Att. Creuerat in tantū sancti uiri fama, et ueneratio, ac opinio sanctitatis, ut Foroliuiēsis populus certatim ad exosculandas manus ipsius conflueret, postq̄ eucharistiæ sacrū celebrauerat.

Mirabile Aliud. Erat in cœtu mulier, quæ treis iam menses grauē capitis dolorem patiebatur, hæc ubi manū exosculata est, ex diuturno morbo repente cōualuit. Simili molestia mulier alia, quæ Beatrix appellabat, et crebro, et diu uexata fuerat. Venit hæc ad beatū Iacobū, ut illi delicta cōfiteret, Qui ubi manū de more capiti absoluturus criminū uinculis imposuisset, nō aiam solū, sed et caput illi sanauit

Aliud.

Verū,cū post certū tēpus rediret dolor redibat et illa salutarē experta medi/cū. Quod cū aliquoties fecisset,tādē dolor ille prorsus euanuit. Habitabat iuxta monasteriū medicus. Is equū habebat ferocē nimis,ac pene idomitū. Cōsueuerat illū in herbidū Cœnobii uestibulū(claustrū fratres uocāt)tanq̄ in pratum,et pascua dimittere. Eo puer accessit annos natus circiter.xiiii.et equum inscendit. Capistro aūt,quo equi collū innectebat,nescio quo pacto pedē puer inseruit. Territus ea re equus furere cœpit. Excussus infelix puer,et pedem laqueo astrictus huc illuc raptabat. Cumq; ob id equus magis,ac magis terreret,et fureret,clamore pueri,et strepitu ingēti exciti cœnobitæ accurrūt,diro spectaculo,et tāto pueri casu exanimati,opē uolūt afferre,Sed multomagis ferocissimus equus sæuiebat. Cū manifestū omnes interitū pueri cernerēt,nec alia ratione auxiliū afferre posse uiderentur,accurrit ex fratribus unus,et arrepta pertica crebris ictibus ita equi caput percussit,ut tandē exanimis ille concideret. Puer aūt sic diu pertractus,et totus calcibus equi cōtusus tanq̄ exanimis et ipse e terra sublatus est. Tū duplici cura torquebant fratres de pueri salute anxii,et equi morte. Cum remedia cōquirerent,quibus semineci puero subuenirent,accurrit ad beatū Iacobum unus,et quæ acciderant nunciat. Indoluit pater ille optimus,et pueri uicē,et suorū cōsternationē,attamē solatus eos,et ut bono essent aīo simul hortatus in ecclesiā sese cōtulit. Ibiq; breuē orationē habuit. Rem afferrā omni admiratiōe dignā,et memorabilē. Cōtinuo stupētibus oībus reuixit equus Sic quidē,ut nulla apparerēt uerberum uestigia,et puer qui tanq̄ exanimis diu quidē iacuerat,incolumis,ac lætus,tanq̄ nihil esset passus incōmodi domū reuersus est. Accedebāt ad beatū Iacobū libēter egeni,q̄ eos ille magna charitate,ac hilaritate excipiebat,et diligētissime consolabat. Erat inter eos quidā Hieronymus,qui præteq̄,q̄ cæcus erat,articulari morbo grauiter laborabat,et ingenti cruciatu torquebat. Hic tamē,quoties cum sancto uiro erat,et colloquebat (nā factus erat illi admodū familiaris) nullū dolorē sentiebat,cū abscederet,dolor redibat,ac ut ante sæuiebat,ob id libēter ille ad eū ueniebat,q tamē postea uita functo beato Iacobo ad eius sepulchrū prorsus eo morbo liberatus ē. Erat i eadē ciuitate alius,qui diuturno oculi morbo cruciabat. Hic quoq;,quoties cū beato Iacobo loquebat,sic qdē,tanq̄ factis cū morbo induciis qescebat ut nullū prorsus dolorē sentiret,atq; idcirco frequenter illū adibat. Mirabile aliud his admodū simile adiiciā. Erat in eadem ciuitate matrona grauis,et cordata,cui Drudæ nomē fuit. Huic ægritudo grauis auditū hebetauerat,neq; pōterat nisi clamātes audire ānū huiusmodi passa molestiā. Hoc tamē spatio fœmina prudēs,ac deū metuēs crebro ad beatū Iacobū accedebat,cui delicta cōfitebat. Quoties igitur cū eo erat,sic auditum habebat integrū,itaq; incolumem,ut recte submissius

Aliud. Mirabile aliud. Aliud mirabile. Aliud.

Arcana cordis ẽt nouit

etiam loquentem audiret. Cum uero inde abibat, surditas illa remeabat. Mulier igitur beatum Iacobum aliquando rogauit, ut suis apud deum precibus eam a se molestiã depelleret. Cõtra ipse blãde eã cõsolabat, ac illud de euãgelio dicere solebat, Patientiã habe in me, quasi prænũciãs, quod futurũ erat. Siqdẽ postmodũ ad eius sepulchrũ omnis illa hebetudo discussa est. Tanta erat illi cũ deo familiaritas, ut etiã cordis arcana quandoq; nõ ignoraret, sicut exemplo, quod afferã patebit. Erat in eadẽ urbe in monasterio seruorũ beatæ uirginis qdã iuuenis, cui Frãcisco nomẽ fuit, qui fraude antiqui hostis monasticã uitã pertæsus inde cogitabat abire. Verũ, neqd impedimẽto foret, opportunũ tempus expectabat. Diuinitus igitur beatus Iacobus eius cõsiliũ cognouit, atq; ut id impediret, ad eũ accessit. Vbi uero ille uocari se a beato uiro audiuit, plenus admirationis, quid causæ esset, ad eum uenit. Seduxit illũ cõtinuo, ac remotis arbitris in hũc ferme modũ allocutus ẽ.

Oratio illius ad quẽdam fratrẽ ad priorẽ uitã redire cogitantẽ.

Nõ ignoro fili, quid mentes agite, et hac de causa huc me cõtuli ut tibi ostẽderẽ, q̃ male tibi cõsulas, qui monasticã uitã cõtra ꝓfessiõis tuæ uotũ abiicere decreueris. Nõne intelligis, has esse ueteris hostis insidias, qui (ut Petrus inquit apostolus) semper circuit quærens, quẽ deuoret? Resipisce ergo, et quãtã rẽ aggrediare cogita, et dũ tibi integrũ ẽ, pedẽ refer, atq; i pristino ꝓposito cõstãter persta. Cũ aũt iuuenis ille tanq̃ mirabũdus, cur hæc diceret, cõsiliũ suũ tegeret, ac negaret, qđ sibi uidebat obiici, B. Iacobꝰ inqt. Malũ fili malo adiicis, qui uera negas. An ignoras, scrutatorem cordiũ esse deũ? Ne igit̃ erres, iussu illius huc uenio, cuius tu clemẽtiã hac in re maxime intelligẽs, quas debes illi gratias age, atq; i melius ꝑniciosum cõsiliũ demuta. Motus ille tãti uiri oratione demũ fassus ẽ ingenue, qđ pauloante negarat, et cõsiliũ secutus, qđ diuinitus afferebat̃, in monasterio permãsit. Rem frater ille beneficii memor tanti, multis quidem post sancti uiri obitũ enarrauit. Hæc oĩa cotidie magis uenerabilẽ eũ faciebãt. Augebat hoĩs reuerẽtiã et admirationẽ uirtutum ingẽs numerus, claritas, et magnitudo cũ uitæ formula, et æquabilitate quadã singulari, ut nihil in eo nec ultra, q̃ oporteret, nec citra conspiceret̃. Dicta illius, ac facta oĩa ita cõposita erant, ut mirifice

Admirabile illius in cũctis rebꝰ tẽperamẽtum

cũctos ad se amãdũ et colẽdũ alliceret. Sed inter cæteras uirtutes mansuetudo erat illi admirabilis, ut nihil superbe, nihil arrogãter diceret unq̃, faceret ue. Iratũ uero, aut indigne, impatiẽter ue aliqd ferẽtẽ, nemo uidit. Cum oĩbus ita uersabat̃, ut nihil eius cõsuetudine suauius, nihil amœnius eẽ posset. Mitis in oẽs, et affabilis. Nulli durus, aut cõtumax erat charitate in cunctos eximia. Sũma inter hæc effulgebat in eo simplicitas, ut qcquid diceret, faceret ue mirifice aĩo responderet. Nec ipse de quoq̃ temere unq̃ iudicauit nec ipse cuiq̃ male de se iudicãdi causam ꝓbuit. In oĩbꝰ supra q̃ dici possit, atq; in oẽs cautus, et prudens. Quã uero apertũ, et facilẽ oĩbus ad se ꝓberet

aditũ, ea, quæ iã diximus, satis (ut puto) indicãt, quãdo etiã egeni, et miserri/mi quicq; eo familiariter utebant. In monasterio aũt sũma erat illi cura, et diligẽtia gratificandi oĩbus, cauẽdiq; maxime, ne grauis cuiq̃ uideri posset. Pacis, atq; cõcordiæ diligentissimus cultor, et custos, suis oĩbus pfectis mire obrẽperãs. Seniores quoq;, quãta pstari poterat, reuerẽtia prosequebatur. Aegrotãtes studiose uisebat. Mœrẽtes, et calamitosos summa diligẽtia cõ/solabat, ac subleuabat. Iuniores, ac minus expertos præceptis salubribus, cõ/siliis, et exemplis instituebat, et ad rectã uiuẽdi normam accendebat. Dicta sua, et facta omnia, ut prodessent maxime curabat. Aduenas quosq; ad se uenientes, q̃ læto, q̃ hilari uultu, et quãto animi affectu exciperet, dici non posset. Munera, quæ sibi mittebant plurima, uel iis, qui erant in monaste/rio, uel aliis egenis condonabat. Nec secũdæ res illũ, nec aduersæ frangebãt. Idem semper inerat animus, eadem oris species. Iussa patrũ, et instituta nõ tam læto animo amplectebat, q̃ summo studio seruabat, in qua quidẽ ob/seruantia speculũ erat omnibus, et exemplar uiuẽdi. Præterea silentii præci/puus custos. Loquẽtẽ nemo uidit, nisi cum fuit opus, aut prodesse potuit. Sciebat, quãto esset in precio, quãta se tota ciuitas honore, ac reuerẽtia pse/queretur, hæc tamẽ ita nihilifaciebat, ut cõstaret oĩbus, summũ esse illũ hu/manæ laudis, et gloriæ cõremptorẽ. Nec miranda hæc in eo, cuius tota mẽs cœlestibus tantũ, et solidis ac perpetuis bonis inhiabat. Adeo aũt (quæ præ/cipua sapienti cura est) mortis erat memor, cp putasses cotidie moriturum. His de causis uitã oĩs expertẽ labis duxit, et nulla in parte pollutã, ac repre/hensibilem, quã quidem munditia corporis summa, ac summũ seruatæ uir/ginitatis ornamentũ decorabãt. Quo quidẽ singulari, et concesso raris do/no in tot uirtutibus præditũ fuisse illum duo uenerabiles fratres uita, et re/ligione probatissimi testes, ac fidelissimi, quibus ille cõfiteri solebat, affirma runt asserẽtes se ex generali eius confessione sæpius audita id sibi cõstitisse. Neq; id solũ, sed etiã illud addebãt mortalẽ in eo culpã se nunq̃ depreben/disse. Idẽ affirmauit etiam frater ille, qui tertio die, q̃ a uita discederet ge/neraliter confitentem audiuit. Verũ ut reliqua prosequar. Voluit eius pa/tientiã circa uitæ finem deus omnipotens experiri. Laborauit ergo annorũ fere quattuor spatio teterrimo canceris morbo, atq; id ĩ pectore. Verũ adeo patiẽter et dolorẽ illũ, et ingẽtẽ molestiã tolerabat, ut pene integer ãnus ela/beret, priusq̃ id quisq̃ sciret. Et occultasset qdẽ diutius, nisi indicio tunicæ pditus fuisset, In q̃ dũ lauat, cruor deprehẽsus ẽ. Exinde cõpulsus fuit, diri locũ morbi ostẽdere. Cũq; remedia (ut res poscebat) adhiberent, ac nihil p/ficerẽt, adeo quidẽ nõ iniquo id aĩo tulit, ut potius lætari uideretur, quanq̃ aliis ipse in cõsimili morbo diuinitus opẽ iã tulerat. Et quia diligẽtib9 deũ oĩa coopant ĩ bonũ, et uirtus ĩ ĩfirmitate pficit, cũ apostolo dicere solebat.

Att. B. Iacobi mores

Quod uir go extite rit..

Nullã ĩ eo mortalem culpã fuis se unq̃.

Graui can ceris mor/ bo labora/ uit.

Libenter ergo in firmitatibus meis gloriabor, ut inhabitet in me uirtus christi. Plaga autē ita iā creuerat, ut gallinæ ouū immitti posset, eratq; horribilis, atq; fœdissima, cū tamē curaretur, nec uultū qdē, nec uocē mutauit unq̄ tantaq; in grauissimo cruciatu illi patiētia erat, et doloris tolerātia, ut nihil ob id de cōsuetudine sua orandi, et cætera faciendi omitteret, immo promptior, ac hilarior factus uideret. Cūq; tā tetro morbo, et tādiu uexaretur ex eius tamē corpore, ac uestimētis, suauissimus odor exibat, quod affirmabāt, quicūq; ad eius osculū manus accedebāt. Erat illi iam ꝓpter ætatē decrepitam, et morbi grauitatē cōfectum corpus, ac semimortuo persimile, solaq; Christi in eo uiuebat affectio, ut iure posset cū apostolo dicere. Viuo iā nō ego. Viuit uero ĩ me Christus. Feruorē enim illū diuinæ charitatis, quē iuuenis conceperat, usq; ad extremū uitæ aduētū cotidie magis retinuit. Nec longitudo temporis, nec aduersæ ualitudinis incōmoda cōminuere. Nulla eū tædia, nullus unq̄ torpor infregit. Sed illud in effœto corpore mirandū erat, ꝙ cū per gradus scalarū difficillime scanderet, et uix posset pedes attollere, attamē, cū uel celebrādi gratia, uel orādi ad altare accederet, tanq̄ firmis esset uiribus per gradus ferebat̄. Quo tēpore canceris morbo laborabat matrona quædam Foroliuiensis, quæ magna illū ueneratione prosequebatur, et charitate cibum illi quodā die parabat in prādiū ex mixtura herbarum, et farinæ concinnatū (frictellas uulgo appellāt). Verū cum forte matrona familiaribus tricis, ut accidere solet, tūc esset occupatissima, eius cibi parandi operā a uicina paupere petiit, et oleum in uasculo, quātum putabat posse sufficere, tradidit. Vicina ipsa, cū totum oleū, quod acceperat, patellæ infudisset, nō sufficiebat, et angebatur. Pudebat enim illā a matrona poscere, nec habebat ipsa, quod adderet. Dubitabunda quid ageret, uidet repēte sic oleum excreuisse, ut id patella uix caperet. Stupēs rei miraculo diuinitus factum id esse intelligit. Eximit, quod superfluū uidet. Ita confecto cibo plus olei de patella recepit, q̄ infuderat. Quod factū cum postmodum illa beato Iacobo narrasset, sic ei respondit. Age deo gratias filia, et oleū, quod tibi dominus Iesus xp̄s misit, diligēter, et reuerēter serua. Idē quoq; duabꝫ aliis matronis, et sæpius quidē, cū cibos illi pararēt cōtigisse accepimus. Quadā die sacrū eucharistiæ celebrabat ultimus (Licet enim senio foret cōfectus, et uix gradi posset, id tamē cotidie obibat) Tunc uenit ad eū uicina monasterio mulier, cui Helenæ fuit nomē, quæ tumorē gutturis cū ingēti molestia, et cruciatu annū passa fuerat, ea quidē spe ac fide, ut minime dubitaret, se curatū iri, si manu illius tangeret̄ guttur. Quare beatū Iacobū adiens, quid uenerit, explicat. Benigne (ut mos illi semꝑ erat) facturū se respōdit, qđ petebat, uerū tātisper ꝑstolaret̄, dū celebraret. Quod facto acciuit ad se mulierē. Locū morbi adhibito signo salutiferæ crucis tetigit, plenā spei a se dimisit. Vix illa quidē ecclesiam erat egressa, cū repēte sensit, una cū dolore tumo-

Quāta in eo patiētia

Aliud mirabile.

Aliud mirabile.

rem illũ oẽm euanuiſſe. Erat illi ſũmus laudis humanæ cõteptus, quã quidem tametſi diligẽti admodum ſtudio, et cura uitabat, non ſinebat tamen omnipotẽs deus tanq̃ ſub modio lucernã latere. Quare et eximias eius dotes cotidie magis fama uulgabat, et laudes urgebãt innumere. Quædã etiã impellẽte deo ipſemet patefecit arcana quibuſdã ex omnibus maxime familiaribus, indicto tamẽ ſilentio, ne illa, niſi poſt obitũ ſuũ cuiq̃ aperirẽt, qualia fuere, quæ nunc referã, in quibus de ſe præcipue uaticinatus eſt. Forte is, qui ſacrarũ ueſtiũ, uaſorũq; diuino cultui dicatorum, et ſimiliũ curam gerit (ſacriſtam dicũt) nõ ceſſabat illũ obtundere, ut a matronis, quæ ſibi magis familiares eſſent, auxilium ad ornamenta cuiuſdã altaris neceſſaria poſceret. Sed uir ſanctus, utpote qui in tot uirtutibus maxime ſingulari modeſtia præditus eſſet, non libenter talia mẽdicabat. Dum ſic igiť rogatus recẽter fuiſſet, ingreſſus eccleſiã obuiũ habuit quendã probum uirum ſibi admodum familiarem, et cum quo alia multa cõmunicare, et arcana pandere ſolebat, ꝙ eius probitatem, ac integritatẽ nouerat. Huic igitur narrauit, quid a ſe pauloante ſacriſta petiſſet, et adiecit, nõ oportere, quia mox quidem ex obitu cuiuſdã monaſteriũ ſuũ multis, et magnis bonis a deo ditareť et emiſſo magno quaſi ſuſpirio ſubdidit. O bone deus, quãta breui ad hãc ædem populi multitudo cõfluet. Cum autẽ is, qui audiebat, mirareť, ac diceret, Eris ne tu forte pater optime, quem dicis, propediem e uita migraturũ? Reſpondit. Nouit deus, qui ſit ille, de quo loquor. Tu aũt fili tace, nec plura require. Verum hæc ipſe de ſuo mox futuro obitu uaticinabatur. Is qui audierat, hæc poſtea narrare ſolebat. Addidit etiam ſe per eos dies ſomniũ, quod narrabo, uidiſſe. Putabat nocte quadam uidere ſe beatũ Iacobũ uita functum, ac ſuper altari poſitum, turbam uero pene innumerabilem certatim ad contingendũ eius cadauer confluentem. Quod quidem ſomnium ipſe mox beato Iacobo narrauit, cui ſilentium ille indixit, ac obteſtatus eſt, ne cui, niſi poſt obitum ſuum id panderet. Verum, cum is diceret, quid ſi ego præmoriar, reſpõdit. Eſto ſecurus, eris.n. tu mihi ſupſtes. Quæ qdem poſt dies nõ multos uera exitu cõprobata ſunt. Aderat iã extremũ tempus in quo laborum ſuorũ, et uitæ beneactæ mercedem a deo reciperet. Eratq; non tam ſenio quidem q̃ diuturna ægritudine confectum corpus, atq; ita deſtitutum uiribus, ut quattuor illis diebus, qui uitæ ultimi fuere, per ſe nõ poſſet e lectulo ſurgere. Nam ante illos non ceſſauerat (uti iam diximus) cotidie ſacrum altaris celebrare. Dum autem per illos dies febrium ardoribus æſtuaret, miranda res contigit. Nam is, qui ei miniſtrabat, ſupra caput iacentis aquæ ampullam, quam in promptu ad leuandam ſitim haberet, locauerat. Volens autem beatus Iacobus urgente ſiti per noctem illam ſumere, tremente manu, dum illam quærit, ex alto in terram deiecit.

Futura q̃dã ꝑdixit.

Mirũ ſomniũ quod uero exitu cõprobatum eſt.

Vltima eius ægritudo.

Aliud mirabile.

Accedēs nō multopoſt miniſter uas illud uitreū cernit cum ſtupore deie/ctum, et integrum, et os habens terræ obuerſum, ne gutta quidē aquæ effu/ſa, et ut magis mirum eſſet, æſtas erat. Venerat dies extremus, quo tandem abiecta carnis ſarcina Chriſtum ſequeretur. Diem illum totū, donec feli/cem efflaret animam in diuinis tranſegit laudibus, ne quicq̄ de ſua cōſuetu dine omiſit, et ſanctorum quorūdam, quo ipſe (ut diximus) peculiari cultu

Att. proſequebatur, officia nō præteriit. Frequentabat̄ aūt tum maxime a cœno bitis omnibus eius cubiculum, cumq; creberrime interrogaretur, qualiter ſe haberet, recte ſemper reſpondebat. Verum, ut deo melius, et quietius ua/care poſſet, ſtatim ingreſſos rogabat, ut abirent. Ex eius autē uerbis conie/cturam fecere omnes, fuiſſe illi horam ſui diſceſſus a deo præmonſtratam. Quare diligenter ab omnibus quærebat, quota diei hora eſſet, et an adhuc ueſpertini officii tempus aduenifſet. Et iā hora uenerat, et cœnobitæ iam,

Obitus eius deſcribitur. quod diximus, officium celebrarant. Conueniunt ad eū frequentes. Vnus ex iis monet aduenifſe horam, quam crebro petierat, et percunctatur, num uelit ibi ueſpertinū officiū corā ſe celebrari, q̄ ipſe præ nimia debilitate for te non poſſet. Reſpondit ipſe non oportere, q̄ id iam ipſe celebraſſet. Et ex ea hora inualeſcente iam ægritudine cœpit uitali calore, et omni corporea ui prorſus deſtitui. Tum conuenie͂tibus ad ſignū fratribus omnibus unus illi crucem obtulit, et ratus illum forte aliquo metu præſentis mortis ꝑtur/bari, Confide ait Pater, et ſpem tuam in adiutorio crucifixi repone, qui te non deſeret. Reſpondit ille ſublatis in cœlū oculis, et uultu hilari. Nequaq̄ fili timeo. Non timeo fili. A me timor omnis abeſt. Cumq; circūſtātes ani mæ cōmendationem ſecūdū chriſtianum ritum proſequerentur, ipſe cele/brantes eam adiuuabat. Dumq; cum ipſis letania pronūciaret, exhilaratus mirifice felicem deo ſpiritū reddidit. Statimq; plaga illa canceris teterrima,

Mirabile, q̄d ſtatim ei mortuo contigit. quæ (uti diximus) erat in pectore lata quidem, et patens (mirabile dictu) ita coiuit, atq; cōſtricta eſt, ut uix exiguæ cicatricis ueſtigium appareret. Obiit aūt uir ſanctiſſimus, et in omni parte uitæ admirabilis āno ab aduētu chri/ſti. Mcccxiii. pridie calendas Iunii die Veneris in feſto diuæ Petronillæ uir ginis, ætatis uero ſuæ anno tertio et octogeſimo completo, cum iam annos

Quantus ad eum populi cōcurſus. ſex et ſexaginta in monaſterio uixiſſet. Vbi aūt uulgari cœpit illum e uita migraſſe, non dici poſſet, quātus repente ex tota ciuitate, atq; ſuburbiis fue rit ad eius cadauer populi concurſus, et ſe felicem arbitrabat̄, quicūq; illius non modo uenerabile corpus, ſed et ueſtimenta poſſet contingere. Nemo enim erat, cui certa fides nō eſſet, illum migraſſe in cœlū. Clauſis. n. tabernis et omiſſis rebus cæteris, cūcti certatim ad eū confluebant. Cū aūt initio fra/tres ipſi nō auderēt quicq̄ ꝑter cōſuetudinē in ſepeliēdo illo facere, eſſentq; in cōi loco humiliter ex more tumulaturi, a populo ſūt uetiti, qui ex nimio

affectu in illũ, ac reuerẽtia irruentes eius pheretrũ uiolẽter arripuerũt, et ecclesiæ intulerũt, ac sup altari collocarũt. Tum uero certatim ad eius contactum accurrere, et quicunq; poterat, particulam indumenti aliquam auferebat, adeo quidem, ut oportuerit, ter illum induere, fueritq; necessarium propter confluentem multitudinem sacrum corpus ad diuersa urbis loca transferre, neq; ob id potuerit ante diem tertium sepeliri. Tãta uero ex eius cadauere insoliti odoris, ac inauditi fragrantia exibat, quantã uerbis assequi nemo posset. Commemorabo nunc ea, quæ post illius obitum admiratione ac memoria digna contigere, quibus, tametsi, quæ iam narrata sunt, receptam in animis hominum sanctitatis illius opinionem abunde confirmare potuerit, adhuc tamen crescat magis apud omnes illius commẽdatio, et reuerentia. Maior præterea uidetur eorum habẽda ratio, quæ uitã sequuntur q̃ quæ præcesserunt, Habẽt.n. maiorẽ proculdubio sanctitatis euidentiam quia per se ipsa stãt, et solis uirtutũ, et bene actæ uitæ adminiculis fulciunt. Nec leuitati credentiũ, aut ullis fraudibus, atq; præstigiis adscribi queunt. Certissima quidem illa sunt, atq; uerissima, quæ iam rettulimus, et tanto testium numero confirmata, ut alia quidem assertione nequaq̃ indigeant, et minime dubitare conueniat, attamen, quæ deinceps cõmemorabimus, uel iisdem illis admirationem maiorẽ, et lucẽ afferent, uel cõmendabilẽ magis, ac uenerabilem tanti uiri sanctitatem efficient. Ea enim, quæ uiris excellẽtibus admirabilia contigerũt, numero crescũt, et illustriora fiunt, tanq̃ si quis in thesaurũ multa adhuc preciosa coniiciat. Igitur mirabile illud primum sese offert. Quædã ualdoplesis ex agro foroliuiensi mulier, cui nomen fuit Agnes, quæ tamẽ in urbe ipsa domiciliũ habebat, cũ forte caderet, brachiũ terræ obiecerat, in quod mole corporis ita collapsa est, ut os circa manus iũcturam plurifariã cõfringeret, quo quidẽ casu per multos menses cruciata nulla poterat medicorũ ope sanari. Venit igit ad beatũ Iacobũ illa sæpius pauloante q̃ a uita descederet, et precata est, ut sibi opem ferret. Consolatus est ille ægrã pollicitus fore, ut breui ea molestia liberaret. Interim tantisp æquo ferret animo casum suũ, dum tempus a deo statutũ ueniret, quod nõ longe aberat. Cum autem non multo post audisset uita functum, per confertam multitudinem uenit ad eum in funebri lecto super altari iacentem, et commemoratis, quæ ille breui futura prædixerat, promissa reposcebat. Quibus dictis brachio suo brachium illius, et manum tetigit (mirabilis deus in sanctis suis) et repente sanata est. Iacobus quidam Regiensis grauitate ualitudinis erat oculis captus accessit et ipse ad eius uenerabile corpus, et apprehensam illius manum oculis suis admouit, et cum ingenti omnium stupore uisum, quem prorsus amiserat, continuo recuperauit. Foroliuiẽsis mulier, cui Beneuenutæ nomẽ fuit, tumorẽ brachii passa diu fuerat,

Quãta ueneratio illi exibita.

Sepeliri ante diem tertiũ nõ potuit, ob nimiũ populi cõcursũ.

Att.

Cõmemorant mirabilia, quæ post illius obitũ contigere.

Aliud mirabile.

accessit et ipsa, et manū illius aperiens (Nam erant membra illius omnia ita sine rigore, ac tractabilia, ut solent uiuentiū esse) brachium tumens illi inseruit. At ille cernētibus omnibus brachium mulieris ita strinxit, ut aliquandiu auelli nequerit. Tādē cū extractū fuisset, apparuit in eo uestigiū pollicis manus beati Iacobi, atq; ita inhæsit, ut postea deleri nō potuerit. Nec tamen sanata est mulier, quoniam (uti credibile est) illi nō expediebat. Sunt enim plerunq; nobis bona, quæ putantur mala, et mala sunt, quæ bona creduntur. Sunt. n. inscrutabilia dei iudicia, nec imbecillitati mortaliū peruia.

Att.

Nicolaus quidā Forocorneliēsis articulari morbo diu, et grauiter laborauerat, amplexatus est sancti uiri corpus, et statim conualuit. Magis mirabile, quod referā. Gibbum ingentē per annos. xvi. Picinus quidam gestauerat passus simul sinistræ auris surditatē. Venit ille quoq; ad sacrum cadauer, et breui oratione habita et gibbum repente deposuit, et surditatem, atq; ut tātæ rei miraculū alio insuper miraculo magis clarescceret, Campanæ monasterii, dum id fieret per se diuinitus ingentem tinnitum quasi plausum edidere. Die demū tertio uenerabile corpus cū ingenti honore sepulturæ mādatum est ante altare beatæ uirginis extructo ad tempus lateritio sepulchro quod tamen marmore tegendū esset. Sed dum marmor ipsum paratur, crate lignea ita contectum per treis alios dies mansit, ut a populo cerni, et tangi adhuc posset. Quo spatio cōfluēte etiam ex finitimis urbibus innumerabili multitudine plurimi quoq; alii morbis, quibus detinebantur, liberati fuere. Interim a ciuibus Foroliuiensibus diligentissime custoditū est. Iam erat sepulchro marmor impositum, sed nōdum calce (ut mos est) obturatæ rimæ, atq; foramina. Tunc igitur mulier, cui Blanchæ nomen erat cum lethali gutturis morbo (desperabāt. n. iam de illius salute medici) morti uicina putaretur, a propinquis, et necessariis eo deducta est, cūq; paruū quoddam foramen conspicata esset, filiæ paruæ, quæ simul erat, Zonā per foramen illud ad beati Iacobi corpus immisit, ut sic tacto illo postmodū eo cingulo guttur suum tangeret. Sed, ubi cingulum demisit in tumulum, sensit, tanq̄ manu uiui hominis apprehensum trahi. Cūq; non illa solummodo, sed alii quoq; id retrahere, uellent, sentiebant tenaciter, ac uiolenter id detineri. Stupebant omnes tanto rei miraculo, et mulieri suadebāt, ut illud dimitteret. At illa, nō mihi inquit ita facere expedit, neq; hoc cingulo beatus Iacobus indiget, sed ego illius auxilio. Sicq; uiolētius denuo id trahēs recepit, statimq; guttur eo cingens anteq̄ domum perueniret, cum ingenti omnium stupore sanata est. Angebant Foroliuienses ciues, q̄ sanctum cadauer sericis uelaminibus non inuoluissent. Vt igitur, quod erat omissum, facerent, nono mense post aperuerūt sepulchrum, de quo inenarrabilis suauitas odoris exhalauit. Puluis quoq; præter modum odorifer ibidē inuentus

Aliud.

Aliud stupendum.

Die tertio tandē sepelitur.

Mirabilia quæ iā sepulto illo cōtigerūt.

Nono mēse eius sepulchrum aperuere.

et reuerenter

et reuerēter collectus multos sanauit ægrotos. Non desunt etiā in sanctos q̄ sint linguaces, et illorū laudibus detrahere audeant, adeo peruersa, et corru/pta sunt quorūdā ingenia, ut cū diu benefacta hominū latratu, et morda/citate tanq̄ rabie canina perciti insectati fuerint, non cōtenti adhuc linguæ spicula in deū conuertāt, sed suæ temeritatis, et audaciæ graues demū pœnas luunt. Est enim deus acer læsi numinis uindex, qui quāq̄ patiens nimium plerūq; uidetur, et indormire etiā flagitiis hominum putatur, obliuioni ta/men sontes, et impios non tradit, qui quo magis distulerit, eo grauiores esse pœnas iubet. Ex hoc igitur infando, et execrabili hominū genere inuentus est iuuenis, cui Mazolo fuit nomen, qui non solum eos irridebat, qui nar/rabant ea, quæ ad beati Iacobi sepulchrū mirabilia contigerant, et non cre/debat, sed etiā miraculis ipsis impie detrahebat, et sua loquacitate aliorum fidē labefactare conabat. Sed nō tulit impune, Extemplo enim irati numi/nis in se uim sensit, et quia sinistra de uiro sanctissimo sentire, ac loqui fue/rat ausus, sinistri brachii motū omnem ac usum perdidit. Vltionem infe/lix ille suæ impietatis manifestam intelligens, et illatum sibi diuinitus sup/plicium minime ambigens resipuit statim, et facti pœnitens oculos in cœlū sustulit, et o felix Iacobe scelus inquit agnosco meū, et impietatem fateor. Sed quo maior tibi crescat gloria, et inimico etiam tuo loquātur homines te opem tulisse placatus mihi brachiū restitue. Polliceor enim me posthac ex impio detractore præcipuum tuarum laudū præconē futurum. Vix hæc precatus fuerat, cum sensit ille pristinas uires ac motū brachio restitutum. Aliud mirabile omni quidem admiratione dignum referam. Erat in ualle sancti Victoris agri Cæsenatis ꝓbatæ uir integritatis Bononiēsis ipse (Gui/do erat illi nomen) uxorem habens sibi nō dissimilem. Hi quidem Cōsiliū demerēdi fauoris, et gratiæ diuinæ præclarum cepere. Siquidem in Xenodo chio (uulgus hospitale appellat) pauperū aduenientiū curam susceperunt, et illorum commodis magna charitate inseruiebant. Nocte quadam puella infans ab impudica matre abiecta ante xenodochii ianuam reperta est. Su/sceptam ille ad uxorem defert, quam fasciis, et uelaminibus exutam compe/rit tuberculis multis, et pustulis infectam. Miserti sunt admodum puellæ, cuius uidebant ulcerosum corpus fore. Et quia tum maxime celebris erat beati Iacobi fama puellæ opem illius implorarūt. Nocte, quæ secuta est, fa/cti sunt uoti compotes. Sed magis mirum, quod mox secutū est. Ad alēdā infantem nutrice opus erat, neq; Xenodochiū, neq; ipsi, cum admodū pau/peres essent, mercedem soluere inueniendæ nutrici poterant, nec aliquā in/ueniebāt, quæ onus eiusmodi suscipere uellet. Magna igit̄ cura torquebant̄ ambo uir, et uxor, nec posse diutius uiuere infantē cernebāt. Ad eādē igitur opē cōuersi, quā proxima nocte fuerāt experti, beatū Iacobū precati sunt,

Att.

Aliud mi/rabile ī de/tractorem.

Aliud.
Aliud.

Aliud ma/xime stupē/dum.

ut hac in re quoque sibi adiuméto foret, ne fame infans periret. Præsto ille affuit. Vxor annos iam totos .xiii. nec pepererat ipsa, nec lactauerat, sensit illa cótinuo cum pruritu quodam turgescere mammas et tanquam lacte impleri. Explorat illa, num sit lactis infusio, et ubera exprimés large lac eiicit. Tãtæ rei miraculo stupentes deo, quas æquũ fuit, et beato Iacobo gratias egerunt. Ita lacte cœlitus infuso nutrita est infans. Erat in Foroliuiensi ciuitate mulier (Franciſchinã dicebãt) hæc annos septé elephãtiæ morbũ, quam uulgatiori uocabulo lepram dicimus, passa fuerat, Nec ulla remedia ei profuerant. Accessit igitur ad sepulchrũ, et beatũ Iacobum rogauit, ut in tãta calamitate sibi adesset. Facta est continuo uoti compos. Verũ tanti beneficii magnitudinem ingrato metiens animo, atque honoré dei pariter, ac beati Iacobi silétio tegens, rem neque monasterii patribus, neque populo patefecit. Igitur post paucos dies ingenti cuiusdã doloris cruciatu exagitata loquelã perdidit. Rata id, quod erat, ingratitudiné suam puniri, nouo se uoto redemit, quo beatum Iacobũ precata est, ut sibi nunc quoque opem ferret, nec se pœnas occultati prioris beneficii diutius pati sineret pollicita se diligéti prædicatione mox taciturnitaté suã, et ingratitudiné emendaturã. Facta igitur uoti compos ingenti præconio promissa persoluit. Andriolus quidã paruulum habebat filiũ, cuius dextri corporis partes cõtractæ erãt, pes quidem, crus, et manus morbo, quem græci astrouolian, latini syderationem nuncupant. Itaque membris illis prorsus erat inutilis, nec mouere se poterat. Perlatus ad idem sepulchrũ statim incolumis euasit. Mulier Foroliuiensis, Andauantem appellabant, tribus ac triginta annis utroque crure claudicauerat, accessit et ipsa ad idem sepulchrum, et mox rectis ac firmis gressibus plurimis qui aderant stupentibus, abiit. Alia Foropopiliésis (Smeldinæ fuit nomé) annis .xv. ita corporis destituta uiribus fuerat, ut siue sederet, siue iaceret, de loco sine baculi, uel alicuius subleuantis auxilio surgere non posset. Ad tumulum eũdem uehiculo delata pristinas uires, et incolumitatem recuperauit. Alia item rauennatis agri mulier (loco nomen est Fichino, Mulieri aũt Gulielmæ) puerum enixa est, qui mortuo persimilis erat, nisi quod labia tantũ mouebat, idque aliquid inesse uitæ unicum erat indicium, sed nulla spes uitæ inerat. Triduum sic iacuit. Mater fama beati Iacobi, et mirabilibus, quæ circũferebantur in spem errecta illius opem implorauit. Infans ex media reuocatus morte continuo reuixit. Magna quidem sunt hæc, et omni admiratione digna, uiuentibus tamen ea cõtigere. At quãto sunt admirabiliora quæ nunc referam, Tanto quidem, quantum a morte uita distat. Gulielmus ciuis Foroliuiensis murarios fabros ad extruendum parieté conduxerat, atque ob id uas cum aqua magnum ad madefaciendos ex more lateres in media domo positum erat. Filiolum is habebat, qui uasi innixus, et aquæ

Attende Aliud mirabile.

Aliud.

Aliud.

Aliud.

Aliud.

Mortui ad uitã reuocati.

incumbens in qua pueri effigiem cernebat, sublatis imprudentia puerili nimium pedibus in illud decidit, et quia cadentem nemo uiderat, nec uocem edere potuerat prono capite mersus, continuo suffocatus est. Cum autem operarii ad madefaciendos lateres uenissent, puerum in uase mersum inueniunt. Tollitur ab iis repente clamor. Tota domus accurrit, et uicinia. Mater cum ingẽti eiulatu beati Iacobi opem implorat, Posse illum affirmat filium sibi ad uitam reuocare. Nec uana spes fuit. Siquidem in conferta illa multitudine, quæ(ut fieri solet)ad triste spectaculum confluxerat, puer reuixit. Simile huic, et adhuc magis mirabile, quod referam. Infans alius duos natus annos iuxta ripam fluminis relictus a matre fuerat, dum olera in propinquo horto ipsa colligeret, reptans puellus in summum ripæ euaserat, dumq; incumberet aquæ delapsus in flumen demersus, et extinctus erat, et impetu aquæ longiusculæ delatus. Quodam in loco extantibus retentus est pedibus. Quidam per fluminis ripam iter facientes pueri pedes uident, occurrunt, et subito cum clamore ex aqua extollũt. Festum quoddam eo die nescio quo in loco celebrabatur, ideo per eandem ripam multitudo ingens iter habebat. Ad clamorem igitur factus est concursus. Quare exanimata re subita mater anxia de filio accurrit, nec inuenit. Audit clamantes mersum esse puerum, Ingenti dolore perculsa clamat suũ esse puerum illum, quem infelix ad inferiorem fluminis ripam reliquisset. Cũ illã consolarentur omnes, et hortarentur, ne de salute pueri desperaret, euomitione aquæ multos reuixisse, sublatus puer pedibus nulla uitæ signa dedit. Perlatus in domum, ac multo igne diu calefactus, mortuus demum inuentus est. Parentes igitur omni alia spe destituti, et quicũq; aderant uicẽ illorum miserãtes magna cum fiducia beati Iacobi opem implorarũt. Nec irritæ preces fuere. Affuit ille, infelicium parentum lachrymis, et circa medium noctis,(O rem omni stupore dignam)puer, qui ad eã horam extinctus iacuerat, uiuus est inuentus, atq; ita incolumis, ac si nihil prorsus mali passus fuisset. Cremonensis quidam Rauẽnæ habitabat. Is iam sex annos oculis captus uisum perdiderat. Fama permotus tot mirabilium, quæ de beato Iacobo circũferebantur in spem erectus oculos cæreos, et candelam ei uouit, si uisum recuperaret. Cõcepto uoto iter Foroliuiũ arripuit. Quo postq̃ peruenit, primũ quidẽ diligenti confessione delictorum omnium, propitiũ ac fauorabile sibi numen reddidit, et(mira referam) statim quidem uidere, sed sub obscuro cœpit. Verum ad sacrũ accedens sepulcrum plene uisum recuperauit. Gulielmus quidã ad Pontem Ronchi(id ei loco nomen est) in agro Foroliuiensi habitans annos quattuor surditatẽ, Bonagrinus autem Mantuanus sex idem incõmodũ passus fuerat, Ambo, cum ad idem sepulchrum supplices uenissent, pristinum auditum recuperarunt. Fontius Flo

Aliud mirabile

Cæcus uisum recuperat.

Surdi liberantur.

Aliud mirabile.

rentinus homo, dum solus certo in loco esset, manu se tangi sensit, statim circunspiciens, ubi neminem uidit, tanto terrore perculsus est, ut usum linguæ amiserit, et mutus effectus sit. Cumq; remedia sibi nulla prodessent, quinquagesimo die postq̃ id acciderat, ad sepulchrum beati Iacobi liberatus est. Solaroli, quod est agri Fauētini castellum, Alberta fuit mulier, quæ similem calamitatem diu passa, et medicorum ope destituta Foroliuium a propinquis deducta est, atq; ad idem sepulchrum liberata. Rauennæ quidam sacerdos in paralysim, quam nos neruorum solutionem dicere possumus, et morbum articularem inciderat. Deductus Foroliuium, cum ad eundem tumulum multa cum spe, ac reuerentia noctem unam excubasset, incolumis inde abscessit. Ibidem sanata est mulier a Castrocaro aduecta, quæ annos decem comitialem morbum, uulgus caducum nuncupat, græci epilipsian, passa fuerat. Nauigantibus quoq; beati Iacobi auxilum nō defuit. Egressa de Volane nauis Adriatici maris portu, cum ab eo iam. xxii. milia passuum distaret, exorta est ingens tempestas, et iactata diu naui, uehementibusq;, et assiduis quassata fluctibus nulla spes reliqua erat euadendi. Forte fuit in ea naui Foroliuiensis quidam. Huic uenit in mentem beati Iacobi auxilium implorare, et hortari cæteros, ut idem faceret. Vnanimiter igiẗ omnes illius opem implorarunt pollicentes, si præsens naufragiū euaderet, se illius sepulchrum adituros. Vix precandi finem fecerant, cum uenti ponere cœperunt, et paulatim omnis illa tempestas sedata est. Senus et Manfredus fratres erant Foroliuienses, Ii equum habebāt sibi gratissimum, quē uenientes mane in stabulum mortuum inuenere. Ingens utrunq; mœreor inuasit. Cumq; complures ad eum inspiciendum amici cōuenissent, et diligentissime scrutarentur, an aliquod uitæ signū inesset, nullū prorsus inuenere. Iam igitur Manfredus mittere uolebat accersitum, qui pellem ei detraheret, cum Senus inquit. Puto mi frater, si beati Iacobi, per quem deus omnipotens tot iam mirabilia edidit opem imploremus, forte illum nobis quoq; non defuturum. Laudauit cōsilium fratris Manfredus, et ambo supliciter beatum Iacobū rogarūt, ut suis apud deum precibus equum ad uitam reuocaret, pollicentes, se nudis pedibus ad eius sepulchrum accessuros, et equum insuper cæreū oblaturos. His dictis Senus equū extinctū auribus apprehēdit, et alta uoce inquit. In noīe beati Iacobi serui dei, tibi dico eque surge. Ad quæ uerba statim equus surrexit incolumis. Bartholomæus Ferrariēsis ex alto quodā loco delapsus collū fregerat, et despata salute delatus in lectū se nō posse mortē euadere intelligebat. Succurrit iacēti. B. Iacobus cuius fama etiā Ferrariæ multa erat. Magna igiẗ spe illius opē implorauit, quā si cōsequereẗ, pollicebatur, se ad eius sepulchrū nudis pedibus iturum. Vbi uotum concepit, sopor illum continuo inuasit, et in somnis quen

Muta mulier liberaẗ

Atẗ. Miracula.

Naufragio liberati.

Equus a morte reuocatus.

Miraculū.

dam uidit uenerabili aſpecto candidis indutũ ueſtimentis, qui ad ſe ueniſſe uidebatur, quo poſtmodũ recedente, expergefactus collum in priſtinũ ſibi reſtitutum cũ ingenti omniũ ſtupore inuenit. In infinitũ pene ſeſe extẽdat oratio, ſi cuncta uelim miracula complecti, atq; recenſere. Illud nõ tacebo, octo et uiginti menſibus ab illius felici obitu miracula numerari trecẽta triginta octo, quæ omnia diligentiſſime perquiſita, et pene innumerabilibus confirmata teſtibus ſũmo ſtudio in unum collecta, et publica manu fideliſſime perſcripta ſeruantur. Sed præter illa infinita pene alia non ſolũ in Foroliuienſi ciuitate, ſed et aliis plurimis in locis cõtigere. Quæ quidẽ in multa uolumina digeri poſſent. Sed nobis quidẽ neq; plura complecti placuit neq; neceſſe fuit. Nam et longe nimium lectionis tædiũ cauere debuimus, et hæc quidem uiri clariſſimi benefacta, et eximiã ſanctitatem abunde teſtari queũt. De quo quidem (ut finem faciam) illud iure de euangelio dici põt ſurdi audiunt, Cæci uident, Claudi ambulant, Mortui reſurgũt, Quibus quidẽ neq; maius, neq; admirabilius aut diuinius dici, aut excogitari quicq̃ põt. Cuius quidẽ fauorem, et opem mihi uiuo, et mortuo ut inuocẽt, etiã, atq; etiã rogo, quicunq; hæc legerint.

Act. Miracula eius.

IO. ANTONIVS FLAMINIVS LEANDRO ALBERTO BONONIENSI SVO. S. D.

m Iſit ad me filius meus Iunior Flaminius Mauritii Pannonii uiri ſanctiſſimi uitam, cuius deſcribendæ cultiori ſtilo, q̃ erat, negocium nuper ei præbueras, ut ipſe quoq; cum aliis quibuſdam eruditis hominibus, cum ipſo etiam genitore ſuo tanq̃ ſymbolum in opus tuum de uiris illuſtribus, quod propediem editurus es, cõferret amicus adoleſcens, ac tui obſeruantiſſimus. Legi illam, ſed ne quæras q̃ libenter, et quanta cum uoluptate legerim. Neq;.n. aſſequi uerbis id poſſem: Cum ſim pater tute coniice. Sed me ſuper omnia delectauit illa facilitas orationis, ac dilluciditas, ad quam illum diligenter inſtitui, et ſemper hortatus ſum, Vt nõ imaginem paternæ facultatis in dicendo ſi qua ea eſt, ſed me ipſum intueri uiſus ſim. Patrẽ uoluit hac in re, ſicut in cæteris, ut filium decet, habere iudicem, atq; cẽſorem, ut ſiquid forte ob ſtudia philoſophiæ, quibus (ut noſti) totum ſe dicauit, minus excultum foret, et quod eruditas aureis offenſurũ putarem, uerterem ipſe, ac melius tornatum ad ſe remitterem. Ratus igitur meas eſſe parteis filio meo, ſicuti cæteris (quemadmodum non ignoras) ſoleo, hanc præſtare operam, Feci quidem non tam libenter, q̃ diligenter, qđ ille uoluit, et ego debui. Plus etiam, q̃ petierat, et expectabat, præſtiti, Siquidem, ne res huiuſmodi ſtudiis illius ultra impedimẽti aliquid afferret (Scio

enim illa totum adolescentem utpote tyronem exposcere)propria ipse manu(et si eram occupatissimus)ad eũ perscriptam remisi. Quam tu quidem mi Leander eo uultu suscipias rogo, quo Magni nuper Alberti uitã a me tuo rogatu in nostrum sermonem, ac stilũ conuersam suscepisse te, ex proximis litteris tuis cognoui. Quaquidẽ in re grãde præmiũ te, ac mercedẽ iucũdã psoluisse putabo, si filiũ tibi satisfecisse cognouero. Vale ex Forocor.

M. ANTONIVS FLAMINIVS FOROCORNELIENSIS ANDRAE BENTIVOLO COMITI. S. D.

n On sum nescius Andrea Bentiuole iuuenis eruditissime, quãtũ tibi, ac toti familiæ tuæ debeã. Tot. n. ac tanta sunt erga me tua, et illius merita, ex quo me in uestrũ cõtuberniũ recepistis, tanta humanitas, et beneficentia, ut putem, nõ posse me unq̃ uobis parẽ gratiam referre. Itaq; cogor semper cogitare, quonã pacto queam animi mei gratitudinem non uobis solum, sed et cæteris omnibus notã facere. Quare cum Leander Albertus Bononiensis uir quidem inter cœnobitas diui Dominici prædicatores litteris, ac religione clarus me rogasset, ut beati Mauritii pãnonii uiri nõ magis claritate generis, q̃ sanctitate insignis uitam litteris mãdarem, putaui præbitam mihi esse occasionẽ, aliqua in parte uoto meo satisfaciendi. Scriptã igitur tibi dicaui, eo quidẽ libentius, q͂ te, ac generosos comites fratres tuos Baptistam, Iulium, Franciscũ, una cum grauissima, et sapientissima, rariq; admodũ exempli matrona Francisca genitrice tua huiusmodi lectione plurimum delectari scio, quia tibi, atq; illis pariter omnibus nihil est magis cordi, nihil antiquius religione, ac talibus exemplis, quæ uitã instituunt, atq; ad bene degendã illam(uti Christianũ decet) plurimũ hortari, atq; impellere possunt. Habebis igitur munusculũ, si dantem inspicias, exiguum quidẽ, si materiã intueare, magni(ni fallor)muneris uicẽ habiturum. In quo si quid forte deesse putaueris, illud certe, quod maxime intẽdimus, nõ aberit, mei quidem in te amoris, obseruantiæ, et gratitudinis nõ uulgare testimonium.

VITA BEATI MAVRITII PANNONII PER. M. ANTO. FLAMINIVM EDITA.

r EGIVM BEATI MAVRITII GENVS EST. SIQVIdem a regibus Pannoniæ ortũ ducit, quã quidẽ iuniores puinciã mutato ueteri uocabulo, Hũgariã nũcuparunt. Hic q̃tus uir esset futurus, ea, quæ natalẽ diẽ pcesserunt, nulli dubiũ reliquere. Mater. n.

iam quattuor meses prægnās iugi febre correpta est, adeo qdē ut diuturni-tate ualitudinis de salute desperaret. Iāq; pariēdi tēpus instabat cū in som-nis quādā uidit in ueste candidissima, et forma pcelléti matronā, quæ blan-da oratione metū illi omnem mortis ademit, et bono esse animo iussit, fo-re prænūcians, ut filiū pareret futurū sanctitate, q̄ genere magis illustrē. Ve-rum, cum partus aduenisset dies memor esset, ut signo salutiferæ crucis pe-ctus suū cōmuniret, ac insup diceret. Succurrat tibi uirgo felix Christi ma-ter dies ille, quo unigenitus æterni patris filius ex utero tuo prodiit. Subeat tibi archangeli Gabrielis illā salutatio. Quæ uerba cū sæpius protuleris, ac signo crucis identidē pectus cōmunieris, mortē, quā sic euaseris, ultra ne for-mides. Et ne sit dictis uana fides, Scito, dei esse genitricem, quæ tibi uētura hæc dicit. Filius aūt, quem paries deo acceptus, et hoibus sanctitate insignis euadet. Igit̄ illā maturo tēpore puerū enixa est, Qui statim natus febricita-re cœpit, et sic cōtinuata ī tertiū anū febris, assidua ægritudine infantē afflī-xit, grande præsagiū, q̄ nō quietā postmodū uitā esset acturus. Inde ceual-uit. Quintū agens annum traditus est præceptoribus optimis erudiendus. Et breui quidem mire profecit. Vbi decimum attigit, qualiter deinceps ui-cturus esset, signa dedit haud incerta. Siquidem in puero senem agens, non se colludentibus æqualibus, ut illa fert ætas, cōmiscebat, nec aliquid puerile cogitabat. Sed ubi quies erat a litteris, uel orationi uacabat, uel sanctis uiris ad ædeis paternas frequenter accedentibus, quorum cōsuetudine, ac sermo-nibus plurimum delectabatur, cum præcipue de uita sanctorum loquen-tes audiebat, et quomodo non uoluptatibus, nō deliciis, non luxui uacan-do, sed per macerationem carnis, et labores plurimos æuum adepti sempi-ternum essent, et felicitate perpetua fruerentur. Hac de causa libeter audie-bat puer, cum talium gesta memoratu digna recensebātur, et exempla eius-modi quæritabat, et omnia sciscitabatur, quæ ad bene instituendam uitam pertinerent. Consyderansq; attente, quomodo illi uixissent, suspirās, crebro ingemiscebat, et incredibili desyderio tenebatur, illos imitandi, felices appel-lans, quicūq; talium uestigia sequerentur. Mos illi fuit, in penitiore aliqua ædium parte cum æqualibus sacra, quæ in templis celebrantur, imitari ex-tructa ara cortinis ornata, et circūsepta, ibiq; omnia peragebat, quæ uiderat in templis geri. Ad silentium pueros instituebat, bonis imbuebat moribus, et super omnia frequenter illos ad æternæ uitæ desyderium accendebat. Venit aliquando in oppidum Vgnedeum uir quidam ex Diui Dominici prædicatoribus uita, et religione conspicuus. Hoc ubi Mauritius cognouit continuo sese ad eum contulit, et flexis genibus, aliquandiu coram eo mansit petens suppliciter, ut suis precibus apud omnipotētē deū se adiuua-ret. Miratus tantam pueri uir ille optimus indolem, ad eum accessit, et a

Att. Mauritii matris somnium.

Attende et obserua hæc uerba

Maur. officia ī pueritia.

Att.

terra subleuatum iuxta se sedere iussit. At renuit ille indignum se ratus talis uiri consessu. Quare ad pedes eius sedens continuo rogauit, ut uiri alicuius sancti uitã sibi narraret ꝙ audire talia libentissime soleret. Exosculatus ille ingenium, et tantam in puero probitatẽ, morem ei continuo gessit, et diui Alexii uitam recensuit, quã puer antea nunq̃ audierat. Cũq; attente nimiũ narrantẽ audiret, adeo illi cor emollitũ est incredibili dulcedine tacto eorũ quæ recensebant, ut lachrymas tenere non posset. Quare tunc primũ sicut ex eo postea multi audierunt, decreuit opportuno tempore monasticã uitam inire. Quod ne statim faceret, multa impediebant. Nam cũ functis uita parentibus suis circũstarent illũ propinqui, et amici, consulerentq;, ne tãti patrimonii curam abiiceret (neq; enim consiliũ illius eos latebat) perpulere tandem iuuenem, ut uxorem duceret filiam uiri principis, quem magnũ Homodeum palatinum appellabant, cum qua triennium mansit. Verum tandem pertæsus nuptias, et pristini desyderii ardore cotidie magis accẽsus non prius destitit, q̃ ipsam quoq; coniugem in suam sententiã traxit (neq; enim inuitam dimittere poterat) ut ipsa etiam renuncians uitæ huius illecebris, in qua nihil nõ damnabile, ac plenum discriminis esset, monasterium uirginũ ingrederetur. Non fuit ergo inefficax eius oratio, et salubriter suadenti deus affuit. Quare ambo in insula Danubii Budæ contemptis, quas possidebant opibus, nudi Christum secuti sunt, et monasticã prædicatorũ uitam inierunt. Hæc ubi socer audiuit, ira ingenti, atq; dolore percitus Ladislaũ uernebeum Budensem iudicem rogauit, ut generũ suum ueste monastica exutũ cogeret domũ reuerti. Q̃d si nollet parere, ĩ carcerẽ truderet, nec inde prius egredi sineret, q̃ se obtemperaturũ sibi ꝓmitteret. Ita Mauritius in uincula cõiectus est in turri firmissima, ubi tñ nullis ĩpelli ꝑcibꝰ, nullis terreri potuit minis, ut diui Dominici cultũ, et uestẽ exueret. Quare perspecta demum illius in sancto proposito cõstãtia, liberato uinculis permissum est, ad monasterium reuerti, ubi cũ ingenti gaudio exceptus est. Quẽ mox patres, cum cernerent adhuc periculũ illi a propinquis imminere, ut trãquillam uitam, ac tutiorẽ ageret, Bononiã misere. Vbi cum treis annos in cœnobio diui Dominici summa cum pace fuisset, ab iisdẽ patribus, qui illum in Italiam miserãt, reuocatus est in Pannoniam. Operæprecium est, hoc loci uitæ ipsius formulã perstringere. Iuuat enim tanq̃ in speculo sanctorum hominũ uitas intueri, unde sibi sumant exempla, qui legunt, et ad imitanda illa simul alliciantur. Mira de homine referam, si quis repetat, ex quo tanti generis, et opum fastigio adeo sese deicerit, ut nihil humilius cõspici posset. Imprimis quidem maxime studebat, ut monasticis legibus exactissime satisfaceret, nihilq; omitteret, quod ad præfectam uiuendi normã pertineret. Hoc illi præcipuum, hæc summa erat curarũ omniũ. Post hoc

Att.

Impulsus Mauritius uxorẽ duxit.

togã ꝑdic. cũ uxore sumit.

In carcerẽ truditur.

Att. Constãtiã Mauritii

Formula uitæ Mau.

autem nihil illi fuit antiquius, q̃ illud in memoria Redemptoris nostri con silium semper habere, Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. Di/gna omni admiratione ob hoc fuit hominis mansuetudo, suiq; contem/ptus. Nihil erat illius oratione submissius, nihil uestitu abiectius. Tantum erat inter hæc illi orandi studium, ut non solum in cubiculo suo, atq; in templo hoc faceret, sed etiam ut cæteris in locis, quocũq; iret, ubicunq; resi/deret, id non omitteret. Horas autem, quæ canonicæ appellãtur, tanta dili/gentia, et attentione celebrabat, ut nihil diligentius, attentius nihil fieri pos/set. Psalmos uero, et orationes alias, quas ipse sibi priuatim præscripserat, si forte interdiu non poterat, noctu recensebat. Corpus macerabat ieiuniis, uerberib9 castigabat. Id ubi fecerat prostratus humi flebat ubertim, ac deũ non pro se solum, sed etiam pro cæteris multa prece rogabat. Ad matutinũ officium primus omnium intempesta nocte surgebat, et hac re non con/tentus cæteros excitabat. Ministris omnib9 auxilio libēter, nec rogatus, ad/erat. Ad festos dies aras ipse templi omnes miro studio, decenti cultu orna/bat. Venerabile Christi corpus, quod in ecclesia seruatur, summa ueneratio ne prosequebat̃, ac diligentissime procurabat, ne accensa ex more ante id lu mina extinguerent̃, et ne oleum ad cõtinuãda illa deficeret, ipse hostiatim emẽdicabat. Psalterium cotidie, aut saltẽ quinquies ĩ qualibet hebdomade totum legebat. Præterea septem psalmos cum letaniis, et, quas appellant de functorũ uigilias, et psalmos. xv. qui graduales noĩant̃, qualibet die recẽse/bat. Triginta ferme annos, quib9 ĩ monasterio uixit, nunq̃ carnes, nisi ne/cessitate, et ualitudinis grauitate cogente, uel iubentibus iis, quibus parere necesse erat, comedit. Illarum etiam ius quo uesci maxime licebat, ubi alia cibaria non deerant, constanter recusabat. Die, quam sextam dicũt feriam lacticinia nullo pacto admittebat, ac ieiunio semper eum diem uenerans le guminibus contentus erat dominicæ passionis charitate allectus. Quanto enim amplius eius felici memoria abstinẽtiæ uacabat, tãto magis ĩenarrabi li cordis afluebat dulcedine. Si quando hilarius (quod aliquando fieri con/sueuit) ac largius epulæ apponebantur (pitantiam monachi nũcupant) ipse portionem suam, præfecto id monasterii permittẽte, egenis reseruabat ho/mo imprimis cibi, uiniq; parcissimi. Venio ad uestitum, qui erat illi adeo uilis, adeo abiectus, ut contemptibilius nihil conspici posset. Indumenta, quæ pluris essent, abominabat̃. Quare si quando uel a præfecto monaste/rii, uel ab amico tale aliquod indumentum dabatur, accipiebat quidem, et quas æquũ erat gratias agebat. Sed postmodũ inspectabat singulos q erãt in monasterio, et cũ eo, quem magis trita ueste indutum conspexerat, in/dumẽtũ illud permutabat, ut utilius ipse indueretur, et interrogatus cur ita

Att. Mauritii mãsuetudinem

Quãta ueneratione xp̃i corpus prosequẽretur.

Att. Abstinentiã Maur.

faceret, illud ex Iob afferebat. Pellem pro pelle, et cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Quod si forte is, cum quo permutare uolebat, constanter recusaret, ad pedes illius more supplicis prostratus non prius rogare desinebat, q̄ quod uellet, impetraret. Nōnunq̄ etiam pauperibus præfecto suo permittente donabat. Per hyemem adeo leuibus utebatur indumentis, ut in maximis frigoribus admirabilis esset illius tolerantia rigoris, ac patientia. Cilicinam uestem carni hærentem die noctuq; gestabat asperrimam, ut modis omnibus illam maceraret, et se cum apostolo in seruitutem redigeret paupertatis memor, ac imitator in qua natus est, et in qua uixit, q̄diu uixit humani generis Redemptor. Nemo iracundiam in eo indignationemue, aut affectus alios notauit. Nec ipse iocosa, ridicula, uel friuola unq̄ locutus, nec loquētes alios passus est, Qui siquādo in eiusmodi sermones incidebat, illud prudenter dicere solebat, Rationem nos esse de omni ocioso uerbo reddituros. Iurgantes inter se, atq; rixantes magno studio ad concordiā reuocabat. Nec minore cura in mœrore ac luctu positos uel citatis ex uita, et patientia Christi, uel sanctorum aliorum exemplis consolabatur. Nec tantus erat cuiusq̄ mœror, et ægritudo, quā suo sermone mirifice non leniret, atq; leuaret. Nec minori studio, et charitate ægrotantes subleuabat. Vitam hominis sanctissimi etiam miracula comitabātur et insignem faciebant. Iter nescio quo habebat, atq; in uico iuxta Danubium, qui Vachis dicitur, hospitem habuit uirū probum, cui Benedicto fuit nomen, quiq; Mauritium fama, et opinione sanctitatis iam clarum nouerat. Cum igitur Mauritius ipse cum comite suo noctu ex more ad orationem surrexisset, ad ecclesiam, quæ proxima erat, sese contulit. Hospes ipse Benedictus post primum somnum exploraturus quidnam Mauritius ageret, et an talis esset, qualem audiebat (Putabat enim non debere illum totam noctem dormire) ad cubiculum accessit. Cumq; abesse hominem compertisset, accēso lumine totam domum perlustrauit. Vbi nō inuenit, ad ianuam tendit, clausam quidem, et ut magis miraretur claui obfirmatam uidet. Ratus id, quod erat, sese continuo stuporis plenus ad ecclesiam proripit ibiq; uirum sanctissimum orātem reperit. Mane adit templi sacerdotem. Siscitatur, an ea nocte apertam reliquisset ecclesiam, negat ille, quin obfirmasse ianuam claui, quam etiam certo in loco abditam seruaret. Ita quidē constitit, clausa illum ianua domo exiisse, Clausa item ianua ædem ingressum. Voluit illū aliquādo antiquus hostis ab oratione retrahere usus dolo, quē referam. Orabat Mauritius nocte quadam ante gallicinium in ecclesia in qua quidam proximo die necatus in funebri lecto asseruabat die postero sepeliēdus. Ardebat in templo (ut mos est) lampas. Vidit ergo defunctū sese

Att.

uerba inania deuitabat.

Att.

Miraculis uiuens claruit.

Vide dolū dæmonis ut eū falleret.

erigentem in pheretro, et tanq̃ ex eo egredi parantem. Fraudem uir sanctus ueteratoris agnouit, et signo saluiferæ crucis armatus ad loculum intrepide accessit, et per Iesu Christi uerendum nomen extinctum adiurans iussit, ut quisquis esset, ne se ultra moueret. Paruit ille, ac requieuit. Rem ipse postea, ut gesta erat, enarrauit calidissimi hostis pandens insidias. Vaticinio etiam claruisse illum, exitus rei, quam sum narraturus, ostendet. Regem Pannoniæ Nicolaum Georgii filium adierat, q̈ is agros a se relictos, dum monasterium ingreditur, occupauerat, ut prædiorum eiusmodi partem monasterio uirginum sanctæ Mariæ, quod in insula est Danubii, quã diximus, ad sustentandam illarum inopiam cõcederet. Obiurgauit illum rex impudens stultitiam eius accusans, q̈ ea reliquisset, ac pertinaciter facturum se, quod petierat, negauit. Tum Mauritius. At dabit alius, nec tu hoc impune feres. Nam priusq̃ sextus mensis prætereat, cogeris et mea, quæ iniuste possides, et omnia, quæ tua sunt, cum ipso regno relinquere, et his dictis abiit. Quibus rex haudquaq̃ motus in sententia persistit. Verum sextus mensis nondum præterierat, eum rex in grauem ægritudinem incidit, qua indies crescente recordatus est, quod futurum prædixerat Mauritius, et finẽ uitæ aduenisse ratus filios ad se uocauit, et hæc fere locutus ẽ. Video me filii in lethalem incidisse morbum, et breui moriturum, quod ne futurum dubitem Mauritius paucis abhinc mensibus a me ludibrio habitus, atq; contemptus facit. Nam cum partem suorum prædiorum a me repeteret ac ego denegassem, interminatus est, ac fore prædixit, ut alius daret, et ego ultra sextum mensem non uiuerem. Sero igitur facti pœnitẽs uos moneo, ut supplicio moniti paterno benigniores uos in illum, q̃ ego fuerim, et magis exorabiles exhibeatis, et quicquid petierit continuo persoluatis. Paulopost igitur mortuo patre persoluere liberi, quæ Mauritius a patre nõ impetrauerat. Conuenerãt ex more ad prouincialem synodum patres, aderat una uenerabilis uir Paulus Cracouiensis lector. Is uehementissima febre correptus ex ardore sitim collegerat intolerabilem. Ministrabat ægro tantum Mauritius, ut erat expositus omnibus, ac moriger. Igitur illum rogauit Paulus, ut aquam sibi afferret ex puteo, qua tanta posset leuare sitim. Attulit ille confestim. Verum prius q̃ biberet æger, Mauritium orauit, quẽ sciebat esse iã opinione sanctitatis clarũ, ut aquæ benediceret. Benedixit ille. Hausit æger ac repẽte cõualuit. Venio nũc ad eius felicẽ obitũ in quo maxime cõfirmata est in animis hominũ de illo cõcepta diu opinio, et manifesta sanctitatis apparuere signa. Quo aũt ætatis suæ, aut xp̃i aduentus anno ex hac uita migrauerit, memoriæ ꝓditũ nõ repperi. Vnũ cõstat, mẽse Martio paucis diebus ante dominicã resurrectionẽ in cœnobio Iauriensi obiisse.

Act. Vaticinio claruit. Act. Miraculũ. Obitus Mauritii

Cõcursu totius populi celebratæ sunt eius exequiæ, Quæ dũ celebrant, eius uenerabile corpus in lecto funebri inter confertissimam multitudinem iacuit. Celebrabat Eucharistiæ sacrum, quæ missa dicitur, ad aram, quæ maxima in templo est, Nicolaus pontifex Iauriensis honoris causa, ut maiore cultu honestaretur exequiæ. Cum igitur sacratissimum Christi corpus accensis de more funalibus sublatum manibus inter celebrandum pontifex populo adorandum ostenderet, cernentibus omnibus sanctum illud cadauer oculos inspectandæ sacræ hostiæ gratia traditur aperuisse. Idem fecisse, ubi calicem pontifex sustulit. Quo facto oculos denuo clausit. Tantã uero ex eius membris exisse legimus odoris fragrantiam, ut mirifica suauitate omniũ nares obstupefaceret. Die, qui beati Mauritii præcessit obitum, Benedictus, qui uicem præfecti Iauriensis cœnobii gerebat (Subpriorem nuncupant) Budam se contulerat. Nocte autem, quæ secuta est, quaq; beatus Mauritius e uita migrauit, putauit in somnis sese uidere Mauritium uescẽtibus in triclinio patribus ministrantem, sed ueste exutum. Narrauit mane, quod in somnis uiderat. Tunc prouincialis patrum præfectus ad quẽ ille uenerat, ait, aut conualuit Mauritius, aut obiit. Reuersus, ad monasterium reppérit eadem nocte illum e uita migrasse. Præfectus idem uita et religione uenerabilis, dum post matutinum officium in ecclesia oraret, Mauritiũ uidit in ueste ordinis sui candidissima uenientem. Quem cũ interrogasset, uiueret ne, an mortuus esset, Mortuus equidem sum inquit, quod ad corpus attinet, sed nunc uitam ago longe feliciorem. Periculũ tamen adii moriens maximum, de quo me clemens, et misericors deus exemit. Quibus dictis euanuit. Quare quanto in discrimine in ipso egressu uitæ nostra salus uersetur, hinc facere coniecturam unusquisq; potest, quando uir sanctissimus eo temporis momento, quo felix anima de corpore egressa est, maximum se discrimen adisse affirmauit. Documenta hæc sunt, quæ tenaciter animis inhærere debent, quibus admonemur, quod etiam in euangelio noster monuit Redemptor, arctam nimis esse uiam, quæ ducit ad salutem.

Att. qđ accidit in exequiis Mauritii

Visus felix post obitũ Mauritii.

Att.

Miraculũ.

Mirabile adhuc unũ addidero, et finẽ dicendi faciã. Erat quidam oculis captus, qui spei plenus, atq; fiduciæ ad eius tumulum accessit, et de sepulchro terram sumens oculos sibi perfricuit, et cum omnium stupore uisum continuo recuperauit. Mirabilia possent aliqua quidem plurima commemorari. Sed hæc satis opinor merita uiri eximia, et sanctitatem abunde testari possunt.

ALIQVI VIRI SANCTITATE PRAECLARI ORD. PRAEDICATORVM LEANDRI ALBERTI.

IOANNES de Allodiis Aurelianẽsis, Canonicus et Cancellarius Parrhysiensis, uir bonus et rectus, cum intellexisset se delectum a pontifice maximo, ob suam ingentem doctrinam et morũ honestatẽ ad præsulatum Parrhysiẽsem, ceu iustus consciẽtiæ timore correptus, nullius consilio usus, sed Christi dũtaxat, caute et silenter, eius domesticis et necessariis ignorantibus, qui solent ex hoc seculo ad ciuitatem refugii, uidelicet ad sanctam conuersationẽ cõfugere cupiẽtes, retrahere, a patribus Parrhysiensibus se sanctæ Cõuersationis toga uestiri flagitauit, et obtinuit anno domini. Mcclxxx. post sanctũ resurrectionis dominicæ diẽ. In qua ultra uiginti sex annos ingenti cũ laude uixit, de se omnibus præferens bene sancteq; uiuẽdi formulam. Vbi iam grauis annis et ætate cõfectus, præfulgens doctrina sancta, et Dei spiritu, ueluti unus ex priscis patribus in seipso collectus, et in domino nostro Iesu Christo præfixus, diem suum sanctissime obiit, in festo diui Remigii. Mcccvi. et sepultus est in choro fratrum Parrhysii iuxta Matthæum Gallũ, de quo supra mentionẽ fecimus. B. Ioãnes de Allodiis.

HENRICVS Coloniensis uir sanctus, ac sacri uerbi cõcionator insignis in hunc modũ togam prædicatoriam assumpsit. Habebat patruũ militem uirũ religione cõspicuum, qui inspecta Henrici indole, Parrysium studẽdi gratia philosophiæ præmisit. Quo facto patruus uita functus est, et ab Hẽrico per trẽniũ studiũ intromissum. Elapso triennio per quietem patruũ uidit dicentẽ Hierosolimã perge, et sic a pœna qua in purgatorio excrucior, leuabor, et exacto tempore, pro more crucem assumẽtiũ, cum redieris Partysium perge, et inuenies nouũ prædicatorum ordinem, cuius togam assumes. Igitur paupertatẽ eorũ ne uerearis, nec despicias, quoniã in salutem multorum felicissime conualescent, et coalescẽt. Ad hæc uerba iuuenis admirabũdus, absq; cunctatione, quod iussum fuerat aggreditur, et expleto itinere rediit, et Parrysiũ accessit, inuenitq; prædicatorũ ordinem nuperrime in Albigensium regione inchoatum, domũq; Parrhysii incœptam, et omni animi abiecta trepidatione, post aliquod tẽporis interstitiũ sese ordini addixit. Vbi cũ pluribus annis deuotissime profecisset, iterato patruus apparuit dicens. Scito me solutũ a pœna te iuuante, qua destinebar. Tu autem ne cuncteris iterato mare transire, si te seniores trãsmittendum illuc ellegerint. Et hoc quidẽ cũ Hẽricus silẽtio clausisset omnibus illuc per præsidentẽ totius ordinis trãsmissus est. Vbi præfectus est toti prouinciæ fratrũ suffragiis. Clatuit adhuc uiuẽs dei famulus multis miraculis. Nam mulier quædam nobilissima filium morbũ comitialẽ patientẽ coram B. Henricus Coloniẽsis

sancto uiro posuit rogans ut incolumē redderet. Qui precibus mulieris uictus, peracta oratione, et corā omnibus manu filio imposita, perfectā ei cōtinuo sanitatē īpetrauit. Hospitatus aliquādo apud quādā matronā, cuius filius extremis labiis (ut dici solet) uitā tenebat, ꝑcibus ad deū emissis, perfectæ sanitati mox eū restituit. Tādē post plurimos labores, quos ꝓ domino pertulerat, cū diuo Ludouico Gallorū Rege, quē in sociū peregrinationis suæ ad trāsmarina tertio assumpserat, elapso tempore cū rediret, in itinere, dum in Galliam reuerteretur, fœliciter uita excessit.

LBERTVS Falchenbergēsis Theutonicus uir uita et sanctitate cōspicuus, cū esset annorū tredecim filius Comitis Falcheber- a gēsis a matre missus est in Gallias, ut nutriret cū filiis Gallorū regis cognati sui. Et quoniā mos ē cōterraneis in exteris regionibus sibi inuicem applaudere, ac libēter simul esse, accidit ut adulescēs Iordanē uirum dei eo tempore Parrhysii cōmorantē et nōnullos alios patres germanos uiseret. Quū id sæpius faceret, et diutius cum his cōmoraret, ex colloquutione sancti uiri, adulescēti cœperūt terrena uilescere, et placere cœlestia, cōcæpitq; animo togā sanctæ conuersationis uelle assumere, et apud uirū sanctū Iordanē clandestine pro ordine petere. Verum nō multa litteratura præditus erat. Sed uir sapiens inconstātē adulescentis ducens affectum, eū ad regimē Comitatus sui (cuius unicus erat hæres) ut omni cū lenitate populum sibi creditum gubernaret, hortabat. Igitur iam annorū sexdecim factus, reuocatur a matre in patriam, ueluti ei traditura nobilissimā cōiugem cum oppidorum dominio. Porro pater iā ætate grauis erat, et dominii molem ferre non poterat. Acceptis litteris, et auditis nūciis a matre missis uisus est uotis matris annuere, et ad nūcios cōuersus inquit. Anteq̄ parrhysio abeamus conterraneos nostros ex ordine prædicatorum uidere uolo, et alloqui. Veniens ergo cum omnibus seruis suis ad cœnobium prædicatorum, seducens Iordanem, cum fratribus, prouolutus ad pedes dixit. Hodie patres corā uobis Deū opt. max. contestor, ꝙ modo mundi illecebras deserere, et uobiscū hoc in ordine Christo seruire præsto sum. Quod si uolentem respuitis, uideat ipse deus, et iudicet, et haud inultum iri sanguinem meum a uobis patiatur. Hæc adulescente dicente, omnipotentis dei famulus Iordanes cum cæteris, qui aderant, fratribus uberrime lachrymatus est. Et admirabundi in eius uerbis ac ueluti coacti, soli deo rem totam crediderūt. Demum ascitis cæteris fratribus, rei seriem exposuere. Quare omnibus uisum est Albertū in sancta conuersatione recipi. Quod et fecerunt. At ubi serui quod factū fuerat rescierunt, in lachrymas resoluti, in patriam reuersi subtristes parentibus, ac cæteris necessariis rem detulerunt. Cuius pater senior assumpto copioso seruorum numero, Parrhysium petiit, ut uiolenter extraheret Alber

B. Albertus Theuton.

Att.

rum ex Cœnobio, sed actum ægit. Porro Cœnobium ingressus dum uim fratribus inferre adnititur, a fratribus fustibus cedit, ut uix sospes euaserit. Sicq; infecto negocio domum rediit. Habebat consobrinum Theodoricum nomine cognomento pulchrum ob eius formæ dignitatem, Archidiaconum, qui exaudiēs Albertum togam fratrum sumpsisse, indignatus, tādiu distulit eum uidere, donec in patriam remigrādum illi esset. Pridie q̄ iter caperet, nuncio iussit fratres ad se Albertū duci. Vt intellexit adulescens suppliciter patres rogabat, ut pro cōsobrini salute orarent dominum. Quo facto, cū illuc eum ducere nolent ad cœnobium peruenit. Et in primo congressu, tantis profusus est Theodoricus lachrymis, ut diu loqui non potuerit. Tandem aliquantulum reassumptis uiribus sic orsus est. Quid ē Alberte amicabilissime, quid inq̄ est hoc, quod facere temprasti, ut matrē mitteres, quæ te unicum habet, atq; te supra se amat, Cuius uita solus es, et tuus interitus eius interitus? Ecce nunc (ut audio) præ tristitia cōsenescit, et nihil exoptat nisi mortē, ut medeatur dolori, quo cruciatur. Quis opitulabit matri, aut opem exhibebit genitrici, quā filius ipse neglexerit? Quid loquar de me consobrino tuo, qui te tantopere dilexi? Ego enim post ingressum tuū moriturus elangui, nec unq̄ ullo solatio releuabor, nisi uideam te infra probationis annū licite hanc togā exuisse, et ad matrem redisse. Cui Albertus mira oris gratia respondens, quæsiuit. Ecce trium imaginū figuræ pictæ in fænestra uitrea coram nobis (forte in aliquo sacello, uerba faciebāt) Quinā sunt illi, quorū memoriam repræsentāt? Nun Christi matris suæ, et Ioānis Cōsobrini sui inter cæteros prædilecti? Ex his uero coniicias uellim, q̄ et si Christus talem diligeret multū matrē, et in tātum ex passione sua cerneret cruciari, ut animam eius doloris pertransiret gladius, Ioannē uero euangelistam dilectum Consobrinū grauatū q̄ credi potest doloris anxietate uideret, tamen cū potens esset, de cruce noluit descēdere propter illos, sed in cruce perstitit moriturus. Pari modo me scias religionis huius sanctæ Crucem cum Christo, et pro Christo conscendisse. Et licet matrem cernam præ dolore mori, et periclitari, in Cruce tamen usq; ad mortem immobilis permanebo. Et hanc quidem (si mihi credis) et tu ascendes, ne te mundi huius (ut cæpit) damnationis labyrintus inuoluat. Quid plura? Persolutus in lachrymas iterum Theodoricus, compungitur corde, et conscientiæ stimulis exagitatur, et non ualebat spiritui, qui in adulescente loquebatur, resistere. Super hoc insistit orationibus adulescēs, et tandem in paucis diebus Theodoricum flexit ad ordinē, mirante clero, mirante q; populo ciuitatis, q̄ tam subito leoninum animum, ad tantam humilitatem, uerba adulescentis Alberti, domuissent. Creuit Albertus in uirum perfectū, et insignis uerbi dei orator effectus est. Quem aliquādo pontifex maximus ciuitati cuidā opti-

Att. optimam cōparationem.

Att. Capere uolētē cæpit.

Att. mæ præficere uoluit, sed uir sanctus restitit memorabili uerbo, dicens. Secu-
et obserua rior, et lætior moriar in ordine, ordinis frater, q̃ ulla unq̃ episcopali dignita-
te ornatus.

g VALTERVS Theutonicus uir moribus et doctrina politus dum esset Vercellis publico stipendio ad philosophiam atq; medicinam docendum ductus, contigit omnipotentis dei famulũ
B. Gualterus Theuton. .III. Iordanem illuc aduenire, ubi tunc generale studium florebat, et prædicationi indefesse operam dare, Quo factum est ut intra paucos dies sanctæ conuersationis habitũ indueret tredecim uiros litteratos. Exaudiẽs igit Gualterus uirum dei Iordanem aduenisse Vercellas, sociis ait, et scholasticis. Magnopere et enixe cauete ne concionibus eius intersitis, nec eius uerba audiatis. Quia sicut meretrix suos polit, ac fucat sermones, ut homines fallat, sic
Att. identidem Iordanes facit. Mira res, sed a deo facta. Qui alios consueuerat ab eo retrahere, ipse primũ i eius uerbis captus est, immo uerius, dei. Et cũ sensualitas eum ab ordinis ingressu retraheret, utrãq; manum claudens, pugnis, quasi calcaribus, sua tundebat latera clamans, Tu illuc ibis, illuc uere tu ibis. Igitur uenit, et prædicatoriam togam sumpsit, omnium cum ingenti admiratione, Fuitq; eius ingressus q̃plurimis exemplo et saluti. Verum quãtũ is in ordine nostro in scientia, moribus, et sanctitate uitæ profecerit, haud facile scribi posse arbitror.

g VALTERVS Theutonicus olim Præfectus Cœnobii Basiliensis sanctitate insignis, miraculis claruit. Huius uiri sanctissimi
B. Gualterus Theuton. .IIII. in exitu Lector Argentini Cœnobii Argentinæ consistens angelorum uoces præcinentiũ illud eulogium, quod in translatione parẽtis Dominici cantari solet, In odoris mira fragrantia, exaudiuit. Ratus autẽ quod erat, uidelicet ꝙ spiritum alicuius hominis sancti in cœlum deducerent, prætereũtes interrogauit, quisnã esset ille, pro quo tã gaudibundi aduenissent, responsum illi est, Eum esse Gualteri uiri dei spiritum. Postq̃ illuxit, fratribus eo uisionẽ referente, e Basilea continuo nũcius affuit, Gualteri exitum nuncians. Matrona Argentina partu laborãs, emissis ad deum precibus, ut ꝓ meritis serui sui Gualteri, dolori modus statueret, mox dormiẽs enixa ẽ.

c ONRADVS condam Præfectus Cœnobii Constantiensis uir deuotione, ac religione præfulgidus, ac omnibus amabilis, mirã
B. Conradus Theuton. .IIII. de se prætulit in grauissima ægrotatione patientiam, qua ægritudine decessit. Porro sæpe ore proferebat cum quadã hilaritate et deuotionẽ illud de canticis, Dilectus meus mihi et ego illi, donec aspiret dies, et inclinẽtur umbræ. Diebus autẽ quindecim, anteq̃ ex hac uita labili decederet fratribus dixit, Scitote fratres me ex hac luce ad illam perennem patriã, ad quã peregrinamur, in festo Natiuitatis deiparæ uirginis, migraturum. Id quod

re euentus docuit. Quippe. vi. idus septembris dum uesperæ persoluerentur in laudem beatissimæ matris spiritum deuotissime efflauit, et postero die sepultus. Nam ultimam missam de beata uirgine celebrauerat, et ultimum sermonem in frequenti populo de ipsa fecerat. Hic assistentibus fratribus, cum se mori cerneret dixit. Scitote fratres me mori fideliter, amicabiliter, fiducialiter, et lætãter. Fideliter, Quia in fide domini nostri Iesu christi et ecclesiæ sacramentorum. Amicabiliter, quia ex quo hæc sanctissimæ Conuersationis uestimenta sumpserim (ut teneo) in dilectione omnipotẽtis ac benignissimi dei perseueraui, et semper adnixus sum ea peragere, qua sibi placere putauerim. Fiducialiter, quia scio ꝙ ad dominum uado. Lætanter, quia de hoc exilio ad patriam, de mœrore, ad gaudium sempiternum. Deinde allato sibi sanctissimo corpore Christi, extensis manibus dum suscepturus esset ait. Iste deus meus et glorificabo eum, Ecce deus saluator meus. O anima mea ipsum læte suscipias, quia est amicus dulcis, cõsiliarius prudẽs, auditor fortis. Postremo petiit se ab omni criminis noxa a Rodulpho absolui, et mortis acerbitatem in satisfactionem omnium criminum iniungi. Quo facto dixit. Nunc mihi bene est. Deinde in illud eulogium erumpẽs, Saluum fac seruum tuum deus sperantem in te, et persoluta collecta fidelium deus omnium conditor &c mox in domino quieuit, et postero die sepultus in Cœnobio Vriburgensi prouinciæ Theutoniæ. Cuius sanctissimum cadauer dum fratres extumularent, ut alibi recõderent, odor suauissimus de membris eius egrediens, omnes qui aderant non solum bona perfudit suauitate, sed etiam ad deuotionẽ excitauit. Manus etiam corpus tangentium, optimum diutius seruauerunt odorem. Cuiusdam fratris manus paralytica per annum cum dimidio, et digitus tremulus in eadem, ad tactum articuli unius beati Conradi, perfectam mox recepit sanitatem. Claruit Ven. pater Cõradus miraculis adhuc uiuẽs, ut pleriq; ꝓstati sũt.

Arte diligẽter

Art.

VILIELMVS Theutonicus uir haud parum religiosus animarumq; zelator præcipuus cum semel prædicaret, et de turba quidam clamoribus sermonẽ eius deturbaret, correctusq;, minime desisteret, omnibus audientibus dixit. Scito te non impune pro hac insolentia exiturum esse. Qui de loco contumax exiens mox amens efficitur, et ab amicis, ne alios lederet, in uincula ẽ coniectus. Post decem ebdomadas Guilielmus cum Theophilo, ad eundem locum reuersus et ab necessariis insani hominis rogatus, super eo fusa oratione, proprio sensui restituit. Idẽ sanctimonialem febribus laborantem orando incolumen reddidit, dicens. Vade et Christo gratias age.

B. Guiliel. Theuton.

ARDIGONVS Mediolani uir uirtutibus plenus, et miraculis clarus, anno domini. Mcclxxxyiii. diem clausit extremum.

B. ardigonus

B. Arnoldus Theuton.

a RNOLDVS Theutonicus ex partibus Treuerẽsibus condam præfectus Cœnobii Vriburgensis uir bonus et sanctitate immẽsa præfulgens uidit(ut ipsemet retulit)uenerandum patrem Iordanem illico uita functum inter choros apostolorum et prophetarum angelorũ manibus afferri. Asseruit quidã uenerabilis pater ordinis nostri qui hoc ab eius ore aliquando percepit, ꝙ annis nõ multis priusq̃ uita defungeretur, captus fuerat ingenti desyderio intelligendi, quo loco, et cuius meriti foret apud omnipotẽtem deum. Accidit igit̃, ut sibi uigilãte, dominus Iesus xp̃s in forma specio supræ filiis hoĩum gloriosissimus appareret. Quem ut statim intuitus est, eum esse cognouit. Quamobrem cogitare cœpit intra se dicens. O utinam ostenderes mihi domine me cum saluandis esse in libro uitæ cõscriptum. Et cõtinuo in pectore suo dominus librũ uitæ, quẽ optabat, demonstrãs, eius cogitationi respondit. Ecce inquit liber. Reuolue illum, et nomẽ tuum asscriptum inuenies. Qui gaudio exiliens, librum uertit, et legens litteris aureis, scriptum uidit, in eoq; nomen suum reperit. Et merito quidem in libro uitæ pectoris Christi se scriptum uidit, quia uita prælectus, et opere, uerbum uitæ Christum in pectore gerebat et ore, per quod Deo gratiosus et hominibus amabilis apparebat.

B. hermanus Theuton.

h ERMANVS Theutonicus optimus sacri uerbi Concionator, cum prædicationis gratia ad monasterium sanctimonialiũ mitteret, cuius priorissa erat filia sanctæ Helisabethæ, sanus et hilaris prædixit se ibidem moriturũ. Statuta die missa dicta cira uesperas uita functus est. In cuius transitu pleriq; crucem auream miræ magnitudinis ac splẽdoris, super ecclesiam uidere.

B. Echarus Theuton.

e CHARDVS Theutonicus sacræ Theologiæ doctor, diuinis eruditionibus præditus, sanctimonia conspicuus, atq; doctrina christiana clarus, post obitum suum Henrico discipulo æternæ sapientiæ apparuit dicens se esse in conspectu sanctissimæ trinitatis æternaliter uicturum.

B. Henricus Polonus

h ENRICVS Polonus Cœnobii Vuratislauiensis uir deo deuotus, et hominibus gratus, ad extremam horam deductus, quum iã Eucharistiæ, et extremæ unctionis sacramẽta deuote recepisset Crucem, quæ ante se posita erat, intuens, cœpit diligenter deficientibus iam uiribus, finem huius antiphonæ decantare, Securus et gaudẽs uenio ad te, ita ut et tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pepẽdit in te. Quũq; frater qui aderat, ab eo quæreret, quid uideret ait. Video dominũ nostrum Iesum Christũ, et apostolos eius. Et quærenti utrum eius collegio sociari deberet, respondit, Sic. Et omnes fratres, qui patrum instituta suorum seruarunt, eorum in ordine collocandi sunt. Et in crucem defigẽs lumina dul

citer ridere plauderecꝫ manibus cœpit, uultu, oculis, manibusqꝫ gaudiũ in/
gens præseferens. Deinde post pusilum astãtibus fratribus et orãtibus ait.
Adsunt dæmones, et astant fidem meam subruere uolentes. Sed ego credo B.
in deum patrem et filiũ et spiritumsanctũ. Quibus dictis spiritum emisit. Guilielmo
VILIELMVS et Ioannes ex Cœnobio Arelatẽsi uiri admodũ Arelatẽsis.
g humiles et deuoti, quum ambo ægrotarent, et præfectus Cœno/
bii Guilielmũ primo cũ fratribus (ut moris est) uisitaret, ad præ/
fectum cõuersus ait. Noui me ex hac ægrotatione defuncturum, sed scitote
me sociũ ducturũ mecũ. Porro ipse hinc exibebo ĩ uigilia assumptiõis bea/
tissimæ matris Mariæ, Ioãnes uero, qui me sequuturus ẽ, in crastino. Quũ
autem fratres quærerent, unde hæc habuerat, respondit. Videbatur mihi ꝙ
lintre amnem quẽdam onusta albis fratribus traiiciebam, et ecce Ioãnes oc
currens clamauit. Expectate me, quia uobiscum aquas has traiicere debeo.
Sic ergo, prout prædixerat, euenit. B.
ETRVS de Cœnobio Podiensi uir ualde religiosus, mittis, et Petrus de
p deuotus, morti appropinquans, orantibus fratribus, cœpit reuerẽ Podio.
ter inclinare caput, palmas iungere et beatissimam uirginẽ deuo
tissime salutare. Et cum quærerent fratres cur hoc faceret, respondit. Nõne
sanctissimam Matrem dominam nostram uidetis, quæ me sui gratia uisita
uit? Hisqꝫ dictis in domino fœliciter obdormiuit. B.
ETRVS Bonhominis Cœnobii Alestẽsis re bonus et nomine Petrus Ale
p uir maximæ obseruantiæ captus ingẽti ægritudine, qua decessit, stensis.
quum ad tantam deuenisset debilitatem ꝙ cibum sumere non
posset, accessit ad eum frater quærẽs quẽ cibũ sibi parari uellet respondit se
nullũ aliũ cibũ optare, nisi perdicẽ. Quæ tamen illo in loco, illoqꝫ tempore
uidelicet in quadragesima, raro audiri, rarius aut nunꝗ inueniri consueuit.
Sed deus, qui subministrat omni carni escam qui coturnicum multitudine
pauit Israeliticum populum in deserto, continuo seruo suo de perdice pro
uidit, quod tamem fratribus impossibile uidebatur. Quippe fratre per im/
pluuium ambulante nocte ipsa perdix ante pedes eius auolauit et sese capiẽ
dam exhibuit, ac præbuit se cibum fratri. Quam frater accipiens ad ægrotũ
uiuam detulit, ueluti a deo missam. Et ex ea parato cibo, gustauit. Deinde
sancte post paululum spiritum efflauit. Mcccv. xv. kal. Nouembris. B.
ERDINANDVS Cœnobii Scarẽsis uir deo et hominibus gra/ Ferdinan.
f tus miræ patiẽtiæ, ac deuotionis. Hic diuturna infirmitate et mul Portugalẽ
tis atritus laboribus decessit. Cuius facies post mortem nimio ful sis.
gore resplenduit, sicut fratres, qui eum præparauerãt, testati sunt. Postea ue
ro cuidam illorũ apparuit. Qui cũ ab eo quæreret an mortuus esset respon
dit. Corpore quidem mortuus sum, sed anima uiuo.

B. Robertus Saxonus.

R OBERTVS Saxonus uir sanctissimus, deo et hominibus æque carus, et carnis suæ macerator acerrimus, anteꝗ̃ sanctæ couersatio nis uestimenta acciperet, Fœderico Imperatori seruierat. Igit to/ga religionis in Cœnobio Madeburgensi sumpta, in magno sanctitatis ri/gore deo, et sibi seruire studuit, carnem suã non tam acriter ꝗ̃ atrociter affli gendo. Habuit enim tres ferreas cathenas ex uno manubrio ligneo depen/dentes, in quibus erant aculei præacuti ad penetrandum in extremitate ca/thenarum peropportuni, quibus se uerberans, corpus in seruitutem re/digebat cum propheta, Configens in timore domini carnem suam a iudi/ciis eius timens. Hoc autem sacrificium de se ipso non tantum cordis con/triti, uerum etiam corporis immolati, ꝗ̃ꝗ̃ studeret offerre oculis domini in occulto, omnino latere non debuit, quin uolēte deo, odor eius ab aliis emi/nus persentiretur. Vnde contigit nocte quadam tempore hyemali comple cto matutinali officio, ipsum ob frigoris intemperiem ad ignem accedere, ut se calefaceret, Quūq; ibi aliquantisper recreatus fuisset, inde recessit, obli tus cathenarū, quas secum tulerat. Postꝗ̃ illuxit a fratre inuētæ sunt cruore respersæ, non sine maxima admiratione, utpote admirante uiri sancti con/tinuam corporis sui castigationem. Quumq; iam ageret octogesimū an/num accessit ad monasterium sanctimonialium in Colbia, ut earum cōfes

Att.

siones pro more audiret. At ubi uenit languere cæpit, ex quo langore, de/uotissime susceptis ecclesiasticis sacramentis, post matutinum officiū a san/ctis fœminis absolutum, sancta illius anima carne soluta est, cœlumq; petēs liberata est a corpore mortis huius. Quūq; fratres, qui aderant, corpus san ctum, pro more ordinis nostri præpararent, cantus nouus et dulcis exori/tur, et auditur tam a fratribus ꝗ̃ sororibus, quæ tamen præsentes non erant

Att. et obserua.

sed pro consuetudine, officio soluto, ad cubicula regressæ fuerant. Mirant itaq; fratres suspēsi a dulcedine tam nouæ ꝗ̃ insolitæ armoniæ, extimantes ꝙ sorores adhuc nocturnas domino decantarēt laudes. Mirantur etiam so rores exaudientes tam suauem cōcentum, ab eis insolitū, sed pie suspicantur ꝙ fratres ex deuotione super fratrem mortuū præter cōsuetudinem psalle/rēt. Factū est aūt ut terminata uigilia inter se cōquirere cœperint, ꝗ̃ ob rem cuiusmodi cantus illi fuissent. Compertoq; ꝙ fratres minime decātassent, qnimo et ipsi cantus huiusmodi dulcissimos audissent, et sorores affirma/bāt ꝙ nec ipsæ illa hora ꝓcinerāt, sed cōcētus insolitos audierāt admirātes, Itaq; oīum firma demū sentētia fuit aīam scī uiri cū hymnis et cāticis a san ctis angelis in cœlū fuisse deductā. Corpus āt eius sepultū fuit ī eodē loco.

B. Dominic. portugal.

D OMINICVS condam Cœnobii Scarensis præfectus uir discre tus et prudens, et in his, quæ dei sunt solicitus, ad synodū prouin cialē ꝓfecturos rogabat enixe fratres ut taliter agerent ꝙ ab ipsa

præfectura absolueretur, cuius uoces non exaudientibus fratribus, ait. Certus sum, ꝙ si a patribus deffinitoribus non absoluar, a domino, qui est totius orbis terrarum præsides et conditor, uoti mei compos fiam. Quod ita completum est. Porro anteꝗ aliquis eorum a synodo reuerteretur, ex hac luce subtractus est. Anteꝗ moreretur fratri iuxta se sedēti dixit. Vbi est illa domina, quæ modo hic erat? Cui frater. Vt nosti pater mulieres Cœnobiū non ingrediuntur. Et is de illa inquit Domina dico, quæ puerum Iesum portat in manibus. Et mirum ꝙ non uidisti eam, quum ante oculos tuos fuerit. Post hæc cœpit frequenter se sanctæ crucis signo munire. Deinde iūctis manibus, et eleuatis in cœlum oculis spiritum suum beatissimæ uirgini quam uiderat tradidit. Post mortem cuidam fratri oranti uisibiliter apparuit. A quo, quum frater admirans quæreret an esset Dominicus, qui paulo ante decesserat, respondit. Sum inꝗ ille, mortuus mundo, sed uiuus deo. B.

NICOLAVS de Iuuenatio uir fama, ac opinione præclarus, et sanctitate immensa præditus, necnon contemplationi, ac meditationi plurimum deditus cum aliquando peracto matutinali officio paululum obdormisset uidebatur sibi ꝙ in Conuentu fratrum in hunc modum loqueretur. Fratres hanc fuisse patrum nostrorum mentē scitote, qui religionis nostræ tam accurate fundamenta iecere, ut nemo nostrum ab ea discederet seu propter carnis temptamēta, eo ꝙ blanda sint, seu propter mundi promissa, quia uana sunt, aut propter diaboli uel hominū suasiones, ex eo ꝙ breues et momentaneæ uidentur et sunt, sed ea intētione religionem instituisse sciatis ut omnia hæc et similia superaremus, percalcaremusq; propter amorē domini nostri Iesu Christi. Qui gratia nostri e cœlis descendit, et sese in omnibus exēplū nobis præbuit. Moxq; surgens, Cōuentū indicto, quæ se per quietem dixisse cognouerat, narrauit omnibus. Ex qua re plurimum recreati fratres ab eo discessere. Multo tempore Romanæ prouinciæ præfecturam egit. Ea tempestate fuit in Cœnobio Neapolitano tyrunculus quidam ægrotans, Cui uafer ac callidus hostis in angelum lucis transfiguratus, ei interdixit sermone. Forte crimen in memoriā tūc iam multo tempore a se commissum, sed memoria lapsum, nequaꝗ sacerdoti confessum uenerat. Quum silentium obstinate seruaret, nec alicui responsa daret, nec deo officium redderet pro more, seductū fuisse illū a diabolo, omnes, id quod erat suspicati sunt. Quapropter uenerandū patrem Nicolaum ad illum adduxerunt, ut uideret quid facto rei opus esset. Qui ueniens rationibus et exemplis ægroto ostendit, hanc fuisse diaboli fraudem, ut eum præcipiti daret. Tandem Venerandi patris rationibus et fratrum orationibus, de Diaboli faucibus erutus, loquutus est, et fraudem diaboli detexit, a quo fuerat deceptus, et postmodum in sancta

Nicolaus de Iuuenatio.

Att.

Att. et diligēter obserua.

cōfeſſione deceſſit. Hic beatus pater interfuit ſacri Diui parentis Dominici corporis tranſlationi factæ anno domini. Mccxxxiii. Bononiæ in ſynodo generali. Qui quum ſuper dictam tranſlationem futuram intentius cogitaret an dominus ad exaltationem ſerui ſui Dominici ſignū aliquod oſtendere dignaretur, tandē quaſi inter ſoporē et uigiliam conſtituto ſibi uiſum eſt quēdam cōſpicere uirum clara uoce dicentē. Hic accipiet benedictionē a domino et miſericordiam a deo ſalutari noſtro. Quum autem appropinquaret finis uitæ ſuæ, apparuit ei Rao Romanus uir ſanctus dicens. Tibi beata uirgo Nicolae iubet, ut ſis paratus, quia iam corona glorioſa conſtituta eſt. Qui hæc fratribus ſibi, apprime domeſticis narrauit, et non poſt multum temporis, cum multa deuotione deceſſit. Fuit hic Venerabilis pater primus extructor Cœnobii Peruſini.

De trāſlatione. B. Dominici

OBALDVS in Cœnobio Mediolanēſi clarus habitus, uir ſanctitate, et ſcientia præclarus, qui toga religionis Bononiæ a patre Dominico indutus fuerat, et directus Mediolanū cū Iacobo Modoetienſi patre Ven. et primus extiterat, qui de eodem Cœnobio ad dominum migrauerit, ubi et plurimis claruit miraculis. Cū quidam hæreticorū alumni ipſum gratia illudendi adiſſent, unus illorum ſe laborare maximis febribus ſimulans, cum ante aram in æde orantem offendiſſet, ficta humilitate, et deuotione ſimulata ait. Propter deum pater bone me æſtuantem febribus cruce ſigna, quia firmiter teneo, his cruciatibus protinus liberari. Cui pater uenerabilis dixit. Deū oro ut ſi febribus tenearis, eas auferat, Sin autem eas in te inducat. Ille uero magis inſtabat dicens. Robalde, cū ſanctitate emineas, non decet te hæc imprecari, Sed potius me ſancto crucis ſigno muni, et cōtinuo liberabor. Reſpondit ille. Qđ dixi, dixi. Tūc ille cōfuſus abiit. Porro anteq̄ eccleſia exiret urgeri cœpit ab īgētibus febribus, et domū reuerſus, in lectū ſe recepit. Dein aduocata uxore muliere catholica, rem detulit, eam obnixe rogās, ut ad ſe, ſanctū uirum Robaldū duceret. Quæ uiri dicto audiēs, maximis precibus conata ē adducere Robaldū, ſed eo die non impetrauit. Poſtero igitur die uir uenerādus, cum iā ſat pœnas admiſſi criminis eū luiſſe cerneret ſeſe ad ægrotū cōtulit. At ubi aduenit, ſimulatione detecta omnia crimina ſua cōfeſſus eſt, et poſtea omni hæreſi abiurauit. His peractis beatus uir oratione prius ad deum facta, eū ſigno crucis muniuit. Qui ut ſignatus eſt, mox ab omni febre curatus eſt. Hoc munere dei famulus donatus fuerat, ut oēs lites, ſimultates, diſcordias, ubiq; tolleret, ac ad inuicem aīos diſcidētes cōciliaret. Accidit ut die quadā cum pleroſq; ad cōcordiā reduxiſſet, uideret quendā, cuius frater interemptus fuerat, et eregionē interfectorem ſtantem, et eum ſeducens ſupplex rogabat amore domini noſtri Ieſu Chriſti, ut pacē largiretur intefectori. At ille totus cōmotus, ac

B. Robaldus mediolan.

Att. Vt nō irrideantur uiri ſancti.

si fratrem i cruore uolutatũ cerneret, quod in corde gerebat odium, uerbis, nutibus, et signis ei minitando ostendere cœpit. Quod cernẽs omnipotentis dei famulus, in deo cõfidens, ait. Tibi in noĩe domini nostri Iesu Christi omnipotẽtis, qui cœlũ terrãq; creauit, et pro nobis cruciatus tam immensos in cruce pertulit, et pro suis interfectoribus orauit, eisq; pepercit, pcipio ut anteq̃ pedẽ moueas, pacẽ cũ isto cõponas. Mirabile dictu. Pedẽ ille inde mouere non potuit, quousq; Ven. uiri mandatũ perfecit. Exaudiẽs aũt alter frater furens cõtinuo illuc profectus ẽ, ut de illo se uendicaret. Quẽ uir sanctus ad mãsuetudinẽ cõuertens, præcepit ut illũ ad suã perduceret domũ secumq; ambo comederẽt, et eo postridie simul conferrent, ut pacis fœdera scriptis mãdarent. Quod apprime perfecere. Att.

VALTERVS Hibernus de Cœnobio Cortagiæ uir magnæ simplicitatis, et piæ affectionis, quum iuste et religiose in sancta cõuersatione fuisset cõuersatus, tandẽ domino uocãte, ex hac luce in dicto cœnobio, subtractus est. Huius aũt obitus per uisionẽ cuidã fratri præmonstratus est. Postero deinde die, ægrotãs cuidam fratri quærenti an recte se haberet, dixit. Nũc recte, Quia mortis horror, quo hactenus detentus fueram, penitus a me recessit, Quia dominus noster Iesus Xp̃s mihi apparuit, meq; solatus est, affirmãs me tertia feria ad ipsum itum ire. Post mediã noctẽ diei dictæ, cœpit missam p defunctis in loco deuotissime celebrare. Et dicta pfatione cũ nota, facto interuallo, ceu canonẽ diceret, iterũ eleuata uoce dixit, Per omnia secula seculorũ. Et cantato Pater noster emisit spiritum, circa horam, feriæ tertiæ, ut sibi fuerat a domino promissum. B. Gualterus Hibernus B.

ORDANES Pisanus uita et miraculis, clarus circa annũ domini. Mcccxi. floruit. Fuit. n. tãtæ memoriæ et tenacitatis, ut utrũq; instrumentũ legis diuinæ, et uolumẽ, quod Breuiariũ uocant, et Missale memoriter tenuerit. Sic insignis Christi optimi concionator extitit, ut ea tẽpestate ab Hetruscis maximo haberet in pretio, colligerenturq; scripto ex eius ore excidẽtia uerba, ut uolumen haud paruũ cõficeret. Missus Parthysiũ ad legẽdas sentẽtias, ipso in itinere Placẽtiæ Aemiliæ, spiritũ deo deuotissime reddidit. Demũ eius sanctissimũ cadauer Pisas trãslatũ ẽ, et a populo ingẽti cũ plausu et deuotione, nõ sine lachrymis, exceptũ, ac humatũ iuxta arã diui Petri martyris, in loculo marmoreo, multis fulgẽs miraculis. Verũ, ut patrũ nostrorũ mos est, ne dicã corruptela, imagines cæreæ incuria sua pro parte, quibus oppleti erãt parietes templi, ablatæ sunt, atq; cõfractæ, et sic tẽperatũ est a frequẽtatione hominũ, et etiã, ob sepulcrũ cuiusdã Antistitis Pisani super aram diui Petri martyris positum. Cuius in erectione, imagines ac dicta cærea simulacra ex parietibus depẽdẽtia ammoueri necesse fuit. xiiii. kal. Septembris. Mcccxi. Ven. pater obiit. B. Iordanes Pisanus.

B. Héricus q et Amandus.

h ENRICVS Theutonicus natione Sueuus, dictus Siſſus, latine dulcis amator et diſcipulus æternæ ſapiētiæ præcipuus, omni uirtutum genere præfulxit. Tanta quippe fuit in eius mente ꝑ ſpiritum ſanctū gratiarū et uirtutū diffuſa copia, in corde ſynceritas, in ſermone ueritatis autoritas, taliſq; in actione charitatis et humilitatis lucebat ſanctitas, ut humanā naturam excederent, deūq; inhabitātē uerissime prædicarent. Tātæ præterea lenitatis et patiētiæ fuit ut nunq̄ iraſci, aut uerbis excādeſcere uiſus eſt. Silētium cuſtodē cerimoniarū religionis, apprime obſeruauit, ita ꝙ xxx. annorū interſtitio nunq̄ illud ꝑfrægerit. In ordinis obſeruationibus erat ſolicitus, orandi habēs indefeſſum ſtudiū. Multis præterea uigiliis, flagellorū plagis acerrimis, aliiſq; pœnitentiæ operibus, corpus hoſtiliter nimis ſuum quotidie caſtigauit. Præ amoris etiā uehemētia ſtilo ferreo ſaluatoris noſtri nomen Ieſus, ſuper cordis latitudinē ſui, magnis notis exarauit. Qualiter aūt hoc factū fuerit, ipſe in horologii æternæ ſapiētiæ libro ſecūdo capite ſeptimo introducēs æternā ſapientiā diſcipulo loquentē apperuit in hæc uerba. Erat quidā iuuenis feruidus amator, qui amore terreno relicto hanc cœleſtē ſponſam diuinā. ſ. ſapientiā ſibi in amicā elegit, cupiēſq; dilectam in uiſceribus cordis ſui plenius incorporare, arepto ferro acuto ſupra nuda præcordia pectoris ſui, in ea parte ubi cordis uitalis pulſus præcipue uidetur uiuere prædictū ferrū carni ſuæ infixit tamē ualide, ut ſingulis ictibus cruor erumpēs ſequeret̄ ictū ferietis et ſanguinis undæ &c. Qui ſeriatim uult hæc uidere ibi legat. Hic ſanctus pater humilis ſapientiæ diſcipulus ī ea uiſionis gratia quodā nouo et miſtico nomine Amādus nūcupatus eſt, ut habetur in præfato ſeptimo capite libri ſecūdi. Moritur aūt poſt multos agones, multaſq; patientiæ coronas, plenus dierū et uirtutū in cœnobio Hulmenſi prouinciæ Theutoniæ, ubi innumerabilibus miraculis claruit, āno domini. Mccclxv. kal. viii. Februarii. Carolo quarto imperāte.

B. Albertus Theuto.

a LBERTus Theutonicus uir religioſus et ſanctus inſigniſq; cōcionator, quū diu ī cōcionādo pro Chriſto domino deſudaſſet bono fine quieuit. Hic per quietem uiſus eſt cuidam Abbatiſſæ ordinis Ciſtertiēſiū ante aram Templi in aera poſitus ut in frequēti populo concionaretur. Quæ perterrita cœpit quāta ualebat uoce clamare. Heu magnā ex caſu, ni cito occurratur, Albertus iacturam patietur. Cui uir quidam uenerādus aſtans dixit. Ne timeas. Porro frater iſte confirmatus eſt, et amplius cadere non poteſt. Tunc Abbatiſſa animo quieſcens, attente audiebat, quæ ex eius ore, excidebāt uerba. Quæ talia fuerāt. In principio erat uerbum, et uerbū erat apud deum &c. uſq; plenum gratiæ et ueritatis, Statimq; ſubiunxit. Et hæc oculis meis uidi. Quo dicto euanuit.

B. Robertus Auinion.

OBERTVS Cœnobii Auinionēſis genere nobilis, ſed ſanctitate nobilior

bilior, qui ante annos triginta prædixit futuram pestilentiã per totã Europam illam insignem ita ꝙ uix decimus remanserit ex hominibus, Quæ fuit circa annum domini. Mcccxlix, Vita sanctissime functus ẽ. Mcccxvii. moderante ecclesiæ Io. uigesimo secundo. Claruit multis miraculis tam in uita q̃ in morte, nec minus prophetiæ spiritu, Vnde uolumen ingens cõfectum fuit ex eius uaticiniis, Quæ fere omnia procedẽte tempore, prout prædixerat, completa sunt. Quum eius sacrum corpus ad sepulcrũ deferretur, diuina uirtute, ita in altũ eleuatum est, ꝙ subdiaconus cũ cruce non potuit illud contingere, Et sic eleuatum diuinitus, usq; ad sepulcrum, est delatum. Pestis ingens.

B. Marcolinꝰ Foroliuiẽ.

m ARCOLINVS Foroliuiẽsis uir simplex, rectus, castus, et humilis anno domini. Mcccxcvi. de mense Februarii Foroliuii diẽ suũ sanctissime, iam octogenarius obiit, et tumulatus cum maxima ueneratione in tumulo marmoreo sculpto in sacello eleuato, quod adhuc cernitur. Cuius uitam breui quodã epitomate sanctus ille pater Io. Dominici Florẽtinus postmodũ sanctæ ecclesiæ Ro. Cardinalis in litteris suis ad Raymundũ Capuanũ Generalem Magistrũ ord. prædic. directis, complexus est, stilo haud inerudito. Claruit maximis miraculis, prout in dictis litteris uideri potest, et in quibusdam quaternionibus manu notariorũ scriptis et obsignatis in Cœnobio Foroliuiensi. Quæ omnia hic prætermisi cupiẽs breuitati studere.

B. Bernardus Geraldi.

b ERNARDVS Geraldi Vir uenerandus circa annum domini. Mccxci. in festo Annunciationis. B. uirginis Mariæ, ex hac luce migrauit ad Dominũ in Cœnobio Tholosano, Prouinciæ galliæ Narbonẽsis præfectus, Eaq; die, qua sanctæ cõuersationis togam assumpserat, eadẽ et die pluriũ annorũ interstitio reuoluto, credit ipsum sanctorum Angelorũ choros intrasse. Humatus iacet ĩ medio fratrũ choro. Fuit uir optimi cõsilii, magnæq; experiẽtiæ, quæ rerũ magistra est, ingẽtisq; prudentiæ, religionis probatæ. Haud sane æque subditis iubebat quicq̃ agere, ni id ipse peragere posset, aut cuperet. Fuerat religionis exemplar, et speculum. Porro refulsit quadã ĩ iudiciis rectitudine, ut omnibꝰ sat faceret. Pluribus annis litteras Tholosæ docuit, et ꝓuinciã rexit, oĩum cũ imẽsi laude.

B. Petrus Mulcronꝰ

p ETRVS Mulcronus lemonicẽsis dioccœsis, uir mira pietate præditus, et gratia apud deum et homines præfulgẽs uita functus est in cœnobio Montis albani. vi kal. Aug. in festo diuæ Marthæ, inde trãslatus ad Cœnobium Briuiẽse. Fuerat genere nobilis, sed moribus nobilior, lenitate animi, et quadã amicabilitate. Prouincia Galliæ Narbon. multo tempore iuste et honeste ab ipso gubernata fuit.

B. Bricius anglicus.

b RICIVS Anglicus uir uitæ uenerabilis, De huius beati patris tumba oleum frequentissime emanat.

B. Raynerius Pisanus.

r AYNERIVS Segalorzus Pisanus, sanctitate et moribus apprime ornatus floruit circa annum domini. Mcccxli. Sic eum admirabatur Pisanus populus ac uenerabatur, ut per omnia se felicem quisq; autumaret, quoties uenerãdum uirũ et uidere et alloqui potuisset.

B. Petrus theutonicus.

p ETRVS Lar Theutonicus omnipotentis dei famulus, uita et doctrina clarus, religioneq; longe clarior, ad orationẽ promptus et in contemplationẽ propẽsus, posteaq̃ in uinea domini pluribus annis laborasset indefesse, magna cum sanctitatis opinione cœlos ascendit. Post mortem plurimis claruit miraculis.

B. Petrus de cõfluẽtia.

p ETRVS de Confluentia Theutonicus ex Cœnobio Basiliensi uitæ sanctitate, fide, et deuotione præclarus. Hic in iuuẽtute sua, in qua etiam mortem obiit, relicta patria, relictis amicis, togã sanctæ conuersationis accepit, qua sanctissime decessit. Erat facie præstãti, uultu delectabili, præcipue sanctissimam Matrem dei genitricem, ac Beatã Vrsulã colens, et uenerans. Et quia pudicitiam apprime coluit, et sectatus est, ideo in ea temptatus maxime fuit. Vnde quũ aliquando maxime ab angelo sathanæ collaphizaretur, in cubiculo ad pedes Crucifixi se prostrauit. B. Vrsulam, quam sibi in sponsam elegerat, ut se dignaretur adiutricem exhibere, inuocãs. Vix orationi finem fecerat, et ecce affuit inuocata Vrsula cũ duabus pulcherrimis puellis, allatura Petro solatium. Deinde cũ sat in sancto proposito confirmasset, munusculum illi reliquit, ut cũ diabolicis ageretur temptamentis, eo se defenderet. Quod alacri aĩo accipiens, deuotissime asseruauit et deinceps cõtra hostiles insidias eo se tutatus est. Quũ aũt finis uitæ instaret, subrisit, ac uultu exhylaratus est. Quærit infirmarius uir æque sanctus, quid sibi uelit hic risus. Quærit et ipse cur nõ subrideat, quũ uideat. B. Vrsulã, cæterasq; uirgines adesse, quas semper coluerat, ut spiritũ ad superos deducant. Fertur ipsum dum adhuc uiueret, miraculis claruisse.

B. Rodulphus Theuton.

r ODVLPHVS Theutonicus eiusdem Cœnobii uir in seculo nobilis et strenuus miles, diuitiis et honoribus affluens, tandẽ his relictis ordinem prædicatorum ingressus est. In quo factus est diuini uerbi concionator insignis, et tandem sancto fine quieuit.

B. IACOBI DE MEVANIA VITA PER. B. MOR. ORDINIS PRAEDICATORVM EDITA.

m EVANIA Ciuitas est, uti pleriq; tradunt, Hetruriæ, ut alii malunt, Vmbriæ. In hac, præclara fuit quondam Blancorum familia, de qua prognatus est illustris uir Iacobus, cuius egregia facta et insignes animi dotes paucis enarrare aggredimur. Hic

nãq; pro uitæ sanctitate, is fuit qui debito fraudatus honore uideri possit, si nõ et ipse hoc insignium pietate uirorum in albo cõscriptus fuerit, Quo itaq; tempore uir iste sanctissimus in lucem editus est, mira cœlo terraq; prodigia claruere. Namq; ea nocte, qua natus est, tres lunæ (mira res, atq; rariss.) Cœlo apparuere, continentes quæq; imaginem uiri in ueste prædicatoria, Quæ etiã illucescente die, soleq; iã clarius corruscante, magis ac magis elucescebant, Iacobo recens nato Puer quidam uisus est Ciuitatem omnem percurrere illud identidem proclamando, Ad scholas, Ad scholas, Rogatus ille quidnam hic sibi sermo uellet, Nati sunt, inquit præceptores, quos mundus quærat audire. Siquidem sub eisdem ferme diebus nati fuerunt splendidiss. Ecclesiæ iubar Diuus Thomas Aquinas, clarissimus uir Ambrosius Senen. et tertius hic sanctissimus Iacobus, prædicatorii ordinis omnes. Vidit et quispiam ea nocte terram omnem in modum ueteris rubi flãmis ardescere, neq; tamen aduri, Andreas sanctissi. uiri frater, uidit (ut fit) per quietem; matrem peperisse puerum sub habitu prædicatorio, cuius doctrina plurimam mortalium turbam ad se se corrogabat. Hæc cum genitrici exposuisset, paucis interiectis diebus. uidit, et ipsa idem. et rem uiro manifestauit. Puer itaq; natus bonisq; moribus et litteris institutus quum, iam sextum et decimum ætatis annum expleßet (forte fortuna ad eam Ciuitatem uenere duo ex ordine prædicatorio uiri memorabiles, sacro Quadragessimæ tẽpore diuini uerbi gratia). Hos itaq; sanctus puer cœpit sedulo prosequi. Eorum doctrĩa delectari, Salutaria monita animo complecti, et re ipsa implere. Quibus et errata sua de more syncero animo fatebatur. Proinde quũ sacro cenæ dominicæ die, sacrosanctum nostri Sospitatoris Corpus et sanguinem pie sumpsisset, et psalmorum libro forte ad legendum aperto, ad illud oculos coniecisset Legem pone mihi Domine uiam iustificationum tuarum, confestim diuino spiritu afflatus, alterum e duobus antedictis, cui nomen Petrus, conueniens, Monuit, inquit, me Deus omnipotens, ut spreta seculi uanitate, ordini tuo meme addicam. Suasit prouidus uir sancto adulescenti, uti nocte ĩsequenti precibus uacans et die pane tantum et aqua uescens, attenderet siquid denuo super ea re Dominus indicare dignaretur, Qua nocte, ecce repẽte uisus est adulescenti sanctissi. prædicatoriæ familiæ pater Dominicus. consulens uti quod Deo autore cogitarat, opere expleret. Et ego inquiens nusq̃ tibi sum defuturus. Quod ubi eidem Petro exposuisset. rogabat obnixe ut ĩplendo uoto, auxilio sibi et consilio esset. Actis itaq; paschalibus festis pius Adulescens diui Benedicti æmulatus exemplum, parentibus et necessariis rẽ prorsus ignorantibus. cum predictis uiris una Spoletum proximam Ciuitatem adueniens. eidem prædicatorio cœtui addictus est. Parentes autem ipsi, quũ diu laborassent, uti a pio illum a proposito reuocarẽt. nequicquam co

Prodigia præcedẽtia Iacobi natiuitatem.

Art.

Adulescẽtiã Iacobi

DiuusDominicus Iacobo apparuit.

Or. præd. ingreditur

nati sunt, Quin magis cæpit iuuenis uirtutum ingredi uiam, mundana omnia forti animo proculcare, umbratilem hãc seculi gloriam nihilifacere. Aduersa quæq; et sancte relligionis asperitatem, inuictis animi uiribus tolerare piis pcibus et diuinorũ speculationi sedulo isistere. Interiectis itaq; aliquot annis quibus et sacris litteris et uirtutibus strenue operam dedit, ad id animum adiecit, siquo modo posset in Ciuitate propria ordini suo domum erigere. Modica igitur pecuniola tum a matre tum ab amicis Dei intuitu corrogata, domunculam angustam admodũ, et eam optimatum aliquot ædibus hærentem coemit, Rogantibus nonnullis ut quid eo loco domum sibi parasset, quo nulla spes esset eam ulterius protendendi, cõfestim diuina spe nixus, potens, inquit, est Deus qui prædicatorium ordinem a mari ad usq; mare diffudit. et domunculam hanc latius extẽdere. Non post multos itaq; dies eius rogatu Ecclesiola quædam cum appendicibus una in ea Ciuitate eidem ordini dono data est. Cœpit itaq; uir sanctus rem nouiter curare. et amplæ Ecclesiæ sub inuocatione diui Georgii ac ædium pro prædicatoribus ipsis fundamenta iecit. Institit operi uir strenuus. et inter hæc mira quædã gessit, quæ hominem clariss. reddiderunt. et conciuibus admirandum. Vinum pro artificibus necessarium bis mirum in modum augeri precibus impetrauit a Domino. Panem quoq; ad usum eundem. eodem usus consilio comparauit. Sub eodem tempore matrona quædam uiro defuncto sacratũ Virginum ædes sub titulo diuæ Luciæ huius uiri consilio extruxit. Quibus sese occludens adiunctis et aliis mulieribus multis, sub diui Benedicti cultu sanctiss. uixit. Fuit præterea uir iste iucundus admodum. comis, animo semp hilaris et salibus abundans. Viro cuidam agresti qui hospitio eum susceperat roganti modum quo nati focum stipatim circumsedentes aduentanti cuipiã, uel patri uel hospiti cederẽt, affer, iquit, aliquot lignorũ fasces, Quos allatos iussit foco imponi, flammaq; ita latius aucta proripuere, subito sese longius pueri. Sperabat uir rudis grande quiddam et diuinum opus uidere, At, inquit uir sanctus, ubi ingenio satis est, non sunt expectanda miracula, Et sumpto hinc argumento rudem hominem aliosq; illius similes diuina quædam et salutaria, ut sese dedit occasio docuit. Quum iuuenilem etiam dum ageret ætatem, Iuueni cuidã de arbore lapso membrisq; omnibus cõminuto fusis ad Deum precibus subitariam plenamq; reddidit sospitatem, Claruit insuper sanctus hic uir sacris litteris et doctrina. Quam cum frequẽtibus concionibus tum præclaris scriptis ostendit. Hæresem quandam contra fidei ueritatem in ea Ciuitate Meuaniæ insurgentem extinxit. Pluribus sui ordinis domibus præfuit, Ieiuniis et abstinentiis corpus macerabat assiduis fune, cilicio, flagellis, et id genus asperrimis cultibus utens, carnem spiritus imperio subdebat. Cibus illi uilis fuit et inelaboratus, Mos uiro fuerat sa

Formula uitæ. B. Iacobi.

Att. Miracula per Iacobũ facta.

Att. Pulcrũ et facetũ gestum.

Att.

Hæresim extinxit

cro ueneris die pane tantum et aqua uesci, Fratrem suum, cuius supra meminimus, fusis ad Deum precibus carcere et uinculis exemit, Beneficium idem et alteri cuipiã præstitit apud Tudertũ, Abdita prorsus et occulta cordium sancto spiritu edocẽte cognouit, uti et Meuaniæ et alio quodam uicino oppido, aperte monstratum est. Eo singulari munere præditũ constat, ut e sublimi quopiam loco ruentes, sancti uiri suffragio uel nil paterentur mali uel siquid passi fuissent, celerẽ acquirerent sospitatem. Testari hæc potuit Mauritius quidam Lombardus, Mattheus Bononien. et alii cõplures in ipsa meuanien. Ciuitate, qui eã hominis uirtutẽ sensere, Compertũ est fræquentius oleum a uiro sanctiss. benedictum, aquam item ablutionis sanctarũ manuũ neq; non uinum uel aquam quæ uiro sacra peragenti superfuissent, ægritudines plurimas et eas graues, ppeq; desperata, illico curasse. Vir iste per omnia prædicandus, pecunias a matre aliquando parandarum sibi uestium gratia datas, in excidendam nostri sospitatoris Crucifixi statuã impendit, Quærenti matri quod sibi mentitus esset, et Christus inquit, uestis est, ut Paulus testatur apostolus, qui ait, Induimini Dominũ Iesum Christũ. Simile quiddam alio tempore fecit de imagine sancte Virginis, quæ, uti tradũt, hodieq; in ipsa Diui Georgii ecclesia uisitur. Optabat aliquando nosse an et ipse ex eorum numero futurus esset, qui pollicita in cœlis fœlicitate potituri essent. Qua de re cũ enixiss. ad deũ preces fudisset, prædicta saluatoris imago, corã qua procumbens orabat, edita uoce, sanguis, ait, iste sit tibi in signum. Mira res et cuiq; uel ethnico stupescenda, continuo prosiliit de loquentis latere sanguis, quo et facie et ueste inspersus est orans, quiq; nulla potuit, nisi longo temporis spatio, dilutione deleri. Eius insuper sanguinis guttulæ aliquot in eius labra defluxere, quibus ita edulcatus est eius animus, ut ex ea die semper optarit dissolui et esse cum Christo, Propinquante demum tẽpore quo carni concedere debuisset, uisus est illi aperte Redemptor noster Iesus, cum Virg. matre una Diuoq; Dominico ac diuo martyre Georgio, iubens et inuitans uti a d promissam illam cœlestem fœlicitatem intra diem octauũ capescendam se compararet, pollicitus insuper affuturum sese cum eodem comitatu, in ipso mortis discrimine. Quo nuncio accepto, quã fuerit eius animus exhilaratus, non facile dixerim, Octauo itaq; die, quum iam mortis cõfinibus proximus fieret, sacro, ut est moris, oleo perunctus circunstantibus plurimis cum religiosis cũ secularibus, qui salutandi hominis gratia fræquẽtes aderant aquam allatam e puteo crucisq; sigillo signatam in nigrum uinum, et optimnm illud quidem, uel tertio conuertit, Ex quo et iacens ipse, et astantes omnes bibere. Sed hora tandem extrema aduentante, ecce subito uisus est illi iuxta promissum, Dominus Iesus cũ cœli regina, diuisq; Dominico ac Georgio, quos ut uidit gratias illis dicens, tãto perfusus est gaudio,

Art. Miracula B. Iacobi.

De ueste.

Art. Miraculũ de sanguie saluatoris.

Miraculũ in ultima ægrotatiõe

ut mirarentur qui aderant omnes. Hortatis itaq; filiis ac fratribus, ut mu/tuam charitatem sedulo tenerent, ut precibus frequenter insisterent, ut ani/mi humilitatem nusq̃ desererent, sanctiss. Deo spiritum reddidit. Quumq; ut nostri moris est, fratres omnes mœrentes astarent, patris animã altissimo commendantes subita uox, incertum unde, insonuit. Nolite Deum pro ui/ro hoc sancto rogare, sed magis pro uobis illum rogate. Eo autem die quo carne solutus est, uisus est aperto et manifesto matronæ cuidam apud urbẽ ueterem. Cuius et ipsam die delictorum confessionem in ea Ciuitate audi/uit, et euidentissimo signo comprobatũ est eũ ipsum ibi apparuisse. Fuit au/tem fœlix illa dies, qua animam fudit, ea ipsa qua et sanctissi. Virgo deipa/ra cœlestia regna conscendit. Annus uero tunc agebatur ab eiusdẽ uirginis fœlici partu supra milessimum et trecentess[imum] primus. Post aliquot uero menses quum sacrum corpus e terra ubi defossum primo iacuerat leuatum esset ĩtegrum adeo et incorruptum apparuit, ac si uel ante horam sepultum fuisset. Cuius rei tot pene fuere testes, quot habuit homines Ciuitas ipsa Me/uanien. Leuatum itaq; paruo sepulchro marmoreo conditũ est. quod deus opt. plures iam annos euidenti miraculo seruo suo pararat. Ostendit autem pientiss. deus quãti apud se meriti fuisset sanctiss. uir Iacobus, miraculis quã plurimis et stupendis operibus, cum ad eis sepulchrum tum ad aliam quãuis eius ĩuocationem mirifice factis. Singulari uero priuilegio donatus probat ut Ramicosi quicunq; siue, ut uulgo dicunt, herniosi eius meritis opem sibi cœlitus adesse sentirent. Ex eorum uero prodigiorum innumerabili prope/modum numero, quibus Deus omnipotens sancti sui sanctissimam sancti/tatem testatus est, pauca summatim adscribere libuit, pro eius gloria et lau/de, qui in sanctis suis semper est mirabilis. Vir quidam diui Iacobi conterra/neus filium quem unicum habuit, secundo sub molẽdinarias molas rapido flumine mersum, eius meritis et oratu sospitem secundo recepit. Quem po/stea in rei memoriam ordini prædicatorio addixit. Aliud quidam penitus si/mile in ea ipsa Meuanien. Ciuitate sanctiss. uiri interuentu, alio tẽpore deus opt. fecit. Viri sancti præsidio. Matrona quæpiã simul cum paruulo filio e uilla rediens ab fero luporum ĩcursu tuta fuit. Ouiũ gregem noctu absq; custode in sylua uagantem ab lupis quattuor impetitum integro numero, pastor recepit. Coorta aliquando in uicino Meuaniæ oppido, quod Gual/dum appellant, seditione, forte Iuuenis quidam sagitta in gutture ictus est, quo uulnere accepto ĩtra uel duas horas morti cõcessit. Quũ itaq; defuncti mater beatum Iacobum ex intimo cordis affectu ĩuocasset ilico reuixit qui mortuus fuerat, dixitq; uitæ se restitutum suffragio uiri cuiusdam ex ordine ꝓdicatorio. Moxq; uisi sunt in ea domo ubi hæc agebantur duo uiri ex or/dine eodem, qui iuuenem matri incolumen reddidere, ipsiq; iidem eo profe

Obitus B. Iacobi.

Vox.

Visus ẽ B Iaco. post obitum

Quo tẽpore decessit.

Att.

Miracula post obitũ Iacobi.

Att.

cti ubi sæuiebat animis ignobile uulgus, tumultum illum omnẽ composue runt, et nusq; dehinc uisi sunt. Vir quidã inopia laborãs adeo ut relicta uxore ac filiis, ultima desperatione ductus erronem agere proposuisset, sancti huius inuocato suffragio, subito diues adeo euasit, ut omnem decetero uitã cũ omni familia et copiose et honorate uiueret. Iuuenis quispiam fulginas immerenter damnatus ad suspendium urgebatur, Is quum sese uiro sancto deuouisset, non ipse modo sed et alii complures qui cum eo custodiebãtur cõfestim libertati sunt restituti. Possent nihilominus alia nõ parũ multa, quæ sanctiss. uir Iacobus mirifice gessit longo sermone narrari, sed paucula hæc in præsens attigisse sat fuerit, in eius laudem, cuius nunq̃ abbreuiata est manus, Cui laus et gloria debetur in secula sempiterna. Succurrit inopi

Sebastianus Flaminius. D. Alberto Albergato Bononiensi Patricio Patrono. S. D.

MOS fuit antiquitus omnium, quos impræsentia norim, priscis illis catoribus omni in re per q̃ simillimus, cum quis pedestrem, equestremue ignotus orationem composuisset, ut gratius, fauorabiliusq; legeti opus suũ sese offerret Mecœnatem sibi aliquem, cui id dicaret, eligere, Qui si ex oĩbus eligendus esset, quem tecum conferre possemus, nõ haberemus. Accipe igiẽ beati Ambrosii uitam, quam Leandri Alberti prædicatorum sectæ uiri celeberrimi nutu latinam fecimus, quæ rursus te auspice maleuolorũ clades nõ formidabit. Vale. iiii. Idus Quintilis

B. AMBROSII SENENSIS OR. PRAEDIC. VITA PER SEBASTIANVM FLAMINIVM FOROCORNELIENSEM. ARTIVM PROFESSOREM EDITA.

SICVTI ALta, miraq; dicenti materia offertur, ita qui enarraturus est maxime igenio ac sensibus intellectui deseruiẽtibus(ut iudico) debet pollere, præsertim cũ nõ mira tantũ, et alta, sed diuĩa magis atq; humanas uires excedẽs, ea sit materia. Cũ igiẽ celeberrimi ac prorsus diuini huius uiri uita nob̃ enarrãda sit oblata, onus ꝓfecto humeris nostris minime accomodatũ, sanctissimi hoĩs huius ope enitemur gesta, ac animi sinceritatẽ exarare. Senis ergo oriũdus e Sãsedonũ nobilissima stirpe originẽ trahẽs Ambrosius, patrẽ habuit Bonataccã, ꝑclarissimieq̃tis Deodacti filiũ matrẽ e Siribeliorũ ãtiq̃ssima sobole, cui Iustina nomẽ fuit. Hæ ambæ familiæ nequaq̃ Senis, aliq̃bus ĩferiores patriã gestorũ fama illustrabãt, et maxime uictoria sæpius aduersus turcas parta. His familiis natus est Ambrosius enormi quidem membrorum habitudĩe, quo eius futura sancti- Bonatacca Iustina.

tas miraculosa prorsus mutatione apertius manifestaretur. Stabant brachia corporis lateribus compacta. Nulla præterea iter crura ac coxas erat proportio, niger facie, ac plurimum obscura, et utiq; enormi. Natus est autem Anno. M. CC. xx. xvi. Cal. Mai. Tunc præcipue Iustina mater miro afficiebat dolore, indiesq; magis dominum deum precibus exorabat, patientiam sibi doloris tāti uellet dare. Aberat tunc cum natus est puer, Bonatacca genitor, anteq̄ tamen is reuerteretur (sicut dicemus) sanatus est, Qui quidē enutriendus cuidam nutrici apud Romanam portam cohabitanti, est traditus. Hæc cum forte quadam die, ulnis infantem in ostio domus stans haberet, illacq; pertransiret, quidam (ut aiunt) peregrinus, iam senio confectus, uiso infante cœpit, eum mirari, nutrix hoc uidens Ambrosii faciem confestim suparo cōtexit, At peregrinus alioquī deo afflatus mulier īquit, ne pueri istius faciem contegas, Is enim totius Ciuitatis huius erit decus. Cum autem esset anniculus, consueuerat eum ulnis gestans nutrix diuæ Magdalenæ templum adire, quod sectæ prædicatorum fratres inhabitant, ubi tabernaculum miris profecto sanctorum reliquiis refertū existit quibus semper genua cōsueuerat flectere, proq; puelli sanitate, deum orare, dein in alteram ecclesiæ partem secedebat, ibi infans iugiter plorabat. Cognitum est etiam ubi non multum ab erat a tabernaculo, lachrymas nunq̄ effundebat. Hoc ītellecto multi e fratribus atq; templo uicinis animaduerterunt nutrice delubro egredi uolēte, statim large infantem cœpisse plorare, fixusq; oculis, ingentes uagitus, tabernaculo inhærens omnibus admirātibus, efferebat, iubentibus uero, qui aberāt, nutricem reuerti ad tabernaculum, mox infans manus antea contractas, duplices ad sydera tendens, ter nomen Iesus īclamauit, inde magnus gentium factus est concursus, præsertim, hanc ob causam diuinitus enim hoc fratres euenire cognoscentes, fasciis euolui curauerant. Mirum profecto. uiderunt cuncti, qui aderant, crura olim coxis alligata, statim extendi, et faciem identidem olim obscuram ac omnino enormem et deformatam nitere singulari uenustate maxima cum omnium admiratione. Itaq; omnes una huius miraculi declaratione Deo gratias agentes cœlum usq; uoces effundebant. Cucurrit mater, cucurrere propinqui omnes præ lætitia gestientes, et pro tāti miraculi munere Deo gratias egerunt, Iis peractis puerum domum magna, cū fœminarum, tum hominū caterua reportauere. Vbi uero tantæ rei fama uagata est, tota ciuitas ingenti affecta est gaudio, nullusq; fuit, qui elemosinas nō faceret, siue orationes nō effunderet. Crescebat indies magis Ambrosius, formosiorq; fiebat, et eius uita sāctior ac honestior ab oībus habebat. Itaq; pegrini uerba ueritatē sortita sūt. Vt aūt assolet tāti miraculi fama p uicinas diffusa urbes effecit, uti studio uidēdi pueri senas, ꝯplurimi accederet, cū uel eiꝯ ꝯspectū religiosæ ueniret ꝑsonæ, si iacebat lætus surgebat, ac ridēs utq; cō

Att. Fœdā Ambrosii formam cum nascitur

Peregrini uaticiniū.

Instaurant miraculose A. mēbra.

Att. diligenter

plecteretur brachia extendens. Si uero sinu gereretur caput ter, quaterue in/clinabat, quoad cognosceretur moueri ut eos uenerraretur. Præter hos, qui/cunq; ad illum accederent, solebat alioquin grauis inspectare. Aliud quoq; signum futuræ claritatis dabat, quoties enim libellum uidebat aliquem, qui bus poterat signis monstrabat se adeo discupere illum manu habere, ut ge/nitrix piissima nequaq̃ horas canonicas in eius conspectu posset perlegere, adde q; usq; ingentes effundebat uagitus, donec manu librum non habuis/set, eo habito inuoluendis chartis, inspiciendisq; mirumimmodum lætaba/tur. Ea uidendorum illi inerat librorum cupido, uellent nollent singulis no ctibus parentes cogerentur e lecto surgere, et librum illi ostenrare. Hoc unũ ipsis demulcendi pueri remedium dabatur, Bonaracca (sicuti parẽtum mos est in rebus præsertim honestis filiis morem gerere) cumplures libellos cura uit pingendos, in quibus uariæ hominum imagines militum doctorumq; et equitum insculptæ fuerant. Econtra unum tantum pingi iussit, ubi reli/giosorum diuersa inspiciebantur simulachra uolẽs omnino experiri nec ne picturis sicuti litteris et equitum, seu magis religiosorum imaginibus delec/taretur. Attulit ergo libellos equitibus et doctoribus insculptos, quos quidẽ omnes naso suspendit, ubi uero libellum diuersis raligiosorum simulachris inspexit, intentus et libenter, plurimum quoq; animo anxius considerabat, Euenit ut senis ingens orıretur pestis, hanc ob rem (quemadmodũ oppida/ni euitandæ gratia mortis consueuerunt) quasi omnes deserta patria epidi/miam uitantes, ad uillas se se receperunt, ubi quotidie pueri, qui aderãt, una cum Ambrosio sese congregabant, sibi quisq; aut casas. (ueluti mos est pue rilis) aut opidũ aut arces ex limo, et huiusmodi genus cõstruebant. At Am/brosius altaria crucibus supra positis, dein lotis mãibus, supplices flexis geni bus ad cœlum tendens altare suum uenerabatur, quod iditium fuit manus suas in sacrificio altaris fore exercendas, in cuius enodatione maxime excel/lens tractatum aureum composuit, Septem iam natus erat annos, quando grammaticam callens, ueluti etiam in operibus misericordiæ istructissimus, quoscunq; in triuiis mendicos inuenisset sese ut apud eum reciperent, roga bat, cuiq; panem se daturum promittens. Vix præterea nonum attigerat an num, cum uigilias sanctorum ipse quorumuis cœpit ieiunare, et ieiuniorum nocte e lecto surgere, genibus similiter flexis omnipotentem cõtemplari. Sa/cerdoti crebro peccata confitens, ab iis legem Christi edoceri ualde cupiebat conciones in primis frequentans. Quanta hominis huius profecto cœlestis extiterit charitas, cumplurima manifestant nobis exẽpla Et quia lex christi maxime super charitate fundatur, hanc obrẽ ĩ illã plurimũ ꝓnus erat, A p̃re utpote ditissimo, ut quolibet sabati die ad numerũ quiq; ꝑegrinorũ hospi tari posset ĩpetrauit, iisq; cibũ bis dare, sũmãue numorũ quãdã ꝑ q̃libet uice

Signa futuræ uitæ. A.

Attẽde diligenter.

Opus de sacramẽto ꝑ Amb. confectum.

Vita, Bea, Ambrosii ĩ pueritia.

elargiri. Die ergo sabbati quolibet urbis portam, qua barbaris ingressus est peregrinis, consueuerat petere, et ex iis, qui stipem errogarent, quinq; eligebat, eos patris domum ducens secum. Solus quæ forent illis necessaria ministrabat, Primo ad unum omnes decalcians, cuiq; ad formam Christi pedes

Att. Ambrosii charitatis opa i erge nos.

lauabat, et cum opus esset caligas et huiusmodi genus abscissas suit. Tanta fuit istius mansuetudo. ut etiam cum dormitum irent, manibus suis omnibus uestimenta uellet detrahere. Mane tempestiue, ut e lecto surgerent, seq; pone sequi a longe iusserat, ne aliqui quod ageret scire possent, omnes adiens ecclesias, postremo audita missa, iterum cibo saturatos demittebat. Gaudeāt ergo pii et charitatē colētes, quæ iprimis Christo est accepta. Hic enim cum dudum in prædicatorum secta permansisset, quotidie quantum esset grata Deo elemosina, cæteros alloquens fratres, complurimorum exēpla solebat afferre unum præsertim de se scitu dignum attulit, quod agens adolescētiam illi cōtigerat, nunq̄ amplius a se proditum. Is die sabbati quadam quinq; peregrinos fuerat hospitatus, nocte uero, quæ secuta est, uidit, audiuitq; angelos quīq; suauissimos canentes in charitatis laudem uersus,

Att. Visionem Amb.

una Ambrosium ad modulādum prouocantes, modulansue et ipsæ præ nimia lætitia experectus est. Nec quieuere tamen angeli ipsum ad cantum conuocare, inquientes sequere Ambrosii modulos nostros, is aliquantisper magno cum gaudio quod fuerat iussus effecit, in fine præterea uocem audiuit dicentem, En Ambrosi uisunt te peregrini, quos tu magna cum mansuetudine fuisti hospitatus. His dictis euanuerunt. Mane confessorem uersus, ut illi rem huiuscemodi aperiret, iter arripuit, sæpius ac multóties conatus rumpere uocem, ne uerbum quidem unq̄ exprimere ualuit. Sensit Ambrosius hoc nutu Dei euenire, ne in præsentia miraculū hoc proderet. Idem cognouimus in concione sua expressisse non tamen sibi, sed alii afferentem contigisse. Ita cordi uiro huic sanctissimo charitas inerat, ut quolibet Veneris die consuesceret carcerem publicum adire, perconctans nec ne mēdicus quis esset inclusus, cui deesset uictus. Si quem inuenisset, parentū cum licentia, quā to poterat occultius quater in mense ei ministrabat, certam quandoq; etiam pecuniæ summam elargiēs. Alia quoq; in re huius effulsit charitas, solebat quolibet die dominico, scalarum ad hospitale prandii hora sese conferre, ac mendicis (cum adhuc esset in monasterio) ægrotantibus una cum seruorum multitudine escam porrigere, illos fronte solans hilari. Nec eius cura inuestigandis pauperum egrotātiū tabernis defuit, uisens quos inuenisset, uictuiq;

Att. diligenter

clam necessaria iis a patre curans iportari. Quid de aliis loquar? quos ubi calamitatibus afflictari cognouerat, uerbis eos ita blādis solabat, ut nunq̄ ab iis discederet, quin aīo prius lætos, ac si forte contentos esse dicerent iniurias discordiasq; priuatas dexteritate q̄plurimas sedauit, uiduas, pupillos q̄cūq;

in ciuitate foret legibus defendi, uirtutibus imbui dabat operam. His præcinctus animi dotibus, uirginitatem imprimis conseruandam et ab omni lasciuiæ labe constanter semouendam, fortiter ue contra mundi illecebras resistendum fore statuit. Tāta equidem hominis huius ciuitatis totius erat expectatio, ut quilibet bonus Ambrosii consuetudine filios uti maxime cuperet, Sæpius cumplurimi ex primoribus iuuenes, qui passim eum sequebātur, tētarūt (ut assolet) ad uenationes et choreas perducere, et hoc ꝓpinqui similiter, Verū quia suapte natura is a uoluptatibus et deliciis semotus erat humanitate quadam, ne dedignari (quod maxime abhorrebat) uideretur effugiebat. Euenit ut affinis nuptiæ celebrarent, quibus interesse abnuerat neue iis interesse cogeretur, portam, qua Florentiam itur, diui Michaelis monasterium a Chartusiēsibus inhabitatum, ut peteret, est egressus, Cui senior e prædicatorum secta obuiauit, hunc dæmon induerat habitū, qui ubi stipem habuit erogatam, hic mecum Ambrosi inquit siste gradū, meisq; uerbis quoad ab itinere quiescam aures adhibe. Miraberis cū e meo audies sermone, uti tui ipsius gesta animūq; norim, et eo magis fidem meis uerbis adhibere debebis, quæ non nisi dei nutu a me dicentur. Falleris fili si te magis deo gratum ꝙ æqualium consortia ꝙ saltationes, et huiusmodi uitas, fore arbitraris. Is enim altissimo gratior est, qui constans ac magnanimiter contra animæ pericula quotidie pugnat, q̄ qui uitam in tenebris et ab omni hominum cōsortio semotam agit. Nec illa te cœlestia munera rearis posse adipisci, ni prius contra iniquas dæmonis fallacias certaueris. Si enim sæpius cum formosis puellis iuuenumq; caterua in choris, ac uenationibus fueris conuersatus, et constanter appetitui fueris dominatus, ita equidē existimo te deo posse gratū fieri. Incidis in superbiam, et de te omnes mussant dum nuptias cognatorum, cōsuetudinem iuuenum, qui te uenerari discupiūt, subterfugis, Multa quoq; ꝙ matrimoniū a deo constitutum fugeret, ꝙ ue perpetuā uellet uirginitatem conseruare obiiciebat. Nō ex iis unū esse inquiēs, quos ab æterno deus elegisset, subiūgēs delictū nequaq̄ cōmissurū ingens, siquando aliqua cum puella rem haberet. Quod ubi uerbum Ambrosius audiuit territus sibi crucis signum fecit, et retro semper inspectans cœpit fugere, Nec prius destitit, q̄ dæmonē cognouit euanuisse. Iam iam concito cursu ad monasterium anxius et semimortuus peruenerat, quem ita deterritum conspicati patres illi, studio cognoscendi quod nā perpessus foret scitari cœpere, Cum celaret factum Ambrosius, eo magis quid illi accidisset scire discupiebāt, Precibus demum uictus, maxima cum omniū admiratione, rem omnē enarrauit. Verum illud unū, quod a dæmone dictū fuerat, in superbiā incidis, Ambrosii animū excruciabat. Igit̄ sic anxius alte cœperat dormire, cū uocē hanc in aure prolatā audiit. Ambrosi ne amplius

Att. expectationem oīum de Amb.

Att. Vafritiā dæmonis ut Ambrosiū deciperet.

o fallax hostis.

Att.

Act. angeli uerba. dæmonis uerba uereatis, Nullibi.n.deus tibi nõ defuerit, Somno experrectus utiq; ab aliquo patrũ illorũ uocẽ credẽs emissam, sciscitari nec ne eorũ quispiam fuisset non desistebat. Quare coniecerũt omnes ab angelo dictũ emanasse. Locus est ab urbe Senarũ tribus distans milliaribus diui Augustini secta inhabitatus, quem petens Ambrosius siluis undiq; circũdatũ uocem percipit lugubrẽ et mirũimmodũ flebilẽ, Motus pietate iter eo dirrexit, Vbi puellã forma honesta reperit uestitu indutã masculo, ac aliã secũ adolescentulã trahentẽ, Quas postq̃ cõspicatus est, iter denuo ad locũ constitutũ dirrexit, Optestãte ut audiret, eum puella, sistit gradũ, querulã cõmiserans lamentationẽ, quæ sic orsa est. Credo equidẽ meis precibus omnipotentẽ flexũ esse, qui te ad hæc ora perduxerit, mentiens primo se a nobili Senarum familia trahere originẽ, quã fratres cõiugio magis, q̃ religioni natam monasteriũ ingredi uoluerint, quãobrẽ inquit ab iis masculũ induens habitum mane hoc aufugi hanc identidẽ, quã cernis adolescentulã blandiciis e proximo illexi uiro, ne, quoad ducem mihi inuenirem, ego incomitata forẽ. Velis igitur rogo totum diem me uel biduũ ad summũ, ne in aliquem facinorosum hominem nolẽs incidere, comitari. Ad hæc ille, si uera est inquit spes, quam in altissimo deo collocas, nusq̃ aberit, et iter tuũ, quo secura gradieris, dirriget. Q đ tibi sim comes dedecet, uerũ ꝑ uiribus enitar, ut aliquã tibi matronã bonũ seu aliquem uirum, qui te socient, inueniam Abeuntem extemplo usq; est secuta, donec eũ laciniis cõtinuit. At tũc maxime expauit Ambrosius dæmonem, (sicut erat) esse ueritus. Itaq; facto sibi crucis signo, et Iesus nomine inuocato infernalis ille cerberus euanuit. Totus anxius ac semimortuus, deo gratias infinitas agẽs, restitit. His de causis a iuuenum consortio indies magis fiebat semotior, religiosorũ, quos præcipue integros uitæ nouerat, utens dũtaxat familiaritate, Quod ueriti parentes fore in religionem ingressus initium, quibus poterant modis eius animum a tali sententia conabantur remouere. Artiũ, et sacræ theologiæ studiis, ubi grammaticã didicit, toto animo uacabat, quæ ut desereret, ad aliaq; animum appelleret, maxime primo persuasere. Tentarũt etiam e formosissimis puellã uxorem dare, Canes ad uenãdum, equos ut aleret, equalium ut familiaritate uteret, enixe quærebãt, Quæ quidẽ omnia, ueluti nullius momenti paruipendebat, tantæ efficaciæ utens rationibus, ut parẽtes, propinqui, et qui in contrarium nitebãtur, quod ipse elegisset, comprobare cogerentur. Ingentẽ, Christi uerba obseruãs, uade et uẽde oĩa, et da pauperibus, numorum copiam a patre impetratam inopibus elargitus est, cumplures locans inopes puellas. Ad diem postea constitutum, primores prædicatorũ sectæ petiuit, discurrens cuiusq; religionis, et imprimis diui Dominici gesta ac uitam incredibili demum conclusit modestia, uellent in religione eum

astutia dæmonis ut Amb. falleret.

Formula uitæ beati Amb.

Inimici hominis domestici eius.

suscipere

suscipere, qui quidē omnes moti pietate, uultum manusq; duplices una extollentes, benedictus qui uenit in noīe domini, cecinere. Quod ubi cæteri sciuere fratres, ob tanti uiri prædam miro affecti sunt gaudio. Quare primo res illos Ambrosius orauit, ne quenq̃ per dies octo se ipsum alloqui permitterent, præter unum præceptorem, quem sibi traderent, quod facile optinuit Quid p illud tempus ageret scire non potuimus, nã sicuti eius magister retulit, omnia sua gesta fuerunt recondita, In ieiuniis modice uescens iugiter fuit. Peractis octo diebus præceptorem rogauit uti primores ꝯuentus nomine suo præcaretur, uellēt omnes fratres in concionem, siue(ut aiunt)in capitulum conuocare, quo facto concionem ingressus Ambrosius, flexis genibꝰ eos orauit, ut sibi omniū pedes deosculari liceret, Permittēre priore magna cum humilitate singulis pedes est deosculatus. Postea uero luculentam habuit orationē, seipsum declarans indignū a tanta suscipi religione pie queq; etiam obsecrans admonitionibus suis eniterentur Ambrosium in ea conseruare. Postremo suplex habitu in eadem concione sese induerent, obsecrauit, Quo pcepto fratres, decreuerant. n. illū publice in ecclesia uestire)dubii stetere, nihilominus illi in præsentia morem gerere statuunt. Magna ergo læticia, et suauissimis cantibus decimum et septimum agentem annum, die in qua natus est, Anno uero domini. M. cc, xxxvii. uestiuere. Aliquandiu ī religione permanserat, cum incredibili parisium petendi desyderio cœpit affici, ut sub magno Alberto ibi theologiam profitēte militaret, Voti facile est factus compos. Ommittam uerba amoris plena, quibus discedens in parentes cōsolando, studēs breuitati, sit usus, Tertio a dæmone dum in itinere eēt parisium profectutus, uexatus est. Præ nimia. n. locorum distãtia, et difficultate in itinere lassus languidusue in febrem incidit, nam ab insuetis(testante philosopho)maxime fit passio. Vicū, ubi aliquot dies quieuit, una cum comitibus in custodiam adhibitis propinquum accesserat, quo similiter heremita, quandam uici illius domum ingressus elemosynam erogaturus, peruenit, in qua iuuenem ingenti correptum febre reperiit, quem ad pristinam se se redacturum sanitatem pollicitus, manum supra ægrotãtis pectus imposuerat, cum eam succo herbæ inquinatam qui aderant cōspexere, adhibitis etiã quibusdã uerbis unius horæ spatio æger febre sanatus est, Quod audiētes Ambrosii comites heremitam a febre ad liberandum Ambrosium acciuere rati hominē fore bonum a Deo huiuscemodi gratia insignitū, Qui postq̃ uenit in conspectum, solita utens æger mansuetudine, caput heremitam læte inspectans, extulit Quē ubi uidit animo turbatus est, Hoc animaduertētes magister Odericus et una frater Dionisius, quorum tutellæ creditus erat, hilari heremitam fronte inspiceret monuerunt. At ille si mihi fidem inquit adhibebis, q̃primum febre leuaberis. Verum hoc unum moneo, si iter cœp

Act. | Toga religionis induitur. | Act. | Fallaciam dæmonis.

tum prosequeris i maius profecto malum incides, Nō itineris labore aut rerum inopia, sed dei nutu, cui ꝙ parisium proficiscaris displicet, Dein ad comites conuersus, uos inquit una cum religione uestra si hoc iter prosecuti fueritis, plurimū pœnitebit, Et denuo ad Ambrosium, equidem fili mi moneo, nequaq̄ in religione ꝑmanebis, ob id hortor te religionem deseras, teqꝫ in alicuius ciuitatis gymnasium, quod tibi magis conducet, cōferas. Diuitiis parentes abundant, quibus te foris large poterunt alere, Quare fili studia deseras cœpta legum ue toto animo sciētiam complectaris, et cum dicto super Ambrosii corpore manum extendens, retrocedas inquit Ambrosius, Soli dūtaxat deo fidem adhibeo, nequaq̄ tibi, neqꝫ uolo tuis uerbis ab incœpto desistere. Hinc in nomine patris et filii et spiritus sancti recedas, Facto sibi crucis signo, sub forma heremiti dæmon teterrimum intra camerā relinquēs odorem euanuit, quo Dionisius et odoricus humi cecidere semianimi, Accurrētes in auxilium domestici odore perculsi restitere. Compertū habemus Ambrosium nequaq̄ tetrum sensisse odorem illum qui nocte quæ secuta est, uigilans in orationibus aliquantisper in extasi fuit, Pro eius sanitate orantibus deum comitibus. Deo uisum est, ut cum reliquum quod supererat noctis, dormiuisset, mane surgens ad pristinam sanitatem fuerit redactus, ob id ad iter cœptum factus promptior. Exceptus est autē parisii fronte ab omnibus hilari (fama .n. eo usqꝫ tāti uiri peruenerat) religionis suæ fratribus ubi philosophorum theologorum ue scholas frequentans, quotidie hos uel illos (modeste tamen) lacescendo, difficillimos obiectabat, siue disputādi gratia redarguebat passus, Omnes tam docti q̄ etiam indocti obiicientis, seu respondētis, non minus modestiam, q̄ ingenium admirabātur. Quapropter plæriqꝫ scholastici amicitiam inire ac eius uti consortio discupiebāt, Quos dexteritate sibi a natura insita omnes euitabat, religiosorum dumtaxat doctissimorum disputationibus ac consuetudine contentus. Tā magna hominis huius doctrinæ admixta facundia fuit, ut ueterani, qui plurimi reperiebantur, philosophi, non satis possent admirari, qui quidem artium baccalariatus dignitatem ut assumeret enixe instabant. Attamen ob innatā humilitatē munus tale recusauit suscipere, uerum concionandi officium coactus effugere non ualuit. Iuuenis igitur admodum obmiram eius doctrinam cœpit cōcionari, cuius fama ingens hominū numerus, et philosophorū theologorūqꝫ turba ad eum audiendum permota concurrebant, Quæ etiā ita conualuit, ut iugiter philosophi et theologi ad ipm ob dubia sacræ scripturæ aut Aristotelis enodāda sese cōferrēt. Tātus ꝑterea ad ipm fuit doctorū cōcursus, ut coactus sit (cū se indignū huiuscemodi cōcursu iudicaret) a patribus suis demittendi oneris licentiam petere, quā difficulter optinuit. Dein sibi locū ab omni hominum conuersatione semotum in conuentu, nec amplius pu

Dæmō au fugit.

Parisium ꝑuenit. B. Ambro.

Quantū ꝑ fecerit i studio litterarum.

Att. Humilitatem. B. A.

blica fræquentans gymnasia, elegit, ubi cum solis fratribus disputans placide uitam agebat. At conuentus primores ne tanti uiri doctrina sepulta foret theologiam profiteri iusserũt, quod uinculo obedientiæ non potuit recusare. Ita triennium maxima cum scholasticorum tum etiam ueteranorũ fræquentia theologorum sacræ paginæ scientiam tradidit. Post hæc nutu Imperatoris, iubẽtibus idem fratribus, ad Germaniam illustrandam profectus est, Vbi aliquãdiu Coloniæ philosophiã, ac diuinã scientiam edocuit, Et postq̃ edidicit linguam crebras habuit conciones. Vnde postmodũ in Italiam a Gregorio pontifice, quem in Europam legatum misit, est reuocatus Sensit hominis huius sapientiam, sensit dexteritatem ĩ disensionibus sedandis Germania. Is.n. ante suum ex ipsa discessum, ꝙ ingentibus belli tumultibus, discordiisq; abundaret, ab Imperatore ad illos sedandos est electus. Et quia onus renuebat, prece coactus est ad eas sese conferre regiones, quas dũtaxat asperi, rudes, et utiq; indomiti homines, seu magis bestiæ colunt. Modo hac, modo illa in ciuitate, ubi bellicosiores, ac ira accẽsiores fore nouerat prædicabat. Fræquẽtarunt principes huius maxime prædicationes quẽ spiritu sancto repletum esse nouerant, Nam die quadam astante Germanorum ingenti numero, prædicationi intento, ecce spiritus sanctus sub columbæ forma p̃dicanti Ambrosio affuit, Quod conspicientes Germani, genus alioquin ĩ dei ac sanctorum miraculis pium, unanimiter omnes Ambrosiũ de constituenda cum hostibus pace tractaret, rogarũt. Ita breui firmã et stabilem inter Germaniæ principes firmauit pacem, quos similiter hortatus est ut hungariæ Regi expeditionẽ aduersus turcas tũc parãti auxilio forẽt. Cõplurimas e Germania discedens discordias, etiam priuatas composuit. Ingẽtior interim hæreticorũ ĩ extremis Germaniæ partibus indies numerus exoriebatur. Principũ igitur illorum precibus, iussu quoq; põtificis ad eos Ambrosius ad fidem reuocandos iussus est ire, Qui quidẽ libenter pro Christi fide mori haud ueritus, talem assumpsit prouíciam, Ad quos ubi peruenit, dexteritate solita, cũ principibus hæresiæ doctissimis cœpit disputare, Quorum rationes super falsitate fundatas futiles esse, ac hæreticas demonstrans esse, illos adhortabatur, nollent in tam erroneis populos rudes opinionibus continere. Verum postq̃ eos utiq; nouit proteruientes, ac sibi mortẽ, ni recederet, minitantes, maiore uehemẽtia publice cœpit prædicare, Christi fidẽ ostendens esse ueram, suorum uero seductorũ opiniones omnino falsas esse declarabat, Sese etiam si uellẽt quotidie offerens uernacula, ut omnes intelligerent, lingua publice cum iis disputaturũ, Quod ni faceret, de se, quas uellent pœnas, sumerent. Quo audito populus, qui prorsus morte eum afficere decreuerat, partim mox excandescens ad arma, partim ad eum tutandum prosiliit, Neq; tamẽ a prædicatione destitit pro Christi fide nõ dubitãs mo

Docet theologiã. B. Ambro.

Cõcionat ĩ Germãia

Att. S. sanctum ĩ forma colũbæ super B. Ambr.

Att. Charitatẽ B. Ambr.

ri. Eo magis illi, q factionis principũ nemo ꝑdibat, fidẽ adhibere cœperũt. Cõcurrebãt ĩdies ad eũ audiẽdũ maiores hoĩnũ turbæ, quos paulatĩ ad fidẽ magis atq; magis reuocabat. Flexit pſertim corda hominũ efferata, ſpiritus ſub ſpecie colũbæ iterũ dei nutu ad Ambroſiũ ueniẽs, quo cõſpecto et pdi/cantis uehemẽtia oẽs pœnitẽtia ducti ad fidẽ rediere, Hæreſiæ uero prĩcipes, e regione expulerunt. Anno ſalutis. M.cc.xl. Gregorius nonus ſenarũ ur/bem, q Federico eccleſiã infeſtãti adhæſerat, anatemate ꝑſecutus ẽ, Quod ꝑ multos annos Gregorii duricie durauit, multorũ ĩterceſſionibus prĩcipum uſi ſunt ſenẽſes, quæ nũq̃ ipsum a ſentẽtia mouere ualuerũt. Omni itaq; de ſtituti ope ſenẽſes ad placãdũ pontificẽ, tãdẽ iis uenit ĩ mẽtẽ Ambroſius cõ/patriota, quẽ ad ueniã ĩpetrãdã, optimũ rati fore mediũ, duos oĩum cõſenſu deligũt ſectæ pdicatorũ fratres, qui eũ (ĩ remotiſſimis.n.orbis partibus abe/rat) totius ciuitatis ſuæ, ac eius ſuperiorũ mãdatis inquirerent, et ad urbẽ re/pertum pducerẽt. Venit cũ oĩum ingenti lætícia, ac totius populi acclama/tionibus, Qui calamitate urbis ſuæ cognita, qũo ĩquit ego a Pontifice fra/terculus hoc ĩpetrabo, ſi precibus tot prĩcipũ ĩs flecti nõ potuit? Verũ unum illud moneo, ni prius odia ac diſcordias priuatas demittetis, uos nequaq̃ uo ti poſſe fieri cõpotes, Quo ſermone, rogarunt ciues, ut aliquas ad flectenda hominũ corda, pdicatiões haberet, Et quia diui Dominici tẽplũ tãtæ mul/titudinis haud quaq̃ erat capax, ĩ platea ante ipſam eccleſiã pdicauit, Paucis igit admodũ cõcionibus ſuis ſpõte ſua, familiæ ĩter ſe diſidentes pacẽ iniere. Rogationes ꝑterea nõnullas iuſſit fieri, quibus pactis, iter Romã uerſus arri puit, Quo ubi ꝑuenit, ĩgreſſum ad põtificẽ petẽs, quia uitæ ſanctimoniã, et admirabilẽ hominis doctrinã pontifex ſæpius audierat, ſtatim ĩtromiſſus ẽ. Aderãt forte una cũ pontifice nõnulli cardinales, cũ ĩ cõſpectũ uenit Amb. e cuius corpore mox ĩgens ſplẽdor, totã irradiãs camerã emanauit, uerũ fo/re, quod ſæpius de Amb. ſcítate audierat. cernẽs cũ cæteris cardinalibus extẽ plo ſurrexit, ne uerbũ quidẽ adhuc Ambroſius fecerat, cũ fiat, ĩquit Grego/rius, tua uolũtas, Ad hæc Ambroſius, mea, tua etiã ſit uolũtas, ut tuus Senen ſis populus pœnitẽtia ductus anatemate liberet. Tunc uere ait ad Cardina/les cõuerſus põtifex, hic dei ſeruus ẽ, et a deo miſſus, Fiat igitur quod cupis et data benedictione priuſq̃ Roma diſcederet, ad ſeſe reuerti iuſſit. Nuntio abſolutionis Senẽſes audito, plurima ſpectacula et rogationes, hic ĩde ignes campanarum ꝑterea tinniens ĩcredibili oĩum gaudio executi ſunt. Singulo quoq; anno die, quo urbẽ ĩgrederet rediẽs Ambroſius brauiũ ab equis cur rendũ decernũt, quod deĩde ad eius diẽ mortis tranſtulerunt. Miro interim Gregorius afficiebatur dolore, et ingẽtibus agitabatur curis, q in expeditio ne aduerſus turcas parãda, a Federico imperatore foret deceptus. Nã ob rẽ ad ſe Ambroſiũ cõuocat, quẽ ad epiſcopatus illum primo ſe, dein ad maio

Attende.

Mittitur a Senẽſibus orator ad pon. max.

Quãta ueneratiõe a pon. ſuſcipitur.

Decernit brauium a Senẽ. ĩ die B. Ambr.

rem promoturũ(ut aiunt,dignitatẽ pollicetur si in tantis,totq; erumnis si/ bi uelit auxilio esse,Quæ omnia humiliter recusans,optulit se, i beneficiũ ecclesiæ,et Christi fidei præsto eẽ,quodcũq; onus subire.Rogauit igit Am brosium pontifex,ut in Europam ad suscitandos cõtra turcas principes,p/ ficisceretur.Quã quidẽ prouinciam,uinculo obediẽtiæ astrictus,hilari fron te suscepit,Qui dũ in itinere esset,dæmon,cuius nunq̃ cessant insidiæ, eum denuo fallere tẽtauit, Cui peregrinũ induens,in uia obuiãt,Siste aliquantu lum hic,optime uir gradum,tibi.n.quæ nequaq̃ displicebũt.enarrabo.In/ de igitur remotis arbitris peregrinũ sic locutum accepimus.Ambrosi tena/ citer nimis erroneæ huic opinioni tuæ inherẽs,uides.n.q̃ turpem christiani uitã agant,et quantum a turcis.deuincatur,qui indies magis,quod reliquũ est terræ sanctæ nituntur capere.Hoc nulla alia de causa contingit nisi pp ter ipsos christianæ fidei principes,et maxime religiosos,Tu igitur non so/ lum episcopatus dignitatem non affectas uerum quantũ potes,eam fugis, Satis in quacũq; pontificũ electiõe,quæ nascãtur discordiæ nosti,ob id ma gno temporis spacio apostolorũ sedes uacua existit.Equidẽ uti tantæ tibi p tinaciæ det ueniam deus,non uideo:posses.n.multa.quæ in dies accidunt, mala,christianæ fidei ingenio præuidere.Quotidie hinc inde ad sedandos, seu ad arma principes suscitandos,mille subiens pericula uitæ discurris.Non ne uides,si occideris,quanto dedecore tua afficietur religio. Multo magis christianæ fidei cõduceret,si ecclesiæ regimini uacares.Breui equidẽ ad põti ficatus fastigiũ deo dante efferreris,et ita religionẽ tuã illustrẽ redderes.Am brosius peregrini discursu percepto,nec ne deo ita uolenti is talia foret locu tus cogitabat.Attamen illi animus erat incontrariũ,ob inquietẽ,et assidua aiæ picula,quæ religiosi assidue icurrũt. Vrgebat aliquãtulũ pegrini ratio nes adductæ,quãdo dominũ deũ orauit,ut se uoluntatẽ suam exequi doce ret,et a dignitatũ cogitatione liberaret.Dein ad peregrinũ,omnis actio mea a deo est,Neq; in me procurandi ulla inest facultas,Deus est,qui in hunc orbem effectus omnes producit,Si hoc tu Dei nutu suades et hortaris, quod sibi placebit me illud docebit,Si hucusque erraui, spero illum meæ ignorantiæ miserebit. Tu ergo deo fauente iter tuum prosequere. Com/ modum loqui desierat,cũ peregrinus maximo cũ Ambrosii stupore,fratri/ bus etiã qui una erant,admodũ territis,euanuit,Tũc inquit Ambrosius, ne timeatis fratres,Deus.n.multoties me ab huius ĩsidiis liberauit,Hic erat dæ mon mihi struens insidias.Multiformiter etiã cõpertum habemus alias ue xatum fuisse,qui assiduis ieiuniis cõstanter dæmonis fallaciis resistit.Multis prius exanelatis laboribus,tandem in Europam prædicaturus peruenit,Vbi multos excellẽtiss.doctrinæ uiros ad prædicandum eo a Pontifice missos re periit.Tantus fuit numerus,quẽ excellẽtes illi prædicatores ad arma aduer/ sus turcas concitarunt,ut nunq̃(ausim dicere)maior antea in eos sit concita

Dæmõ callide agreditur .B.A.

Attẽ. Hostis fucata uerba

Responsio B.Ambr.

tus inde iterum Romam reuersus ab Innocentio Gregorii successore triennium Romæ theologiam profiteri iussus est. Scholæ nãq; assiduis Federici bellis theologorum in Italia defecerant, iterum duce Ambrosio doctissimæ surrexerunt. Anno Salutis. M. cc. lxvii. Corradinus Corradi sueuorũ principis nepos, et imperatoris cõsanguineus a Gibelinis aduersus Guelforũ factionem uocatus, ingentibus copiis i Italiam uenit. Qui etiã in ipsis belli agitationibus contra Clementem pontificem. iiii. bellum gessit. At Clemens in Corradinum accensus, ita anatemate, armisq; in illum inuectus est, ut uellet nollet ad misericordiam Clementis coactus sit confugere. Quã Ambrosii precibus, dicente astantibus pontifice, non ipse locutus est, sed spiritus in eo, optinuit. Iam iam pernitiosissima, Innocentii qnti tẽpore inter Florentinos, et Pisanos, et Ianuenses, et Venetos terra mariq; bella surrexerãt, ut ue optimi munus est ducis subditos in pace continere, Innocentius ad hæc bella cõplurimos legatos sedanda miserat, quos inter Ambrosius pontifici, ob uitæ sanctitatem, et admirabilem doctrinam, acceptus, ad Florentinos legatus missus est. Hominem Florentini maximo cum honore excepetunt sperantes huius intercessionibus ab Innocentio excõmunicatione a Gregorio prædecessore lata, sese absolui posse. Qđ ab Innocẽtio petiit, ut facilius Florentinos a tanti belli æstuatione aduersus Pisanos, et gibelinorum factionẽ posset retrahere, id uero facile impetrauit. Captiui prædicatiõibus suis primo utrinq; dimissi sunt, dein fœdus inter se percusserunt. Studebat præterea, Ianuensium, Venetorumq; discordias una cum cæteris legatis componere, q̧ breui effecissent, ni tam cito Innocentius occidisset. Cõplurima de eius humilitate possemus afferre, quæ, ne nimis prolixi simus in præsentia ommittemus. Multa diuini huius hominis sanctitatem, miracula manifestant, quæ i prædicationibus suis uisa sunt. Illud imprimis, quod frater Vincentius eius comes, multiq; religiosi, et una cõplurimi astãtes, uiderunt non omittam. Cũ. n. prædicaret totus ita spiritu sancto erat repletus, ut bis omnes ii in aere eleuatum uiderent. Quo conspecto stati flexis genibus magna cum lachrymarum effusione, Iesus Iesus dominus noster sæpius inclamarunt, et ubi populus ex istorum uerbis miraculum huiusmodi percepit, lachrymas effundens eadem uerba inclamabat. Aliud præterea illi inter prædicãdum euenit signum, quod a sanctæ uitæ nobili matrona nomine Fina relatũ est. Quæ cum die festo prædicationi interesset splendorem a cœlo uenientem, ac sup Ambrosii capite quiescentẽ conspexit. Qui subinde finita prædicatione rẽcessit. A fide dignis habuimus matronam Pisis oriundam nomine Bonam quo tempore in ipsa Pisarum urbe prædicabat, ingenti brachii ægritudine diu laborasse, hæc hominis ualde fræquentans prædicationes, quotidie eius sanctitati sese commendabat. Accidit, ut nocte quadam, surgente aurore, uo

Theologiã Romæ profitetur.

Mittitur legatus ad florentios. B. Ambr.

Visus i aera eleuatus bis dum cõcionaretur.

Item splendor uisus

cem audierit dicentem, Surge, et ad Ambrosii sancti prædicationem profici scaris, qui hoc in mane in diui Augustini ecclesia prædicabit, ita ægritudi ne liberaberis. Affuit statim prædicationi intenta, quæ sentiens se repente sa nari brachia ad cœlum Deo et beato Ambrosio omnibus audientibus. pro tanto munere gratias agens, extulit. Mulier quoq; Senensis cum per annū passa eēt quartanam, et maxime prædicatiōi præsens pateretur, Dominum Deum Ambrosii meritis ut sese sanaret, orauit, Quæ mox sanata ē. Nullus est, qui nesciat fœminam Senensem alia cruciatu ingēti liberatam, Hæc ad prædicationem festinans filii infantis faciem panno contectam reliquerat, quem domum rediens mortuum inuenit, maximis ululatibus extemplo ad Ambrosium reuersa est, et supplex ad eius pedes strata, orare, ut filium infā tem, causa prædicationis audiendæ iacentē, suscitaretnon desistebat, Quo audito alioquin stupidus fœminam, quia eius se uirtutis haud esse arbitraba tur, q̄ maximis potuit adhortationibus ut spem omnem in Deo collocaret, est consolatus. Quæ cū domum rediisset, Ambrosii precibus īfantem repe riit uiuere. Nec quod aucipi, cuius nomen erat Zacheus, euenit, prætereun dū censeo. Eo. n. noctu aucupante, ipsius corpus dæmon est ingressus, quē plurimum usq; uexauit, quo admonitus est, si uellet liberari, beatū Ambro sium peteret. Accidit, ut eo prædicante templū ingrederetur, alte inclamans, ubi est? ubi locorum mihi hunc inueniam Ambrosium, qui me liberaturus est? Quē ubi audiuit, atq; conspicatus est Ambrosius, statim in sacristiam (ut dicunt) aufugit, perconctās paulopost, nec ne populus adhuc ecclesia re cessisset, Postq̄ uero iussu fratrum omnes abierunt, laruatum in sacristiam perduxere, Quē ad suos sese pedes sternentem Ambrosius iussit surgere, et ante Crucifixum genua flectere. Is uero una cum cæteris fratribus flectēs ge nua summisse orauit, et surgens ter laruatum benedixit, qui mox a dæmo ne liberatus est. Ita hominis indies crescebat authoritas, ut complurimi pri cipes, uti ambrosio gratum facerent, multos diui Dominici fratribus erexe rint conuentus, iis subinde multa elargientes bona. Quas fraternitates (ut aiunt) quæ hospitalia, uirginum congregationes constituerit, et Senis ma xime, neminem latet. Multa de hominis abstinentia. et corporis afflictioni bus essent dicenda, ni nos temporis angustia prohiberet. Is enim licet labo res in studiis, atq; prædicationibus, et itinere ingentes sufferret, corpus tamē suum iugiter diuersimode afflictabat. Officii horas flexis genibus, matuti ni uero noctu in ecclesia dicebat. At diei horas in sacello suo multis sibi de inceps uerberibusq; adhibitis, dicere consueuerat. Ex quo religionē ingres sus est, carnem nunq̄ comedit, ita corpus suum assiduis ieiuniis, modice ue scens nutriebat, semper aquam modico admixtam Vino solitus bibere.

Att. Miracula p B. Ambro. adhuc uiuē te facta

Miracula ī gētia. B. A

Att. Formula uitæ. B. A.

ante matutinũ duas horas, et post matutinũ, habitis prius orationibus suis, alias duas horas ĩ palea uestitus dormiebat. Testatur frater Bernardus Mediolanensis, cuius pſertim cõsortio utebatur, dũ illũ uiseret, sæpius ĩ extasim ellatũ, cũ oraret, reperiisse. Orationes, quas pro seipso, ac pro calamitate oppressis, et huiusmodi dicere cõsueuisset, impræsentia omittã. Missam oriẽte aurora, ut gentiũ multitudinẽ, quæ ad eã audiẽdã cõcurrebat, euitaret, multis prius effusis lachrymis solebat celebrare, quoties ad cõsecrationẽ eucharistiæ puenerat totũ sudore, notarũt fratres ita pfluere, ut post eius assumptionem uix stare posset. Iam iam atrox falce fera Atropos tãto orbẽ decore parabat exuere, cũ tẽpus supuenisset quatragesimale, in quo Senis solita uehementia, et animi feruore pdicabat, his de causis nocte accidit quadã uti uim sanguinis ingẽtem ore euomuerit, et ob id eũ fratres orabãt nollet amplius prædicare, quo ad nõ foret sanatus. Quibus parere recusans, mane sequẽti tanta uehemẽtia in fœneratores est inuectus, ut finita pdicatione, cũ aliquãtisper quieuisset, maior postmodũ uis sanguinis exierit. Sensit Ambrosius sese iam ad extremũ uitæ diem puenisse, quod fratribus, et discipulis circũsedentibus, et multas effundentibus lachrymas, statim manifestauit, quos omnes etiã melliflua adhortatione solatus est, nequaq̃ eos monens, finis a se tã optati debere tristari. Finito sermone eos rogauit oẽs aliquantulũ e camera secederẽt, illum quietis causa, hoc facere autumãtes, unum dũtaxat intus reliquerunt. Tunc, flexis genibus ad dominũ, ac omniũ rectorẽ luculentissimam (sicuti accepimus) habuit orationẽ, Quã nõnulli fratrũ ostio, ut audirent, inhærentes pene totã scripserũt, cuius formulam uidere nõ potuimus. Peracta oratione eucharistiã petiit, quã is priusq̃ sumeret, magna reuerentia e lecto surgẽs, licet ĩbecillis, humi poplitẽ flexit, aliãue orationẽ habuit, qua præsentes oẽs, singultus, lachrymasue cõplurimas ↄpulsi sũt, emittere. Dein sumpto sacramẽto mẽbra denuo reponẽs thoro, cætera, quæ moriẽtibus solent adhiberi, petiuit. Tunc pcipue eius discipuli, et una cæteri fratres cũ huiusmodi cõsortio se priuari cernerẽt, in lachrymas effusi sunt, Quod ubi cõspexit Ambrosius, iterũ ad eos cõuersus hortabatur, exẽpla afferẽs sanctorũ multa, ne sui ipsius sorte ingemiscerẽt, Dein efferens caput, singulos cõplexus eius benedictionẽ rogãtes, deosculabatur. Interim hominũ, fœminarũq; ingens numerus, audita Ambrosii morte ad diui Dominici tẽplũ ĩgemiscẽtes cõcurrebãt. Plæriq; ĩ platea ante ecclesiã boni uiri cœlũ ↄspiciẽtes, nimbũ effulgẽtẽ cõspicati fuere, in cuius medio stella ĩgens, et radiosa sita erat, Cui inhærentes fixi oculis, paulatim abeuntem uiderunt, extẽplo ex is unus emigrauit Ambrosius, alte inclamauit. Tũcq; fratrũ sonos plorantium omnes audiuere. Non defuerunt puerorum presagia. Testatur. n. strenuus eques Hierosolymitanus fide, et sanctitate dignus, puerum nepotẽ tres annos na-

Marginalia: Quãtis lachrymis celebraret — Attende — Att. Deuotionẽ. B. A. — Att. Prodigia ĩ obitu. B. Ambrosii.

tum apud se in lecto habuisse, cum de Ambrosii morte certior est factus ꝙ ubi puer audiuit, mox inquit, nō est mortuus, nō, At eques, qui scis tu? Respōdit, Vidi.n.fratrem Ambrosium cœlum petisse illud utiq; uerū esse asserens. Testem quoq; infantem alium anniculū habemus, de quo frater Dionisius de sancto Geminiano Ambrosii discipulus et prædicator famosissimus scribit, Qui sese a Cella Catelani malauoltæ filia audiuisse asserit, quod etiam a multis aliis est comprobatum cum eadem die, quo Ambrosius obiit, eius domum ingressa esset quedam Ioanna obstitrix, ut sibi parienti ferret opem, periit frater Ambrosius statim inquit, At puer somno experectus ne fratrē, sed sanctū dicas Ambrosium periisse, Vidi.n.ego angelos eū ad cœlos portantes. Mortuus est anno.M.CC.lxxxv.Mēsis Martii, e cuius corpore suauissimus emanabat odor. Mine mulier Gualterii cuiusdam cōiunx iam septem menses tetano laborauerat, cuius maritus, forte cum beati Ambrosii manus deoscularetur uxorem suam illi cōmendauit, quæ similiter eodem die audita beati morte sese cōmendauerat, ita propediem est sanata. Iacobus quidam alias Georgeta testatus est, se decem et octo mēses ita surdū fuisse, ut non sine ingenti clamore posset audire qui signis quibusdam intellecta beati morte sese illi cōmendauit, et mox liberatus ē Corpus Ambrosii anteꝗ̄ sepeliretur Gianecti Senensis coniunx nomine. Tura ad celebrandas senarū pagū saltennanū nuptias petierat, ubi tabulatū ualde eleuatū cecidit, quo Tura cū altera fœmina, et homine armato sūt cōtracti Tura Ambrosii memor, e tāta ubi ruina extracta est iubente ipsa ad eius cadauer delata est, quæ membrorū, et ossiū fracturis, armato illo, et fœmina insimul mortuis, est sanata. Petrus quidā probus, alioquin homo cruri uinabulo traiicitur, urgente in dies dolore Ambrosio uouit, qui surgente die prorsus pristinæ restitutus est sanitati. Puella quoq; comitiali sanata est morbo. Puer in cuius capite apostema ortum erat, post septimum diem a medicis desperatus mortifera febre laborabat, quē mater ubi beato cōmendauit liberatus ē. Ginesca senēsis mulier iureiurando rettulit, cū ꝑ pagū sartanellū ambularet se puerū cognatū ĩ ĩgentē aquæ uoraginē cadētē uidisse, ꝓ quo statim beatū Ambrosiū, ut pueri misereret̃ orauit, qui iā mortuus mulieris ꝑcibus ad uitam reuocatus ē. Puella itē dæmonē habēs. ubi ad beati sepulchrū est delata dæmō abire est coactus. Cenninus quidā mōtepulianus noctu sues custodiēs simile felli nigrū uidit aīal, ut expelleret saxū parās ĩtorquere, māus, brachiū cū uoce ꝑdidit, sese igit̃ Ambrosio cōmēdās ægritudīe leuat̃. Turinus uero puer cū eēt cecus beati meritis cœpit uidere. Hoc idē Benedicto cuidā pogibōzo cōtigit, Ciuis senēsis noīe Bondus ab ĩcunabulis surdus, cū se beato ꝯmēdasset, audiuit. Presbyter Vētura hospitalis misericordiæ Pisis prior, cū esset paraliticus, eū beatus liberauit. Ioānes quidā e castro sancti Geminia

Visiōes de obitu.B. Ambro.

Quō tēpore.B.Am. obiit.

Miracula ĩ gētia.B.A

Attende.

ni ægritudine correptus ingēti, est excæcatus, quē beatus Ambrosius ad pristinam redegit sanitatem. Mitis mulier e sancti Egidii castro fœtum edidit mortuum, quæ cum orasset a beato illud accœpit suscitatum. Fœmina quædam nomine Rosa cetonensis uisum, ac loquendi usum, post partū perdidit, nauis præterea igne correpta ab Ambrosio liberatæ sunt. Lanfrancus perusiensis diues, et ueteranus miles hostium uincula pene inedia cōsumptus, cum sese beato commēdasset, diuinitus refracta effugit. Mulier etiam Adamas nomine calculo ingēti sanata est, Alia similiter nomine Margarita tetano, alia rursus idem sortita nomē comitiali morbo, Nereus præterea eodem morbo, et a dæmone, Helena senēsis liberati sunt. Caluarus senensis tonsor iterum factus est uocalis. Multa plura etiam miracula īuenimus ab hoc homine sāctissimo emanasse, quæ breuitatis causa sicco pede pertrāsimus, Quibus quidem miraculis Honorius Pon. iiii. motus in sanctorū referre numerum decreuerat, uerum morte præuentus id exequi non potuit. Successorē habuit Nicolaum pontificem ex diui Francisci secta. iiii. qui assiduis gibelinorum, ac guelforum insultibus, et horridis Caroli Gallie regis, item siculorum principis implicitus bellis, hoc idem perficere nō ualuit, Cui precipue cordi Ptolemaida a turcarum Rege obsessa cordi erat, Quam ubi amissam cum omnium clade audiuit, dolore confectus est. Hic Cœlestinum. V. habuit successorem heremitā, Qui deinde suasionibus Cardinalis Bonifacii pessimis, pontificatus insignia ad heremū rediens, deposuit, Quæ Bonifacius Callidus alioquin homo statim sibi uendicauit, et guelforum factionis certe princeps. Hunc Ambrosii cognati sæpius, et eiusdem sectæ fratres, ut in cœtum sanctorum asscriberet Ambrosiū, conati sunt, Quod iugiter obstinato animo nulla alia de causa exequi denegauit, nisi quia e gibelinorū factiōe trahebat originē. Multa, nullā apostolicæ sedis rationē hñs gibelinis ī cōmoda attulit, E Columnēsium. n. stirpe omnium facile nobilissima cardinales duos dignitate, atq; beneficiis non solum expoliauit, uerum etiam e tota Italia expulit. Die cinerum (uti mos est) Cum Archiepiscopus Ianuēsis accipiendi gratia cinerem sese pontifici optulisset, toruis eum inspiciens oculis Bonifacius dixit, Memento gibeline, φ gibelinus es et cum gibelinis morieris, Cui etiā cinerem ī oculos coniecit, Quo adhuc uiuente, ingēs senis orta est pestis, quæ diu durauit. His de causis, et in curia superiorum, nōdum in sanctorum cœtū est asscriptus. Quare rogamus, oramus, testamur, et optestamur uos omnes, quibus huiuscemodi cura est de mādata, ut cunctis uiribus enitamini, φ sanctus hic, nulli profecto postponendus, ī sanctorum numerū asscribatᷣ. Tu quicūq; hanc beati leges uitam siquid in ea minus q̄ deceret, bene dictum reperies, nō mihi sed temporis breuitati asscribito. Non enim nobis licuit Horatianū præceptū seruare.

Att. Miracula B. Ambr.

Att. Quare Bonifa. pon. noluit. A, iter sāctos referre.

Att. Quid egerit Bonifa. cū porche to Archie. Ianuense,

IO. ANTONIVS Flaminius Forocorneliensis Vincentio Vincentino Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magistro .S.D.

n OSTI me Vincenti iandiu clarissimo ordini prædicatorio. ĩ quo tu quidem uitæ, ac morum integritate, humanis, ac diuinis litteris, et fama clarus enites, operam præstare non illiberalem, ac pœnitendam, qui iam multorum in eo uirorum insignium uitam, et gesta descripserim, qui suo splendore non ipsum modo, quem dico, ordinẽ, Sed totã procul dubio Christianam rempu illustrarunt. Hoc autem, quod ego non tam diligenti quidem, q̃ alacri studio sedulus facio, probari tibi plurimum scio, et consentaneis tuis omnibus placere nõ dubito. Quid enim tibi, ac illis pariter euenire possit optabilius, et gratius, q̃ quod ad extollendã magis, et conseruandam celeberrimi ordinis tui claritatem pertineat? Neq; præterea uirorum illustrium res gestæ sine laude celebrantur, quarũ splendori studio scribentis multum adiicitur, Nam talium uirorũ præclara facinora nisi scriptorem nacta fuerint, qui suo stilo apte potuerit illa contexere, et commendare posteritati, tenebras potius, q̃ lumen accipiunt, et nulli, nisi qui gesserent, prodesse uidentur. Hinc factum est, ut plurimi quidem, qui maxime digni memoria erant, aut parum celebrentur, aut obliuioni sensim traditi fuerint, uel quia res eorum gestæ sordido stilo complexæ legũtur, uel quod nullũ prorsus scriptorem sortitæ sunt uitio maxime illorum, qui, cum eloquentiam cœleste munus assecuti essent, cuius operam cum omni studio maxime religioni tribuenda erat, auertere ab iis animum, et talia scribere uel dedignati sunt, uel neglexere, tanq̃ humilis, et sordida fuerit materia, in qua nec ingenium, nec stilum exercere possent, ac eloquentiam ostentare. At nobis diuersa admodum ratio Consilium tulit, ut nihil sublimius, nihil excellentius posse nos aggredi, et facere arbitraremur q̃ sanctorum dicta, et facta memoratu digna litteris mandarem, ac æterna (quantum ĩ nobis esset) efficere. Et scribendi quidem operam quibus magis debemus, q̃ deo et illis, qui Christo duce Christianam hanc nobis rempublicam, in qua si uiri sumus, fœliciter euum ducimus, constituere. Vel si priscos illos ĩ falsa religionẽ uiros imitari etiam scribendo libet, uideamus, quales sese illi erga religionem suã præstitere, quam exquisitissimo cultu uenerati sunt, atq; tutati, quam monumẽtis etiam illustrauere perpetuis, Quales item in eos fuerint, quos bene de patria, bene de sua republica meritos uiderunt, quorum memoria ne unq̃ interiret, summi scriptores maxime cauerunt. Aequũ igitur, et ĩprimis pulchrũ arbitratus homini xp̃iano, si, tanq̃ ĩgenii, ac studiorũ suorũ decimas deo p̃

soluat, animum ad hæc scribenda libenter appuli, quod bonis hominibus, ac uere christianis æque gratum, et iucundum existimo, atq; scribenti pulchrum, ac decorum esse non ambigo. Quare hoc secuti consilium Magni iam Alberti, Iacobi Veneti clarissimi uiri, atq; sanctissimi, necnon Vincentii Valentini inter rarissimos numerãdi, et proxime inclyti Veturini Bergomẽsis, qualium bone deus uirorũ, uitam conscripsimus. Nec paruo id quidem successu fecisse uidemur, quod quæ iã colidimus probari ab omnibus bonis, et doctis uiris illa sentimus. Editurus igitur beati quoq; Venturini uitã uiri summi, et omni laude ac memoria dignissimi, eam tuo nomini maxime nuncupandam duxi, ut esset nõ modo apud præsentis seculi homines. Sed etiam apud posteros perpetuum amoris erga te mei et obseruantiæ pignus, ac testimoniũ, Quã si tibi placuisse cognouero, putabo me uberem fructũ laboris, quicunq; is fuit, et amplam mercedem esse consecutum. Vale. Ex Forocornelii. xii. Cal. Iul. M. D. xvi.

BEATI VENTVRINI BERGOMENSIS ORD. PRAED. VITA PER IO. AN. FLAMINIVM FOROCORNELIENSEM EDITA AD INSIGNEM SACRAE THEOLOGIAE MAGISTRVM VINCENTIVM VICENTINVM.

GALLIAE CISALPINAE Quam iuniores Lombardiã dixere urbes situ, uetustate, numero, et claritate uirorum pleræq; insignes, inter quas Bergomum ex Orobiorum stirpe, sicut teste Plinio autor est Cato, non ultimum tenet locũ, Quæ Ciuitas admirabili copia uirorum eximia probitate ac ingeniis ad omnia pollentibus fœcundissima semper fuit, quibus hodieq; abundat, et claret. Hæc beati Venturini patria est, cui non minus claritatis contulit, quam ab ea ipse acceperit Huius nos uitam sanctitate illustrem, ac omnibus insignem dotibus scribere aggredimur. Patrem habuit Laurentium uirum grãmatica, et logica præstantẽ, Qui eas arteis multa cum laude in patria docuit. Educatus a parentibus summa cum diligentia fuit, et ab ipso genitore grammaticam, et logicam edoctus, in quibus breui tantum profecit, ut patrium munus recte docẽdo posset implere. Natura pronus ad subueniendum egenis erat, in quare cum prætergredi modum uideretur, aliquando a patre repræhensus est, Cui cum factus semel obuius in scalis esset, mira res contigit. Multa portabat i sinu panis frusta, quæ pauperibus diuideret. Interrogatus a patre, quid haberet in sinu, poma, respondit, quæ pueris donem, et aperto sinu pater eẽ poma deprehendit. Quo prodigio sic motus est puer, ut continuo monasticam prædicatorum uitam inire decreuerit, et inierit annũ agẽs. xv. Quod

(Margin: Quantus breui pfectus i litteris q pius in ægenis. — Frusta panis i poma diuinitus conuersa — Monasteriũ pdica. ingreditur Anno. xv.)

ubi resciuit

ubi resciuit pater, incredibili dolore affectus ad eum se contulit, et blandis, quantum potuit, uerbis, minis deinde, quando blanditiæ nihil proderant, et proposita illi uitæ austeritate, atq; duritia, nequicq̃ ab incepto retrahere conatus est. Perstitit in sententia puer, Quē ubi pater diu frustra solicitauit, admiratus sancti propositi tantam firmitudinem, atq; constātiam demum collaudauit, et diligenti oratione ita magis confirmauit, et incendit. D V QVIDEM FILI, Sicut animaduertere potuisti, iniquo animo tuli, ꝙ me, cum nihil minus timerem, sic repente deseruisses. Multæ quidem, et magnæ suberant causæ, sed illa præcipue, ꝙ sperabā fore, ut ætas mea iā ingrauescēs in amore, atq; in adolescentia tua conquiesceret, et te cernens magnis initiis ad uirtutem gradi, putabam ĩ summum uirum facile euasurum, qui magnũ familiæ nostræ splendorem afferret. Terrebat inde parentis animum dura nimis, et aspera uita, quā te infirma ætate, ac nimium tenera iniisse cernebā, ut putarem, te non posse diutius perpeti ieiunia, uigilias, macerationes alias corporis, et alia multa non minus difficilia his, et grauia, quæ firmis ēt annis dura nimis, et intolerabilia uidentur. Verum, quando multi iam præteriere menses, et uideo, te non solum forti animo, sed etiam alacri iugũ istud perferre, cogor nunc demum admirari consilium tuum, et laudare, ac te ĩ eo magis confirmare. Volo igitur semper memineris, qualis ille, quantusq; sit, cui uitam tuam, ac te totum tradidisti, qui cum sit omniũ pater, et rector, et iusto libramine facta mortalium penset, debes existimare, ingētia tibi pro paruis, et momentaneis laboribus, et perpetua præmia esse proposita. Nos quidem, qui maiore cum licentia uiuimus, liberiorem agere uitam, et magis blādientem uidemur, qua pellecti pleriq; monasticam exhorrent, atq; deuitant ignari, libertatem hanc nostram seruitutem esse mirificam. Quid. n. inter tot fluctus uitæ, atq; procellas? quid inter tot scelerum facies homini liberũ esse potest? Neq;. n. conditio corporis libertatem hāc parit, sed animi. Quis non commotæ mentis eum dicat liberum, quem superbia possidet? cui ambitio dominatur, qui auaritiæ, atq; omni libidinum generi seruit? et non aliter affectibus agitur, q̃ sine clauo, ac sine remige nauis solet? Libera est uita, quæ his pestibus non subiacet, qualem eorũ esse minime ambigo, qui libertatem suam deo consecrauit. Nos in medio mari procellis omnibus, et plerisq; naufragiis expositi uela damus. Vos in portu nauigatis. Quid cum uestra simile habet nostra libertas, si tamen libertas hæc nostra, et non potius infelix seruitus est appellanda? Vos uero liberi, qui in tuto agitis, qui ĩtra uestri monasterii claustra procul a curis, procul a perturbatiōibus, quibus nos assidue uexamur, tranquillum æuum degitis. Vos dies, noctesq; deo impenditis, et omnis uestra conuersatio in cœlis est. Nos diurnis, atq; nocturnis anxii curis rebus oībus deũ pleriq; postponimus. Nobis semper aliqua de cau

Oratio patris ad. Beturnū iā toga indutum obseruanda.

Att. diligenter.

ſa ſolicitis uarios metus ingerunt curæ, et rerum humanarũ nulla fides, et cer
Att. ta mutabilitas, quæ proculdubio omnem mortalibus tranquillitatẽ adimũt
et ut paucis omnia complectar liberiore uos ac tutiore multo uia cœlum pe
titis. Quæ cum ita ſint, non modo ut deficias, atq; ut incœptũ deſeras, ultra
Finis ora/tionis pa/tris. B. Vẽ/tutini te ſolicito, ſed ut in iſta ſententia multo nunc magis perſtes, hortor ac mo neo, utq; diuum Dominicum, quẽ tibi ex omnibus maxime iſtius militiæ ducem delegiſti, ante oculos ſemper habeas, ac tibi imprimis imitandum pu tes Non dici poſſet quãtopere inflammatus oratione paterna fuerit filius. Quare deinceps multo acrius, atq; etiam liberius, ꝙ ſedatam parentis longã ſolicitationem animaduertebat, inſeruiendum Deo putauit. Quod quidẽ quãto ſtudio fecerit, indicabimus. Aliqua prius explicabimus, quæ fuerunt illi ĩgenita, et peculiaria bona, et quaſi totius uitæ fundamenta iaciemus. Sũt enim inſita nobis, et innata quædam bona, de quibus tanq̃ ſeminibus uirtu tes eximiæ, ac præclara facinora naſcuntur. Mira fuit ĩ homine admixta gra
Att. Formulã totius uitæ B. Ventu. uitati comitas, eratq; grata, et ſuauis omnibus illius conſuetudo. Sermo cir cumſpectus, et parcus. Nulli difficilis, aut moroſus eſſe, ſed ſtudere omnibꝰ etiã minimis omnia gratificari. Querulus nunq̃, nũq̃ moroſus, Placidus ĩ omnes, et omnibus expoſitus, cuius uenuſtate morum, ac elegãtia nihil ue/ nuſtius, elegantius nihil. Præterea inter innumeras uirtutes tãta ꝑditus erat manſuetudine, ut non conſentaneos tantum, et eos quidem patres, qui ali/ qua dignitate uenerabiles eſſent, ſuſpiceret, ac ſumma ueneratione proſeque retur, ſed etiam inferiores, et humillimum queq; honore proſequeretur. Le ges, et inſtituta religionis, ac decreta patrum nemo diligentius ſeruauit. Si/ lentii ſupra q̃ dici queat, amator et cultor, et hac de cauſa raro alibi, q̃ aut in eccleſia erat, aut in ſuo cubiculo. Nemo ad diuinum officium magis illo im piger ſurgebat. Nemo maiore cultu et attentiore celebrabat. Voce clara ca/ nebat, atq; ſonora, et inter canendum mirifica illi ſenſa pãdebat deus. Qđ ſi erat in triclinio et cum cæteris patribus ueſcebatur, magis quidem iis, quæ legebantur, q̃ cibo corporeo erat intentus. Ieiuniis et uigiliis, et quibuſcũq; aliis poterat modis corpus macerabat, Nulli detrahere, De omnibus bene ſentire. In afflictos, et quocunq; modo perturbatos miſericors eſſe et diligẽ
Attẽde tiſſime conſolari, præcipueq; ægrotantes, et uinctos uiſere, et adiuuare. Dã/ natos perſepæ ad locum ſupplitii comitatus eſt, et diligenti oratione ſua, ut mortem fortiter ferrent, effecit. Accedentes ad ſe ob ſanctitatis opinionem,
Tactu ue/ſtimẽtorũ eius ſana/bãtur infir mi. ut ſanarentur, increpabat, et repellebat aſſerens non eam ſibi facultatem eſſe ꝙ peccator eſſet. Sanabantur tamẽ plurimi, qui ſola eius indumenta tange/ bant. Matrona quædam Bononienſis dolore ingenti, ac tumore oculi labo rabat caſu quodam grauiter icta, ad eum acceſſit, qui tum forte ĩ eccleſia cõ fitentẽ audiebat quẽpiã. Orabat illa, ut ſibi benediceret, et ſigno crucis opẽ

ferret. Recusabat ex more uir sanctissimus, et mõnebat, ut ad sepulchrũ Diui Dominici accederet. Sed ubi uidit in proposito pertinacem, facit tandem quod illa petiit, dolorq; ac tumor continuo abiit. Errantibus monitis, et p̃ceptis subueniebat mira charitate ĩsignis, gratus omnib9, et supra q̃ dici possit, amabilis, Paupertatis cultor eximius, uilissime induebatur. Nihil priuatim habere uolebat, nisi quod maxime necessarium erat. Solo uictu, et uestitu cum apostolo contentus, Siquid offerebatur, aut constanter respuebat, aut recipere coactus indigentibus erogabat. Meliora sua indumẽta cum deterioribus sæpe cõmutauit, siquem se uilius indutũ cernebat. Inter hæc pauperrime, et asperrime dormiebat in iisdem uestibus, quibus per diem induebatur exemptis tantũ calceis. Duobus annis, quibus Bononiæ ↄmoratus ẽ, nunq̃ ad ignem accessisse illum, quantacũq; essent frigora, affirmauit is, quẽ sacristam dicunt, Cum ad calefaciẽdũ se inuitaretur, dicere solebat, ego purgatorium ignem nimiũ timeo. Quare hoc præsens frigus mihi ferendũ esse statuo. Pecuniam ad longinquas etiam tẽdẽs regiones tanq̃ uenenũ quoddam uitabat, et comites, qui secũ aderant, idẽ facere cogebat. Quod si prorsus recusabant, ab illis recedebat hostiatim necessaria uictui emendicãs. Nec illi pudor erat sub porticibus, et in propatulo egenorum more cibum capere. Famis erat, ac sitis maxime, frigoris, et incõmodorum omnium patiẽtissimus. In suis autem necessitatibus, dum sic itinera faceret, diuinam benignitatem, et opem expertus est, quod patebit exemplo, quod referam. Venerat ad portum ferrariensem (Francolinũ dicũt) petiturus Venetias, sed nauta illum recusauit uehere, quia naulum nõ habebat, quod solueret. Venit mox iuuenis quidam, qui cum mirari uideret, ꝙ in ripa fluminis remansisset, operam illi suam obtulit asserens nauigium se habere optimũ, nec se aliũ queq̃ recepturũ, ac soluturum inde continuo. Quibus non cõtentus in tabernam quoq; illum meritoriã duxit, et opipare inuitauit, qui postq̃ cibum sumpsit ductus in nauim cito ad fossam Clodiam, quæ urbs .xxv. millia passuũ Venetiis distat, peruenit. Cũ de naui descendisset, et iuueni illi gratias agere uellet, et insuper ad monasteriũ diui Dominici, quod ibi est celebre, perducere, ut aliquam partem gratiæ referret, nusq̃ comparuit. Expertus est tale diuinitus auxilium sæpius, Nam et in Burgundia, cum ad quandam profundam aquam peruenisset, nec ibi pons, nec aliquod nauigii genus esset, et ad multa millia passuum oporteret retrocedere, subito nauicula quædam apparuit cum nauta, atq; ita flumẽ traiecit. Die quoq; postero, cum ad Rhodanum peruenisset, oblata est illi nauis, qua per duos continuos dies usq; Auinionẽ peruectus est. Admirabilis in eo patientia fuit. Aduersis nõ modo non frangebatũ, sed letabatur plurimum. Nihil mouebatur iniuriis, et tanq̃ benefici essent iniurii, illis cõtra benedicebat, laudare, et gratias agere. Cumq; familia-

Signo crucis oculum sanauit.

Att. diligenter.

Att.

Paratũ diuinitus nauigium.

Simile superiori mirandum.

res eius indigne ferent iniurias, quibus illũ uidebãt aliquãdo affici, et irascerentur uellentq; maleuolos, et malignos eiusmodi homines retundere, non sinebat, et illis etiã succensebat afferẽs illos recte facere, qui se plenum criminibus arguerẽt, et castigarẽt, seq; multo maioribus dignum suppliciis, carcere quoq; ut acrius sua delicta punirentur, Ideoq; solebat arguentibus sese non respondere, sed tanq̃ peccasset, culpã fateri, quicquid boni sibi, uel mali accideret, eodẽ modo æstimãs, ac diuinæ prouidentiæ totum adscribẽs. Quare neq; turbatũ eũ aliquo pacto, neq; redarguentẽ aliũ, aut excusantẽ sese q̃sq̃ uidit unq̃, et ita secutus apostoli consilium carbones in caput offendẽtis cõgerebat, et ad se amandum et colendũ cõpellebat. Præfectus monasterii Bononiensis, cui Andalo fuit nomen, qui postea prouinciæ Romanæ præfuit, et totos undecim annos patauinũ monasteriũ rexit uir memorabilis narrauit ipse iuuenẽ quẽdam inuidia motũ, et odio ingenti aduersus beatũ Venturinum exæstuantẽ uenisse ad monasteriũ cõficta secũ afferentẽ crimina, quibus apud ipsum præfectũ, et cæteros patres illum accusaret. Verũ ubi ecclesiam sit ingressus, offendisse ante gloriosæ Virginis effigiẽ orantẽ illũ, ac tantũ a terra, quanta esset picturæ altitudo sublatũ, ipsamq; picturã eũ alloquentẽ. Stupuisse prodigio tãto iuuenem, et exhorruisse, ac mutata sentẽtia lachrymabundũ ad se uenisse fraudẽ suã et scelus fatẽtẽ. Miro semp desyderio salutis animatũ tenebatur, nec q̃cq̃ omittebat, aut recusabat, modo posset illis ꝓdesse. Nullũ illi uacuũ tẽpus elabebat, ꝙ quidẽ ita dispensabat, ut semp uel cũ deo, uel de deo loqueretur, uel saluti animarum studeret. Optauit aliquãdo in orientẽ nauigare. ut gentes ad Christi fidẽ cõuerteret Diuũ imitatus Dominicũ, et ea de causa, cũ Genuæ studerũt, peregrinis transcribi ad ea loca tendẽtibus impetrauit. Cũq; ob id barbã nutrisset, et iam Venetias nauigasset, ne consiliũ posset exequi, dei nutu factum est. Quã uero efficaces, et q̃ diuini essent illius sermones, ĩ diuersis quidẽ orbis terræ locis uberrimi testes fuere. Tanto aũt cũ feruore orabat, ut sæpe diuinitus a terra sublatum conspici contigerit. Dum Vicentiæ moraretur, ac post nocturnum oraret officium conspectus est cũ aureola, quali solent effigies sanctorũ pingi, tantæ claritatis, atq; splẽdoris, ut totus ille locus illustraretur. Alio die orabat ibidẽ ante Crucifixi effigiẽ, de cuius pedibus diuinæ lucis radius ĩ eius faciem iaci uisus est, qui per certum horæ spatiũ durauit. Pro salute peccãtiũ, maxime orabat, adeoq; illius erant ualidæ preces, ut, multi ex iis ad eũ accederent, ac sua delicta cõfiterentur. Bononiæ mulier quædã filiũ habebat tertiũ agentẽ annũ, qui comitiali morbo laborabat, adeo quidẽ, ut ꝑ diẽ quãdoq; uicies caderet. Multis illa cum lachrymis a beato Venturino impetrauit, ut illi benediceret, Benedixit, et cõtinuo incolumis euasit. Puella nobis, et diu pudica ab amatore corrupta fuerat, et prægnans facta, pœnitẽs postmodum

Att.

Andalo

Att.

Orans sublatus a terra ɔspectus

Att.

diligenter.

Attẽde Mira, quæ orante illo cõtingebãt

Miracula B. Ventu.

sceleris in lachrymis, et dolore conficiebatur, et ingens sui, ac totius familiæ dedecus oculis illius obuersabatur. Accessit ad beatū Venturinū implorans opem fassa flagitiū. Misertus ille solatus ē, ac bono aīo esse iussit. Intumuit paulatim uterus, attamen cum in publicū egrediebatur, ita se fasciis comprimebat, et id quidem sine læsione fœtus, ut nullus sentiret esse prægnātē. Optauit illa mense Decembris fauū mellis (Solent n. appetere talia grauidæ mulieres) cōtinuo uidit in mensa oblatū, et ad beatū Venturinū magno cū gaudio pertulit. Vbi pariendi tēpus aduenit, nocte intempesta quidā uenerabilis multo cū lumine per fenestram īgressus est, et excitatā iuuit in partu, et mox euanuit, atq; ita res latuit, ut nullus grauidam fuisse aut peperisse, unq̄ sensit. Matrona quoq; Bononiensis diu stimulis agitata libidinis, cū ieiuniis panis, et aquæ et laboribus multis, atq; uigiliis corpꝰ affligeret, nec tamē prurıtus ille restingueretur, beati Venturini recordata est, qui tum forte in prouincia prouinciæ erat, a quo per litteras opem implorauit, factūq; est, ut eodem die, quo litteras ille accepit, pugnæ ingēns ac molestiæ finem matrona inuenerit. In omnibus quidem diuinis officiis cultum, et attentionē exquisitam præse ferebat, sed in sacro altaris mirificam, cui mos erat, priusq̄ id celebraret, uoce q̄ maxime pia letania dicere manibus iunctis atq; sublatis. Cū uero ad ea quæ dicuntur secreta, peruenerat, miram in eius facie claritatem, et diuinum quiddam qui aderunt, uiri, ac fœminæ conspiciebant, ut non hominem, sed angelū quempiā se intueri arbitrarentur. Nonnunq̄ uero dum euangelium pronunciaret, ex ore illius lux quædam tāq̄ accensi funalis emicabat. Quādoq; etiā ad singula euangelii uerba quædam auicula egredi uidebatur magnitudine papilionis, Aliquando etiā ex oculis emicare tāq̄ faculæ. Cum autē mox consecraturus erat, clara quædam, et præfulgens nebula de illius ore prodire, quæ faciem eius in consecratione illustrabat, et dum singula consecrationis uerba proferebat ignitos radios emittere uidebatur, Dum uero sacrosanctū Christi corpus ex more tollebat, multi sæpenumero tanq̄ mirre pulchritudinis puellū quēpiam in eius manibus conspiciebant. Sæpe etiā eleuatus a terra conspectus est. Hoc autē multis quidā in locis, sed præcipue ad aram Diui Dominici Bononiæ contigit. Idem quoq; illi i monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ contigisse accepimus, dum Sanctus Sāctus et Benedictus qui uenit, cantaretur. Ibidē quoq; dum sacrum eucharistiæ celebraret, et ipsam eucharistiā attolleret una ex sacris uirginibꝰ illius os intuita tantū in eo splendorē uidit, ut nō aliter illi oculorū acies hebetata sit q̄ soleat orbē solis intuētibus. Eodē momēto tēporis Virgo illa uocem audiuit suis auribus insusurrantē, Talis erat Mosis facies, cum deum alloqueretur. Hæc erant nota plurimis, et iam diu uulgata, nonnulli tamē nō satis credebāt, ut Mina nobilis matrona Bononiensis, q̄ data opera ad eum cele-

Puellæ ab amatore corruptæ īfamiam sustulit.

Att.

Att.

Quanto cultu sacrū altaris celebrabat.

Mira quæ eo celebrāte contigebant.

brantem uenit, Qui dū sacrosanctū xpi Corpus attollere inciperet, uidit cō tinuo fulgēti nube circūseptū, atq; in ea sic quidē occultari, ut cernere illum ultra nō potuerit donec ad finē nō peruenit, ei Ite missa est, diceret. Quæ tā to miraculo attonita, cum abiret dixisse fertur. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Fuit etiā sermone latino, atq; uernaculo facundus ac uehemens. Ita concionator erat eximius, neq; nugis et fabulamentis operam terebat, sed euangeliū prædicabat. Neq; doctrinā ostentabat, q̄q̄ doctissimus erat, sed utilia tantū, et ad salutem animarum pertinentia dicebat, eratq; semper etiam sine libris, ac præmeditatione ad concionandū paratus, Nam et memoria eorū, quæ legerat, prope diuina pollebat, et multa cœlitus infundebantur, quæ insignē illum reddebant, et omnibus admirabilē. Quare illustris Princeps Humbertus Delphinus Viennēsis nō īmerito dicere solebat. F. Venturinus nunq̄ bene concionatur, nisi cum impræmeditatus ad id munus accedit, Nam præmeditatus quasi habet ex suo, quæ dicit impræmeditatus autē a Deo. Verū diuinō munere ad id adeo quidē pronus erat, et exuberans, ut, præcipue diebus festis non bis tantū, sed ter, et quater cōcionaretur, ubi desyderia populorū sic ferre animaduertebat nullam sui cōmodi, sed publicæ utilitatis rationē habens. Nam omnes quidem nō aliter amabat, q̄ si omnium parens fuisset. Per sabbata quandoq; mane, quādoq; uesperi deiparæ uirginis laudes celebrabat, quā religiosissime colebat. Tantus aūt ad eū cōcionantē hominū cōcursus erat, ut aliquando supra quadraginta, et q̄nquaginta millia cōuenerint. Illud quoq; mirabile erat, q̄ tā a remotissimis q̄dē q̄ a ꝓpinq̄s audiebat̄ et itelligebat̄. Fama igit̄ cōcionādi clarissimus erat, magnūq; ubiq; nomē erat adeptus, Q̄ r̄ cū maximā Italiæ ꝑtē urbes, et oppida lustrando peragrasset, præcipueq; Tusciam, Aemiliam, Venetiam cum tota Cisalpina Gallia. Posteaq̄ in prouinciam prouinciæ, atq; in Galliam Transalpinam concessisset, Inde in Istriam, in Dalmatiāq; sese cōtulit, atq; in Achaiam, post in Euboeam insulam, quā Nigropontum dicimus, Smyrnamq; Asiæ minoris ciuitatem. Sicut in expeditione contra turcas infra narrabimus nauigauit. Ad quācunq; autē urbem sese cōferebat, ꝓdibant obuiam omniū ordinū uiri pariter, ac fœminæ, seq; felicem putabat, qui eum tangere posset, aut particulam indumenti aliquā surripere, quā eā quidem religiōe seruabant, qua reliquiæ sanctorum solent. Nec illi quicq̄ ꝓderat succensere multitudini, ac reclamare asserenti, sese peccatorem esse. Ob id sæpe quidem, cum propinquabat urbibus, et sciebat populos obuiā egressuros, e uia statim cōmuni surripiebat sese, et per agros, et uineas iter multo cum labore faciebat. Sæpe etiā furtim ad ciuitates ueniebat, et furtim ingrediebatur ut occursus populorū deuitaret. Sed nescio quo pacto latere non poterat, et multitudo prius ad monasteria prædicatorū cōfluebat, q̄ ipsi cœnobitæ scirent aduenturū. Nec mirū quidē, cū passim fama uulgasset, quantus esset uir, et quātā utilitatē caperēt, quicūq; illū cōcionātē audirēt. Tanta

[Margin notes: De illius facundia. — Euangeliū prædicabat — Att. Humberti sentētiā de cōcionibus B. Ventu. — Att. diligenter. — Attē de Quāta sāctitatis eius hominum opinio.]

ſiquidē uerbis illius gratia, tāta uis et ardor inerat, ut uitæ, ac morū in oībus admirāda mutatio fieret. Si quidē fœneratores nō ſolū uſuris cumulata reſti tuebant, ſed et proprias facultates egenis erogabāt. Siccarii ꝑdones, homici/ dæ depoſita oī feritate, atq; ſæuitia miteſcebāt. Delatores, ac ſuſurrōes līguas caſtigabāt. Meretrices lupanaria egrediebāt. Deniq; ī melius oīa mutabāt ꝑ cipueq; diuturnæ inimicitiæ, et odia īueterata ſedabāt, cōcordia ubiq; et pax uigebāt. Sæpe ex cōcionātis ore uiſæ ſūt micare flāmæ et ſcitillæ tanq̄ ex can dēti ferro diſſilire. Nōnūq̄ ēt rutilare, ueluti ſtellæ. Viſa ēt aliquādo ſtupēti bus omnibus, et acclamātibuſ cœleſtis quædā ſupra illius caput colūna can/ didiſſimi plerūq; fulgoris. Albiſſima itē auicula ſæpiſſime cōſpecta eſt abſq; alarū motu ſupra populū circūuolitare, dū cōcionē perageret. Sæpenumero etiā illius indumēta multis tanq̄ ſtellis radiare, ut iure oēs demiſſum cœlo ex apoſtolis quēpiā arbitrarētur. In audiēdis aūt cōfitētibus mirificus erat quo rum mētes, quocūq; uellet, agebat gratia, et ſermōe, quibus ſupra q̄ dici poſ/ ſit, ille pollebat. Cōfeſſa erat illi delicta ſua mulier quædā, quæ cū finē feciſ/ ſet, ait illi beatus Venturinus, Tu maius his omnibus peractū retices, cunq; illa negaret, genua flexit ipſe, et paululū orauit, ſtatim peccati, quod mulier obliuione omiſerat, recordata, uerū dixiſti pater inquit, et id quoq; confeſſa eſt. Iuuenis libidinoſus hortatus ab eo, et admonitus fuerat, ut iam finem la ſciuiēdi faceret, et memor ſuppliciorū eſſet, quæ iudex æternus propoſuiſſet nūq̄ pœnitētibus. Reſpōdit ille nequaq̄ hoc a ſe fieri poſſe, cunq; ſic abiret, anteq̄ locū exiret, ubi cū beatus Vēturinus fuerat hortatus, ſic ſe repēte mu tatum ſenſit, ut nō ſolū putaret, ſe deinceps pati non poſſe quicq̄ obſcœnū patrare, ſed nec cogitare quidē. Dū aūt ſic audiret cōfitētes, ſæpe ī facie illius mira claritas cōſpiciebaē. Tātus aūt erat illorū numerus, qui, ut confiterenē ad eū cōfluebāt, ut ſufficere uotis omniū nequaq̄ poſſet. Virgo quædā mo/ naſterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ Bononiēſis mēſes quinq; dolorē dextri lateris paſſa fuerat, quæ ob id beato Venturino delicta cōfeſſa eſt ſperās īde remediū diuturnæ ægritudinis cōſequi poſſe. Verū ubi ille mulctā(ut mos ē ꝯfeſſis)iniūxiſſet, et uirgo diceret, nullo ſe pacto poſſe illā pſoluere, dimidiū detraxit, et pcunctatus ē, an ſe putaret partē poſſe pſoluere. poſſe qdē affir/ mauit. Verū ubi diſceſſit, adiuta beati Vēturini pcibus nō partē ſolū, ſed etiā totū, et alia deinde plura ſpōte pſoluit, et īſup dolore illo prorſus liberata ē. Erat ī eo illud quoq; mirabile ꝙ odorē neſcio quē ſuauiſſimū ex ſeſe mitte bat uel cū ſacrū altaris celebrabat, uel cū cōfitētes audiebat. Fatebāē hoc mul ti, Quare nō deerāt, qui mane horā captarēt, qua ſacrificaturus erat, et locū hac de cā, ppius altare occuparēt, ut diuini illius odoris ſuauitate fruerēē. Te ſtabanē aūt, q expti fuerant hoc, de eo plurimi, et ſtupebant. Hac de cauſa matrona q̄dā nobilis cū ægrotaret, crebro ad ſe illū accerſebat. Neq; is odor de eius corpore tantū exibat, ſed īdumēta quoq; fragrabant, quod aſſerebās

Quāta ſer mōis illius efficacia, et fructus.

Admiran/ da in cōcio nante pro/ digia.

Qualis in confitentes erat.

Atē. Miraculū

Suauiſſi/ mus odor ex Be. V. exibat

ii, qui partē aliquā indumentorū ob eā, quā supra dixi, cām surripuissent. Erat Vicentiæ, cum pauperculæ cuidam mulieri tunicam suam dono dedit ut illa sibi indumentū faceret. Pertulit eam mulier ad quandā matronam, cui Vicentiæ nomen fuit, quæ particulā eam, quæ collum ambit tanq̄ rem sacrosanctā retinuit, et in uasculo summa cum ueneratione diu seruauit, unde diutius ille odor exhalabat. Cuidam Bononiēsi dirū i femore ulcus erat innatum. Is confiteri delicta beato Venturino solebat. Cum iam nimium i tumuisset, et ferrū ille chirurgi horresceret, emplastris lenire, ac rumpere festinabat, et diuam Virginem sæpe rogabat, ut beati Venturini meritis opem sibi afferret. Attulit illa, Siquidem ipso nihil sentiente tumor omnis cōfestim abiit, atq; sanatus est. Florentina mulier, cui Luciæ nomen fuit, repentino, ac ingenti dolore correpta, quo, si durasset, interitura uidebatur accito ad se beato Venturino cōtinuo liberata est. Mulier alia bombyces habebat (ii sunt uermes qui sericū faciunt) cœperunt illi paulatim mori, rogauit beatum Venturinū, ut illis benediceret, benedixit iis, qui superstites erant, et insuper iussit, ut comederent, nam ut ægri a cibo abstinebant, et statim comedere cœperunt, et uixere. Quædam alia mulier dirū in māma patiens morbum sancti uiri benedictione sanata est. Annus ab aduētu Christi. M.ccc. xxxiii. agebatur, cum Beatus Venturinus Bononia discessit eo consilio ut Bergomū rediret, et parentes suos, a quibus litteris sæpe rogatus fuerat, inuiseret, quos annos iam septem non uiderat. Hoc autē factum est quinto anno postq̄ cōcionari cœperat. xvi. ab īgressu mōasterii, ætatis uero suæ. xxxi. Venit igit̄ primū quidē Forūcornelii uetustā, et clarā Aemiliæ urbē, quā iuniores Immolā dixere, ubi a tota ciuitate multo cū honore exceptus, ubi nō paucos dies cōmoratus ē, quos quidē cotidianæ illius cōciones celeberrimos fecere. Inde sibi comitē, ac sociū assumpsit uirū insignē Nicolaū Fauentinū consectaneū suū, qui se illi tanq̄ alterū Lucam Paulo præstitit et annis. xii. non modo p̄ multa Italiæ loca, sed etiam usq; in Græciā comitatus est. Discedens igitur Forocornelii Venetias sese cōtulit, et per loca Venetiæ, quam quidā Italiæ regionē transpadanā Marchiam taruisinam posteri nuncuparunt, gradiens p̄uenit in patriā, ubi quāto cum gaudio et honore fuerit exceptus non est necesse dicere. Cœpit igitur in festo diui Matthiæ concionari a Septēbri mēse in Februariū usq; ad purificationē Deiparæ Virginis tāto successu, atq; omniū ordinū cōcursu, ut nec tēpla, nec plateæ capere multitudinē possent, nā sæpenumero. xl. et amplius hominū millia concionanti aderāt, quo tēpore cōspecta est aliquādo supra cōcionātis caput sacrosāctæ trinitatis effigies, quādoq; etiā Christi redēptoris cū cœtu angelorū ingenti Cōspecti ēt sunt duo ī habitu p̄dicatorū uenerabiles, et augusta forma uiri dextra, leuaq; tanq̄ iuuantes illum, ac librum tenentes, in quo legere uidebatur ea quæ populis euangelizabat. Vnde admirabilem illum, et uenerabilem

Odor ex eius uestimentis.

Miracula p̄. B. Vētu rinū edita.

Att.

Redit Bergomū. B. V.

Quantus ad cōcionātem Bergomi ꝯcursus

Mira quæ concionāti cōtigerūt.

deus cunctis Italiæ populis reddebat, et uberrimus inde, ac prope incredibilis sequebatur animarum per totam Italiam fructus. Nec ulli erunt adeo flagitiis irretiti, qui non abominati ueterem uitam nouam uiuẽdi formam induerent. Per eosdem dies conuertit ad rectum uitæ modum quendam prædonum ducem, ac principem, cui Gasparino fuit nomen cum sociis scelerũ omnibus, qui plus mille et quigentos homines crudeliter necauerãt. Cuius conuersionis fama plurimos in diuersis Italiæ locis ad rectam uiuendi normam pellexit. Visa est præterea ingens, utpote quingentorum ferme dæmonum acies ex Bergomensi urbe fugientium, atq; clamantiũ se dæmones esse necnon fatentium sese uirtute uiri Sanctissimi antiqua possessione pelli, et alia pene infinita passim uulgata in ore omnium erant. Attamen nonnulli in Castello quodam non procul Bergomo sunt inuenti, qui hæc narrantibus minime credebant. Erãt tum forte ante ignem multi e quorum numero unus, qui asserebat illius sanctitatem fidei plenus, ut tanti uiri cõceptam opinionem, et honorem tueretur, ut erat calciatus igni medio pedem immisit, et diu tenuit, nec ulla in parte uel illa, uel calceus etiã læsus est. Quod ubi uidere increduli, stupuere, et uiri sanctitatem non solum testari, sed etiã prædicare cœperunt. Fratrem beatus Venturinus habuit, cui Iacobo nomẽ fuit. Huic filius erat, cui cum plus æquo afficeretur pater, monuit, ne ita faceret, quia breui moriturus esset puer, nec uanum fuit uaticinium, nam octo diebus obiit. Ad eum autem Bergomi commorantem pene innumerabilis pœnitentium multitudo, quos ille in uiam salutis dirrexerat, cõfluxit, quã Bergomo discedens Romam perduxit. Quo tẽpore tanta commotio per totam fere Italiam populorũ ad eum concurrentium fuit, ut ab ætate diui Petri Martyris, non fuerit maior, neq; usq; ad gloriosi. Vincentii seculum secuta sit, adeo ardentissimis concionibus suis, et summis, ac innumerabilibus prodigiis omnium non solum qui uiderant, sed etiam ad quos illius fama peruenerat, animos ad religionem, ac uerum dei cultum inflammauerat. Peregrinationis autẽ illius causam fuisse memorant. Tribus continuis hebdomadibus, dum Bergomi esset omnium prorsus congressum uitauit, neq; in publico, nisi cum concionaretur, conspectus est. Reliquum tempus orationi ipendit, cogitãs quonã pacto posset i ꝓposito cõtinere, quos ad deũ conuerterat, Sciebat.n. solere hoies facile aliquãdo ad rectũ ꝑsuaderi, sed paucos i ꝓposito, ac suscepto cõsilio ꝑdurare. Igiť hoc secũ diu agitanti diuinitus, uti credibile est) uenit i mẽtẽ, ut eã multitudinẽ Romã ꝑduceret. Ex oĩ aũt nũero mille iduit ꝑegrinorũ habitu (ꝑegrios ego nũc xp̃iano more nũcupo, nõ quoscũq; peregre ꝓficiscẽtes) cũ iteriore ueste alba, exteriore aũt cœlesti colore, sed dẽso, atq; i nigrũ tẽdẽte cũ duabꝰ ex pãno crucibus q̃rũ altera eẽt alba, rubei coloris altera. At ĩ sinistra pte colũbã haberẽt itẽ albã ramũ

Quãta i cõcionãte uis

Ingens dæmonũ acies Bergomo fugata

Magnũ sãctitatis testimoniũ.

Vaticiniũ.

Att.

Cur ꝑegrinos Romã ꝑduxerit.

Peregrinorũ isignia.

uirentis oleæ ore gestantem. In fronte autem pilei Thau Ezechielis prophetæ signum, et in manibus peregrinorũ more baculos, sed nullo ferro præfixos. Funiculos item cum nodis septem, quibus se noctu cæderent, q̃diu quinquies Pater noster dicerent. Interdiu quoq; in ecclesiis, et plateis, ubi in aliquam ciuitatẽ peruenissent, ut alios ad pœnitentiã allicerẽt, donec Romam peruenirent, eumq; id facerent, tria uerba sublata uoce dicerẽt scilicet Pœnitentiam, Pacem, et Misericordiam. Hoc autẽ ordine gradiebantur, Duodena paria procedebant, post quæ decimustertius sequebatur, qui ĩ summo baculo crucem gestabat paruam, ĩ cuius parte picta erat diuæ uirginis effigies filium in gremio tenẽtis. In altera uero diue Marthæ pictura Christi hospitæ. Et quia in comitatu ingenti erãt plurimi, qui atrocissimas inimicitias cũ cæde mutua, et diuturnas exercuerãt, quas ut deponerent effecerat, ut magis adhuc illos charitate deuinciret, instituit, ut cum uescerentur, eodem cyatho cultello, et scutula uterentur. Ita fiebat, ut plerunq; duodeni eodem cultello uterentur. Tanta autẽ uigebat inter eos concordia, et charitas, ut ex iisdẽ nati parẽtibus omnes uiderẽtur. Fuisse autẽ, qui Bergomo discessere huius itineris gratia. xxx. hominum millia perhibẽt, sed multo fuisse plures, qui tãti uiri fama, et comitatu de diuersis Italiæ locis Romam conuenere. Discessurus aũt Bergomo beatus Venturinus maximam præmisit partẽ, Neq;.n. putabat commodũ simul omnes proficisci. Profectus Bergomo Mediolanum peruenit, inde Cremonam, atq; Ferrariam, atq; Bononiam, ubi p aliquot dies cõmoratus est, quos quidem diuis concionibus celeberrimos fecit in quibus sæpe candida columba spectante populo uisa est circumuolitare, ac supra eius caput consistere. Idem Florentiæ, et aliis multis in locis illi contigit. Miranda et alia multa in hoc itinere traduntur, quæ cõsulto prætereo præter pauca quædam, quæ minime silentio tegenda putaui. Quædam nobilis Florentiæ matrona, cui nomen Thoræ fuit, in suo cubiculo orans uidit in aere, atq; in aureo circulo uenerabilẽ Dei genitricem filium in gremio tenentem, quæ monachũ alloqui uidebatur quendam habitu prædicatorũ indutum, qui genibus flexis ante illam adstare uidebatur, ad quod spectaculum totus Florentinus populus confluxerat. Sustulit illa tãto miraculo stupefacta uocem, ita ut tota domus clamorem audiret. Interrogata quid ita iclamasset, rem tacuit, donec paulopost beatum Venturinum uidit, cui tota ciuitas obuiam processit, et affirmauit eũ esse, quem in aere uiderat. Venit ĩ eandẽ ciuitatẽ heremita quispiam aspectu, et uita uenerabilis, qui se missum ab angelo dixit, ut uenturũ in eã urbẽ mox beatũ Venturinũ uiseret, cuius scitatẽ et diuïas dotes miris afferebat pconiis. Cũ Senas peruenisset, et ĩgẽtibꝫ totius cõcurrẽtis populi desideriis, q̃q̃ admodũ ex itĩere fatigatus, cõcionari cõpulsus esset, exilire micãtes ex eiusore flãmas ɔ̃spexere plurimi. Sed lõgũ ße

Ordo incedentis multitudinis pegrinorũ

Attende

Numerus pegrinorũ qui Bergomo discessere.

Att.

Prodigia huius peregrinatiõis.

Att.

nimis cuncta recensere ꝓdigia, quæ in hoc itinere cõtigerunt, et narrare quã to cum honore, ac populorum plausu ubiq; fuerit exceptus, quotq; diutur na odia, quacunq; graderetur, sustulerit, quot discordias sedauerit. Inter q̃ illud quoq; procurabat, ut uincti ubiq; soluerentur. Romam tandem perue nit die sancti Benedicti festo passus itineris tali tempore difficillimi propter cœnum, et pene iuges pluuias incommoda omnia. Erat in eodem comitatu quædam nobilis matrona, licet publice ĩ cõciõibus edixisset, nequa se mu lier sequeretur, quæ in ipso itinere in grauem ægritudinem cũ profluuio uẽ tris inciderat, quæ, ut erat ægrota, Eugubii remansit. Post dies nõ multos cõ ualescẽs cœptum iter multo cum labore prosecuta est. Peruenit Romã adeo affecta, tum recenti ægritudine, tum grauissimi labore itineris, ut eam sui nõ cognoscerent. Hæc continuo misit, qui rogarent beatum Venturinum, ut ad se accederet ægrotantem. At ille habita breui ad deum oratione manda uit iis, qui missi fuerant, ut ad se illa die postero in templo diui Ioannis late rani concionaturum ueniret. Cumq; affirmarent ii, nullo pacto id posse fie ri, ꝙ ægritudine, et itineris labore mire debilitata esset, respondit ille, ut ei suis uerbis dicerent, quæ iam mandarat. Quæ ubi rettulere, mira res repente con tigit, Nam ita extemplo conualuit, et confirmata est, ut uideri posset, nunq̃ ægrotasse, et die qui secutus est, fecit, quod beatus Venturinus sibi iusserat. Nouies Romæ per eos dies cõcionatus ẽ diuersis quidẽ ĩ tẽplis, præcipueq; ĩ capitolio petẽtibus ita senatoribꝰ, et magno qdẽ successu, et populi fræquẽ tia est auditus, Vbi, cũ quidam temerarius ausus esset ei silentium indicere, reprehensus ab ipso beato Venturino statim grauiter ægrotare cœpit, ita. ut necesse fuerit anteq̃ finita esset concio inde illum asportare, qui intra quinq; dies expirauit. Fuit autem in urbe .xii. tantum dies. Igitur die duodecimo ab æde predicatorum (Mineruam locum nuncupant) recedens cum numerosis sima illa multitudine per quæcunq; urbis loca graderet̃ tria illa clamãte uer ba Pœnitẽtiam, Pacem, ac Misericordiã, uenit ad diui Petri augustissimum ac toto orbe celeberrimũ tẽplũ. Quo facto inde discessit occulte insciis om nibus præter Nicolaum Fauentinum perpetuum comitem suum, et socium et Iacobum fratrem, qui et ipse illum abeuntem Bergomo secutus fuerat. Causæ, cur ita discesserit, hæ fere perhibentur fuisse, quarum hæc prima tra ditur, Quod si abire uoluisset, multitudo tãta nullo pacto permisisset. Si se ducere uoluisset, satis intelligebat, quãta difficultas esset futura per quælibet loca tendentibus, qui non uno agmine, neq; eodem tempore in urbem, sed de diuersis Italie locis conuenissent. Præterea ꝙ laborem, atq; molestiã sin gulos audiendi (sicut optabant) iam ferre non poterat. Fuit et alia multo his grauior causa, quã ipse occultauit, diuq; suppressit, nec nisi Benedicto .xii. pontifici Maximo aperire uoluit. Roma igitur ꝓfectus Ariminũ naui sese

Romã peruenit.

Miraculũ.

Quãto successu Romæ concionatus sit.

Att. diligenter.

Att.

Causas quare clã ab urbe discesserit.

Venetias profectus.

Venetias contulit, quo peruenit sabbato, quod religio Christiana sanctum nuncupat. Vbi aliquot dies commoratus diuinis concionibus urbem totã ĩ sui admirationem conuertit. Inde cum uellet Bergomum reuerti, Mantuã peruenit, Tãtusq; subito fuit populi ad eum uisendum, et tangendum concursus, ut necesse fuerit, satellites principis irruẽtem multitudinẽ strictis gladiis ne illum opprimeret repellere, et summa cũ difficultate ad monasteriũ prædicatorum ob eam rem deuenerit. Per eos autẽ dies, quibus ibi summo cum honore, et admiratione omnium fuit, quidam maleuoli instinctu inuidiæ occulte cum principe Mantuano egerũt, ut statuta die accersitis prius in ædes ipsius principis iurisconsultis, et philosophis, quicunq; aderant, ex iñsperato beatus Venturinus eodem uocaretur, ac illi improuisa quæstio proponeretur, si forte ea ratione possent maleuoli opinionem hominum, et illius famam labefactare. Venit igitur cum solo socio suo fratre Nicolao fauẽtino fiduciæ plenus Deum sibi sperans non defuturum. Proposita igitur illi fuit theologica questio, moralis altera, Et theologica quidem fuit an malus angelus in primo suæ creationis instanti peccasset, Quã ubi audiuit beatus Venturinus subrisit, et historiam huiusmodi perlepidam intulit. Quidã iuuenis heremiticam ducens uitam legerat in epistola Pauli ad hebreos sine patre fuisse, ac sine matre Melchisedech. Cœpit igitur secum agitare iuuenis an forte posset inuenire, quis Melchisedech fuisset pater, diuq; rem hanc miro studio perquisiuit, cunq; non inueniret studio solerti, ac tantæ uestigationi ieiunia, & uigilias, nũ forte posset a Deo ĩpetrare, quod tantis uotis expetebat adiecit. Forte ad eum uenit senior quidam ex iis, qui in eadem solitudine, uitam agebant, et sub tristem cernens mœroris causam percunctatus est, Qui rẽ illi continuo narrauit. Tunc prudens ille uir, cum intelligeret, quãtum laborem, ac solicitudinem pro re tantilla subisset, familiariter illum reprehendit, nec esse rem uestigatione dignã, quæ nihil haberet utilitatis, ostẽdit. An patrem, ac matrem, resq; cœteras, et commoda inquit liberioris uitæ iccircò relinquimus, et Christi iugum subiuimus, et ad tantam uitæ asperitatem uenimus, ut omissis utilibus, et necessariis friuola istiusmodi, et anilibus simillima fabulis perquiramus, et (si Deo placet) quem habuerit patrẽ Melchisedech, uestigemus? Rem igitur (ut ad uos ueniam) mihi quidem huic ad modum similem, certe non utiliorem afferre uidemini. Quid.n. affert nobis damni? Quid dedecoris, si talia nesciamus? Quid utilitatis, aut ornamenti, si non ignoremus? Hinc fit, ut multi, dum tempus in his terunt, et ingeniosi uolunt uideri, desipiãt, et meliorum curam, et inquisitionẽ prætereãt. Quid.n. nostra refert, utrum in primo, an in secũdo, aut alio quouis instãti infelix ille peccauerit angelus, Attamen his dictis maleuolorum, et inuidorum petitioni respondit luculenter, et abunde satisfecit, Sic quidem, ut aduersarii

Quanto plausu mã tuæ exceptus.

Dolus ĩ eũ struitur

Att.

Optimam sparationẽ

Attẽde

uersarii erubuerint uehementer, et demisso capite (sicut dici solet) abierint. Boni omnes mirifice laetati sint. Profectus Mantua beatus Venturinus Cremam uenit, ibiq; moratus est, dum ab Azone Vicecomite, qui Mediolani imperabat, impetraret, ut Bergomum reuerti posset. Quo postq̄ rediit, secum rem grandem agitare coepit, ex qua tum quies Italiae tum salus multorum sequeretur, ut copias p̄ Italiam uoluntarias cōscriberet, quas in oriētē traiiceret, ut loca, quae gentes interceperāt et christianis ademerant, aliquādo recuperarent. Longum igitur ibi silentium tenēs et hominū congressus deuitans, huic rei orat mente tota intentus, et assiduis precibus deum rogabat, ut si mentē hāc ille sibi immiserat in sententia se cōfirmaret. Cū igit̄ in proposito perseueraret, atq; ex diuino instinctu id esse intelligeret, tāquā deus ita iuberet decreuit, priusquā rē tantam aggrederetur, Auinionem ad Benedictum. xii. pontificem max. proficisci, ac illi operam suam, et quinquaginta hominū millia polliceri, modo comeatus illis, et nauigia praeberentur si se praemitteret ī orientē ea de causa, quā diximus traiicere. Magnis per id tempus Italia discordiis laborabat, q̄ factiosi homines plurimi tunc uigebant, quos posse hac ratione abduci et Italiam liberari non dubitabat. Igit̄ noctu occulte Bergomo abiens, ne qui se sequerentur, Genuam se contulit. et nactus opportune triremem Auinionem profectus est, rectaq; ad aedes pontificis max. tendens nullum ipse introductorē, aut interpretem uoluit, secū. n. dicebat, si nutu dei huc ueni, nihil esse mihi poterit impedimento, Nec aliter quidem euenit, Nam praeteriens omnes custodias nullo retardāte aut quis esset, uel quo iret sciscitāte ad cubiculū pontificis euasit, et uni ex cubiculariis ante hostiū inuento dixit ut suis uerbis pontifici nunciaret Vēturinū bergomēsem ad se uenisse. Quod ubi Pontifex audiuit, cōtinuo ad eum egressus ē. Et quia multo ante a delatoribus et inuidis fuerat apud eū grauiter accusatus, acriter illū pontifex obiurgauit, Cuius castigationē patiētissime audiuit, et tulit, et cū multa, prout inuidi detulerant, obiecisset illi pōtifex, grauissimo, et sapientissimo responso ita diluit omnia beatus Venturinus, ut pontificis in illum ira, et īdignatio plurimum minueretur, misitq; qui eum praefecto Auinionensis praedicatorū monasterii cōmēdarent. Verū maleuoli quidā nō defuere, qui criminibus adhuc illum apud ipsum pōtificem onerarent, et inuisum redderent. Quare post duos dies misit ad eū pontifex, qui suis uerbis illi iuberet, ut singulis obiectis, quae plurima quidē fuere sublata omni fraude, atq; mendacio responderet, neq; cū quoq̄ praeter q̄ cum socio suo loqueretur, adactusq; iureiurando est, et mulcta grauiter indicta. Tulit omnia moderate uir sanctissimus, et libentissime respondit, et obiecta omnia, cū nihil egisset quod iure posset reprehendi, facile cōfutauit, et praescripta misit ad pontificem. In quibus tametsi nihil deprehē

Cōsiliū expeditiōis ī Turcas agitat. b. uen.

Proficitur Auinionē ad pont. max.

Accusatus a maleuolis pōtifici, et obiurgatus ab eo.

Iubet illi pont. max ut obiecta crimina diluat

Cōfutauit obiecta crimina.

sum est anim aduersione dignum, attamē nō destitere maleuoli, donec pō/tifex ipse et cōcionibus illi et audiendis cōfessiōibus, et insuper Italia inter/dixit a quibus omnibus octo, quibus superuixit annis pontifex, prorsus ab stinuit. Tantumq; ea re lætatus est, ut gratias ipsi pontifici ageret maximas, seq; illi plurimum debere affirmaret, Neq; illum quisq̄ tristem unq̄ uidit, assignatusq; monasterio macrologiensi in prouincia prouinciæ ibi primū, et in aliis postea monasteriis summa cum tranquillitate, ac laude uixit. Sed non patitur omnipotens deus lucernam latere sub modio, nec diu permisit uiri tanti uirtutes in obscuro esse, Nam breui tāta illius fama diffusa est, ut per totam Galliam, Germaniam, Hispaniam, et Britanniam, quam nunc Angliam dicimus, diffunderetur, et clarissimi principes, et Cardinales multi aliiq; dignitatibus ecclesiasticis insignes uiri eius amicitia maxime lætaren/tur, et ad eū litteras darent, et ab eo simul expeterēt, quas ubi acceperāt, cœ/leste aliquod donum se accepisse putabāt, ac se se illius orationibus frequē/ter cōmēdabāt. Præcipue uero illustris prīceps Humbertus Delphinus eius consuetudine delectabat, et se felicem putabat, quando illum apud se ha/bere poterat, nec dici posset, q̄ cupide, q̄ attente illum audire solebat. Idem crebro, et impense pontificem rogauit, ut eum cōcionari ex more sineret ui rum populis utilissimum. Sed impetrare non ualuit, quod nutu dei factū esse, ut illustrior in tot eximiis dotibus in eo fieret patientiæ uirtus, minime dubitādum est. Scribebat interim ipse per totum pene orbem grauissimas, ac utilissimas epistolas, in quarum frōte mos illi erat inscribere Iesus amor meus, uel Aue maria, uel In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sācti Amen. In calce uero propria manu insignia passionis Christi omnia. Columnam Crucē, lāceā, clauos, et reliqua, et unum, aut plures de laudibus Crucis i cru ce ipsa uersus. Quæ quidem litteræ q̄ gratæ, q̄ iucundæ omnibus, et quā/tō in pretio, ac ueneratione essent, nemo uerbis unq̄ assequi posset. Episto la breui iam antea Gasparinum Seraualensem, cuius supra mentionem fe/cimus, perditissimum hominem, factiosissimumq; ac prædonum principē cum ingenti multitudine siccariorum ita mouit, ut damnata prorsus prio/re uita cū cæteris peregrinis, illū publice pœnitētē Romam produxerit. Ad/de, q; ægroti etiam uel legentes, uel tangentes eius litteras, uel tantum uidē/tes sanabantur. Mirandam rem magis nunc afferam. Erat ecclesiæ canoni/cus, Auxoniensis in Anglia, qui natura præter modum erat in uenerem pro nus, et id molestissime ferebat, optabatq; incendium libidinum a se depelle re, ac frænare licentiam, Sed nescio quo pacto non posse uidebatur. Confu git ille ad Vgonem magistrum totius prædicatorii ordinis, ac moderatorē, si quod forte remedium inuenire posset. Dedit ille salubre consilium et ef/ficax, ut litteras de hac re ad beatū Venturinū mitteret. Misit, et (sicut Vgo iuserat

Interdixit illi pont. max. cōcionibus. et.

q̄ patien/ter tulerit pontificis mulctā et lætatus sit.

q̄ breui fa/ma illius p exteras gē/tes diffusa est.

q̄ charus sūmis uiris fuerit.

Qui mos illi i scribē dis litteris sunt.

Quāta uir tus eius lit teris inerat

iusserat)coibuit se se ab omni uenereo cōtactu tantisper, dum responsiuā illius epistolam acciperet, accepit et legit (Vide rem miram) nec deinceps molestiam eiusmodi ullam, et ne minimū q̄dē pruritum sensit. Erat ibidē quidem, quē Dæmon inuaserat, neq; ulla ratione etiā ductus ad sepulchra sanctorū sanari poterat. Quod ubi generalis idem magister cognouit, acceptam a Canonico beati Venturini epistolā, quam diximus, furentis hominis apertam oculis obiecit, quam dæmon diutius ferre nō ualens, cū aliq̄diu omni conatu reluctatus esset ne aspiceret, fugam inde arripuit, et a se obsessum hominem protinus incolumem reliquit. Bononiæ quoq; dicata deo, atq; in monasterio uitam agens Virgo iam duos menses cōtinua febre, atq; grauissima laborauerat cū tanto æstu atq; ardore, ut aquæ lagenā quandoq; siccaret. Venit illi sero in mentē q̄ a beato Venturino epistolam accepisset, continuo illam sibi iussit afferri, eāq; fidei ac spei plena frōti applicuit. Vix horæ dimidiū defluxerat, cū se ita prorsus conualuisse sensit, ac si nunq̄ ægrotasset. Prophetiæ quoq; dono eū nō caruisse ex iis, quæ ante memorauimus, satis constare potuit. Verum ex iis, quæ nunc afferemus, magis adhuc constare poterit. Erat ī Albanatio prædicatorū monasterio, quando ex suis consectaneis duo, qui Parisii studerant, ad eū forte uenerunt, quorū alter doctrina iam clarus in Italiam ueniebat, ut theologiam in Gallia cisalpina profiteretur. Is arcana quædā soli deo nota sciscitaturus post celebratū nocturnū officium ad beatum Venturinū, qui erat in ecclesia, se cōtulit, et cur id tēporis ad eum uenisset narrare iam cœperat. Tūc ille hominem interpellans cuncta explicauit, de quibus se cōsulere uolebat. Stupuit ille, et affirmauit, esse illa ipsa propter quæ ad eum uenerat. Erat semel in monasterio sancti Maximini, uenit ad eum magnus quidam iuris consultus Italus homo Cisalpinus gallus, cui beatus Venturinus quædam narrauit, quæ tūc in Cisalpina gallia gerebant̄, quæ solus nouerat deus, et illa simul cui ea cōtīgebāt. Plenus ille admirationis diē obseruauit, et horā, reuersus in Italiam accidisse omnia, ut ex beato Vēturino audierat, cōperit. Quibus satis cōstat, arcana cordis illū quandoq; nouisse, et quæ procul ab oculis remota erant, non ignorasse diuino prodēte spiritu. Hæc omnia minime dubiam apud omnes opinionem sanctitatis in eo ita iam confirmarant, ut tanquam diuinum in terris oraculum, et demissum cœlo numē haberetur. Hinc fiebat, ut frequens populus ad eum assidue cōcurreret, præcipueq; cū sacrum altaris celebraret cum aliis de causis, tum maxime, ut sibi ab eo (ut mos est in fine) benediceretur. Nec sibi eo die quicquam mali posse accidere putabat ille, qui assecutus id fuerat. Conueniebant ad eum cotidie multi cupientes eum audire loquentem, et salubertima consilia dantem, quādo interdictum illi concionibus fuerat. Mira erat suauitas sermonis illius, et utilitas, nec dici posset quāto omnes illius audiendi desyderio, ac uoluptate

Atf Mirum de epistola. B. Vēturi.

Vaticinio claruit.

q̄ auide populi ad eū cōcurrebāt cū sacrū altaris celebrabat.

tenerent. Venerat ad Mōtē pesulanū, ut Vgonē uiseret totius ordinis moderatorē (sicut ante iā diximus) quod ubi fama uulgauit, tātus ad eum fuit omniū ordinū cōcursus ut ne forte ea res Benedictū pontificē max. offēderet nocte, quæ secuta est, inde abierit cū solo socio suo Nicolao fauentino. Die postero Alectū peruenit, ubi et pp æstū āni, et laborē multorū dierū, quos pedestre iter faciens pertulerat, in grauē ægritudinē incidit, quæ illum dies quinquaginta uehementer afflixit, ut aliqū de eius uita desperatū fuerit, Demū cōualuit. In iis locis extinctū quēdā ad uitā reuocauit, sicut idē clarissimus princeps Hūbertus Delphinus uiēnēsis Bononiæ postea ī diui Dominici monasterio, cū in Italiā uenisset, multis audientibus narrauit.

Vita fūctū ī lucē restituit.

DE FVNCTO VITA Benedicto .xii. pont. max. successit illi Clemens sextus Viennensis, qui precibus antedicti Hūberti Delphini tādē motus beatū Venturinū restituit in pristinū, ut cōcionari, ubi uellet, ultra montes et audire cōfitētes posset. Hoc autē factū ē āno ab aduētu Christi. Mcccxliii. mense Februario. Sed breui redintegrata illius gratia, et crescente indies magis apud ipsum pōt. max. auctoritate magno successu Auinione sæpius, et aliis in locis (uti prius cōsueuerat) miro populorū plausu, concionatus est, Cūq; in sentētia expeditiōis oriētalis perstitisset, pp quā ad Benedictū. xii. se cōtulerat, et cū Clemēte illius successore uehemētius ītermissam rē tractasset, laudauit plurimū pontifex ipse cōsiliū omni laude, ac omni fauore prosequendū, et quāta potuit, ope iuuit. Permāsit igit̄ illi, ut in Italiā rediret cū plena potestate rē huiusmodi cū populis tractādi. Vtq; maior apud omnes esset uiri sanctissimi autoritas litteras illi apostolicas tradidit, quæ populis oībus declararēt, ac fidē facerent, negociū istud sanctissimū esse illi a Romano pontifice demandatū, in q̄bus appellabat eū filiū charissimū. Totā igit̄ cōcionibus efficacissimis cōmouit Italiā, et ad sacerrimā expeditionē īflāmauit Vbi postq̄ oia, q̄ ad apparatū tanti belli ptinere uidebant̄ se puidisse putauit ad pontificē max. rediit, a quo magno cū honore atq; letitia susceptus est. Et qa nondū tantus christianorū exercitus ducem habebat, clarissimus idē princeps Humbertus Delphinus, q se quoq; promptissimū ad eā expeditionem obtulerat, dux creatus est, et de ipsius pontificis manu crucē ipse cum beato Vēturino, et cū socio Nicolao fauētino accepit, Qui cū suis copiis in Italiā ueniens primū qdem Genuā liguriæ caput appulit. Inde pisis Florētia, Bononia, Ferraria iter faciens, Venetias puenit. Vbi paratā classem nihil obstāte hyeme cū copiis conscēdit, Quas p Istriæ atq; Dalmatiæ loca nauigans in Achaiam traiecit, et inde in Euboeam insulā, quā (ut diximus) Nigripontum iuniores appellarūt āno ab aduētu Christi. Mcccxlvi. post festum Natalis domini. Dūq; morā ibi dux ipse Hūbertus traheret, donec copiæ cōuenirēt omnes, beatus Venturinus cū epo Smyrnæ Smyrnā tetendit, quo calendis Martii, qui fuit quadragesimæ primus dies, puenit, et ubi diu

Clemens pont. max,

Hūbertus Delphinus dux exercitus contra Turcas, in Italiā rediit. B. Vēturinus.

ſummis uotis expectatus fuerat. ſtatimq; nullius qetis habita rõne cõcionaſri coepit, et hortari, ĩpellere, inflãmare ad Sanctã expeditionẽ oĩum animo Qđ ubi publice fecerat priuatĩ quoq; nõ omittebat. Viſebat ægrotos, et remediis corpori, et animæ ſalutaribus nulli deerat. Nulla illi mora, nulla quies unq̃ erat. Hinc factum ẽ ut corpus fatigatum longo ac difficili admodum itinere et cõtinuis laboribus ægritudinem cõtraxerit, quæ illi uitæ finem attulit. Quare cũ ægrotare idibus Martii coepiſſet, poſt diem .xiii. ſanctiſſimã illam animã in ſummo omniũ mœrore ac luctu efflauit. Obiit igiť beatus Vẽturinus Quinto calendas Aprilis anno ab Aduẽtu Christi milleſimo trecẽteſimo quadrageſimo ſexto. In cuius felici egreſſu ꝓhibẽt, incredibilẽ in eius facie, ac toto corpore claritatem eſſe cõſpectam, ut minime dubiũ cuiq̃ foret, beatam illã animam cõtinuo in cœlũ euolaſſe ſempiterno cum ſanctis æuo fruituram. Nõ multopoſt illius obitum, ẽt per Italiæ ciuitates fama uulgauit, res ingentem populis mœrorem attulit cũ cernerẽt quantũ lumen extinctũ toti terrarũ orbi eſſet ſi tamẽ extingui ulla Sanctitas poteſt, et nõ tũc multo magis ſplẽdere ĩcipit, quando extingui maxime uidetur. Ex tenebris n. et carcere tetro exempti uiri ſancti lucẽ ingrediuntur, quæ tenebras neſcit et uitã ineũt: quæ mortẽ nõ nouit. Præceſſere prodigia plurima, ſecuta ſunt ingentia, quæ hominũ opinionẽ, et famam confirmarũt, ut in diuos relatũ eſſe illum nullus ambigeret, e quorũ numero nõnulla referemus, Nã ſi cuncta narrare uelimus, id ſupra uires noſtras ſit et pene infinitum. Erat Bononiæ in monaſterio diuæ Mariæ Magdalenæ uenerabilis ſacrarũ uirginũ antiſtes, que cũ febre ingenti laboraret, opem illius implorauit. Affuit cõtinuo Beatus Venturinus, qui ſacra illam uiſus eſt aqua reſpſiſſe, ac ſic febrem extemplo depuliſſe. Ob quod illa effigiem ſancti uiri et ſe ad illius ſupplicem pedes ĩ ĩpſo mõaſterio pingi uoluit. Mulier itẽ laborãs in partu, ubi illius inuocauit auxiliũ, ſtatim puerũ peperit, quem allatæ opis memor Venturinũ appellari iuſſit. Luciæ cuidã florentinæ, quæ monaſticam inter ſacras uirgines uitam agebat, ſacrum ignem, et ſalſum flegma depulit, quam tentata diu nulla medicorũ remedia ſanare ualuerant, ſed plurimis diebus elapſis beatus ipſe Venturinus ad eum ſole micantior uenit, qui quidẽ illi nunciauit, ſuis deum precibus conceſſiſſe illi quod petierat. Sed quia nõ conduceret impetraſſe, rediturum mox eſſe morbũ, quo ante laborauerat, et paulo poſt aduẽtantis morbi prurituum ſentire cœpit. Aliæ mulieres duæ febre ingenti exæſtuantes, quarum altera etiam fluxum ſanguinis e naribus a media nocte in horã diei tertiã paſſa fuerat, ĩuocata illius ope cõtinuo ſoſpites euaſere. Plura, qdẽ alia poſſẽ cõmemorare, ſed quia ſatis multa rettuliſſe uideri poſſum quæ tanti uiri eximias dotes, ſplendorem, et excellentiam cum ſumma ſanctitate teſtari queunt, finem dicendi faciam, Cuius opem ut mihi uiuo, et mortuo inuocent, quicunq; hæc legerint etiã atq; etiam rogo.

Obitus. B. Venturini

Act Miracula poſtmortẽ B. uẽturini

LEANDER ALBERTVS . P. HIERONYMO LAVDENSI COMPRAEDICATORIO.S.

NOMENCLATVRAM quorundã uirorum illustrium, mira fulgẽtiũ sanctitate omniũ nouissimã, ad te mittere decreuimus, eo q̃ ipsam tibi apprime placiturã cognouimus, cũ ob animi tui magnitudinẽ cui hæc miro quodam mõ placere iamdiu nouerimus, tũ ob eorũ admirãdam uirorũ sanctimoniã et morũ præclarissimam honestatem Accipito igitur munus hoc prorsus regiũ, et aliquando cum uacaueris pelle gito. Vale Bononiæ Cal. Ianuarias.

NOMENCLATVRA QVORVNDAM VIRORVM PRAECELSA SANCTITATE FVLGENTIVM ORD. PRAEDIC. LEANDRI ALBERTI BON.

.B. Stephanus — STEPHANVS olim Lombardiæ prouinciæ præfectus uir in his quæ religionis erant, probus et strenuus, fuerat a Beato parente Dominico ab hoc seculo ipurissimo exceptus, et p̃dicatorũ militiæ addictus, quẽ plurimũ pater Dominicus amauerat, ueluti filiũ dulcissimum, uita functus est deuotissime. .B. Vualterus. Theutonicus. VVALTHERVS de Meyssemburg Theutonicus, uir multæ religionis, multæq; tam corporis q̃ animi nobilitatis, relicta cathedralis ecclesiæ præbẽda, et maximis opibus, quibꝰ pollebat anno ætatis suæ, sancto afflatus numine, sextodecimo, togam sanctæ Conuersationis militaturus sub prædicatorio uexillo, induit. Sicq; postea ĩ ea ꝓfecit, ut fratrũ suffragiis, plurimis præfuerit Cœnobiis, deinde maximis præfulserit miraculis. .B. Petrus theutonicus. PETRus delar Theutonicus uita et doctrina clarus, multis fulsit post obitũ miraculis. .B. Petrus de Albenatio PETRVS de Albenatio uir admodũ contẽplationi deditus, sanctitateq; mirifica ornatus, cui omnipotens deus multa de ordinis progressu reuelauit, cursum suum sancte, fœliciterq; in spiritu dei expleuit. .B. Vulielmus VVLIELMVS cõdã Senonẽsis curiæ moderator, uir utiq; uenerãdus, cũ morti appropinquaret, cuidã fratri sibi suadẽti morbi tollerãtiã, et ad sanctissimã confessionẽ accessum, respõdit. Bone frater, nimis ĩtempeste hæc suades, Si enim usq; modo hæc peragere distulissem, nimis distulissem, Posthac in mira spe, et animi lætitia, quieuit. .B. Dauid. DAVID Anglicus uir omni honore honorandus, atq; sanctimonia maxima p̃ditus aliquando ad dei raptus iudiciũ Beatissimã deiparã conquerentem audiuit de his, qui sibi segniter cursimq; et irreuerenter officium persoluebant. .B. Ioãnes theutonicus. IOANNES nuncupatus Mulberg Basiliensis uir maxima religione præfulgidus, et animo infractus, uitæq; regularis specimen et norma, extor factus pro uita regulari moritur in firmitate animi sui deuote in Cœnobio Mulbrunensium Cistertiẽ

sium familiæ, et inter Abbates ingenti cũ honore sepelitur anno Domini Mccccxiiii. v. Nonas Decembris. HELIAS Lingoniensis Gallus uir san-ctus et ingẽti doctrina ornatus, iubente Gregorio. xi. Pont. Max. ob eius admirãdã doctrinã et sãctimoniã adiit Armenas, Thartaros, et Græcos, gratia uerbi Dei concionãdi, cũ fratribus uiris probatissimis, qui omnes postea claruere miraculis. Quibus Pontifex prouidus ultra duo aureorũ millia, pro uiatico obtulit, atq; quelibet biblia, et horario, quod breuiariũ appellãt, cũ aliis codicibus donauit. EVERARDVS olim præfectus Cœnobii Nure-bergensis, pater Venerabilis, altero captus oculo ob eminentẽ lachrymarũ copiam, quas sedulo emittebat, uita sanctissime functus est. THOMAS de Grossis ex Prusia oriũdus, uir sane doctus et rectus, ĩ oratione assiduus, atq; meditationi totus innixus, et actione solicitus, in sanctitate sua ad do-minum migrauit. IOANNES Galeti uir mitis, comis, et lenis, atq; in oratione sedulus, patrũq; nostrorũ optimus assertor institutionum, Bononiæ fœliciter diem suum obiit, et in Cimiterio patrum sepultus. PHILIPPVS Marcho Saonẽsis uir multæ abstinẽtiæ et religionis, in proprio solo iã ætate confectus in domino quieuit. DONATVS de Sancto Miniate Hetruscus lenis, et mitis, optimus sacri uerbi cõcionator. BARNABAS Crucius Bononiẽsis uir magnæ sanctitatis, multa a dæmonibus passus est, Mantuæ uita excessit deuote. XANTES Florẽtinus beatissimi Antonii Archiantistitis discipulus, uir cõsilio, religione, et sanctimonia præfulgidus, Florẽtiæ diem suũ, plenus bonis operibus, obiit. THOMAS de Regno uir magnæ obseruantiæ et doctrinæ, sacri uerbi orator insignis, unus extitit ex primis instauratoribus uitæ regularis, cũ beato patre Io. Dominici, postea Cardinale. NICOLAVS Parmẽsis uitæ instauratæ seu regularis in cœnobio Bononiensi maximus assertor. ALBERTVS Siculus iuuenis multarum orationum, multarũq; lachrymarum, Bononiæ circa annum. Mccccclxiii. de-uotissime spiritum efflauit. STEPHANVS Bandellus Nouocastrẽsis uir doctus et religione clarus atq; in morte miraculis longe clarissimus, porro inter cætera asserũt cæco lumen præstitisse, floruit circa salutis nostræ annũ Mccccl. DAMIANVS Finariensis uir mira charitate præditus ac sacri uerbi concionator uehemẽs et assiduus, Regii Lepidi uita functus est. Mccccl. ubi præcipua colitur ueneratione, miraculis fulgens. DOMINICVS Cathalanus uir optima enitens religione, et sanctimonia clarus, diem suũ sanctissime obiit. GEORGIVS Vercellensis regularis uitæ norma, et uitiorũ seuerissima lima, plura Cœnobia tam in cerimoniis q̃ in structuris collapsa, sua industria, suoq; opere in utrisq; instaurauit. floruit circa annũ domini. Mccccclxxx. AVGVSTINVS de Buyella uir bonus et sanctitate mirabili conspicuus anno salutis Mccccxciiii, sanctissime in Cœnobio sancti

.B. Helias gallus. Plures fratres miraculis clari. .B. Euerardus Theuto. .B. Thomas de grossis .B. Io. Galleti .B. Philippus Saonẽsis. .B. Donatus de. S. Miniate .B. Barnabas Bonon. .B. Xantes Floren. .B. Stepha. Bãdellus. .B. Damiano Finariẽsis. .B. Georgius Vercellen. .B. Augusti. de Buyella

Dominici urbis Venetiarū uita defunctus est. Fuit enim uir miræ charita-
tis, multæq; orationis, ut semp orare uideret. Sæpe a plerisq; p cubitū a ter
ra eleuatus orare, seu meditari uisus est. Frequētes, cū sacrum altaris faceret,
quā missam dicūt, aut in choro deo persolueret officiū, cōsueuerat lachry-
mas fundere. Vtebat asperrimo ad carnes cilicio. Tantā siquidē illi domi-
nus autoritatem cōtulerat, ut posset leuibus congressibus ab hominū cor-
poribus dæmones depellere. Quāobrē, ab ipsis sensibiliter disturbabat, ne
utiq; ob hoc animo frangebat. Ab omnipotēti deo etiā tanta gratia digna
tus est, ut sola oratione, aut tactu, ægrotis impetrauerit salutē. Aliquādo in
genti ulcerū multitudine distētus, dum a Chirurgis ferrū apponēdū esset,
Att. tam patienter illud sustinuit, ut minime cruciari putaret. Claruit adhuc ui
Miraculū. uens ingentibus miraculis, Inter cætera urceū fractū, uino effuso, puero la-
chrymanti, cū uino integrū restituit. Tādē ad extrema ueniēs, susceptis p
more christiano ecclesiæ sacramentis deuotissime, dū supra grabatū genua
flecterē adniteretur, tollēs in cœlū oculos, hylari uultu, ac serena facie dixit.
Deo sit laus, inq; laus deo sit altissimo, et e uestigio spiritum emisit. Post
quartū annū ex sepulchro aquis oppleto, ubi fuerat positus, ut loculo mar
moreo digno tāto patre recōderet, quē Antonius Tronus Venetus uir se-
natorius præparauerat, eductus, sic integer atq; incorruptus inuentus est, ex
cepta nariū extremitate, et uestiū nicturis, ut ea die fuisse sepultus uideretur.
.B. Cæteræ imagines, et simulacra argentea sepulchro illius appēsa, eius innocē
Sebastia- tissimā uitā, et animi integritatē abunde testant. SEBASTIANVS Bri-
Brixiensis. xiensis uir quadā dulci bonitate, lenitate, et comitate ornatus, rectus, iustus,
et sanctus, præsidēs secūdū congregationi Lombardiæ Genuæ sanctissime
.B. diē suū obiit plenus bonis operibus, anno salutis. MCCCCLXXXXV.
Andreas Cuius animi integritatē et rectitudinē miracula post eius decessum secuta
de Pesche cōtinuo, pstata fuerūt. ANDreas de Pescheria Morbinii claret miraculis
ria. PEtrus gallus miraculis pfulgēs Vicētiæ iā ætate cōfectus uita excessit circa
.B. annū domini. M.D. Siquidē is uenerādus senex fuit uir multæ orationis,
Petrus gal multæq; meditatiōis, Porro semp uidebat psalmis ac orationibꝫ distineri,
lus. Dum uiueret miraculis præfulsit. Quippe Thomam Scropham Vicenti-
num uirum patriciū, maximo et acerbo intestinorū dolore captum, solo
tactu cōtinuo liberauit. Quāobrem Thomas tanti beneficii memor, post
.B. obitum illi sepulchrū uenustū, et tāto patre dignum erexit. Vbi per eum
Marcus deus multa miracula operatur. MARCVS Mutinēsis uir multa religione
Mutinen. et deuotione pollens, plenus insignibus operibus, iam grauis annis Pesauri
sanctissime spiritū efflauit circa annū Christi. Mccccxcviii. xi. Cal. Octo-
bris. Deinde post nonnullos annos sepulchrū lapideum illi positum fuit,
ubi maximis præminet miraculis.

NICOLAVS BAGNATORIVS BRIXIANVS AVGVSTINO COMOTTAE BRIXIANO COMPRAEDICATORIO.S.

TANTA est erga te fidei meæ obseruantia, amorisq; syncerita Augustine charissime ut nil mihi iocundius, ac honestius uideri possit, q̃ cũ ingenuo animo tuo quod gratũ sit sæpius offerre ualeã. Nõ ea profecto ratione solũ, quoniã utriq; eadem patria sit, sed potius quia te cũ pp summũ ingeniũ tuũ, sũmãq; doctrinã, tũ pp singularẽ modestiã, tuarũq; uirtutũ splẽdorẽ gratissimũ, summa semper amplexatus sum beneuolẽtia. Quãobrẽ cũ Leander Albertus Bononiẽsis utriusq; nostri amantissimus, præclarũ et elegãs opus uirorũ illustrium huiusce nostræ prædicatoriæ sectæ gesta memoratu digna fideliter narrãs cõfecturus esset, rogauit me, ut Beati Cõradini Cõciuis nostri uitã breuiori quo possẽ stilo componerẽ, quod quidẽ, ut illi tanq̃ amico singulari morem gererẽ, præstare minime renui. Nemini uero (licet quid minimũ sit) nisi tibi munusculum istud offerẽdũ censui, qui etiã sanctorũ Patrũ exẽpla æmulaturus sedulo perquiris. Eo igitur aio illud suscipe quæso, quo ego te semp sum ꝓsecutus, et (dũ uiuã) ꝓsequar, et quo idẽ offerẽs, adhuc digniora tibi q̃ dedicã cogito. Vale unicũ gẽtis nostræ decus. Bononiæ pridie idus Iunii. MDXVI.

BEATI CONRADINI BRIXIANI ORD. PRAEDIC. VITA PER NICOLAVM BRIXIANVM EIVSDEM OR. EDITA.

BEATVS Cõradinus nõ ficta uirtutũ effigies, ex antiqua præclaraq; Bornada familia originẽ trahẽs, Brixia cisalpinæ Galliæ ciuitate nobilissima oriũdus fuit. Hic ætatis suæ annũ xvii agens, quo Cæsareo, Pontificioq; iuri operã nauaret, Parauiũ urbẽ tũc omnigenæ doctrinæ studiis florẽtissimã genitore Vergilio nũcupato, mãdãte ꝓfectus ẽ. Vbi qnquẽnii spacio cõmoratus, illũ sapiẽtiæ gradũ attigit, ut gymnasii doctores, utpote quẽ eruditissimũ experti fuerãt, collegii gratis donare uellẽt. Ipse aũt qui hominũ applausus, fauoresq; aspernabat, animũ ingenuis moribus exornare cupiẽs, nullũq; modũ id assequẽdi faciliorẽ q̃ religionis claustro mancipari optime arbitratus, Prædicatorũ ordinẽ eligẽs integerrimũ patrẽ Matthæũ Nouariensem, postmodum Mãtuanũ Epm adiit, humiliterq; uotũ suũ exprimens, optatissimo religionis habitu ab eodẽ indutus est. Quũ igit omni mentis synceritate p anni spaciũ ordinis labores sustinẽs expertus esset, triduo ante statutã diẽ, qua professionis nodo astringi deberet, nil comedẽs uel bibẽs, orationibꝰ, uigiliisq; cõtinue insistebat. Licet aũt tãdiu abstinuisset, nullam tamẽ faciei maciem, uel pallorem incurrerat, Adeo nanq; fortis et alacer in abditioribus locis

Vergilius pater .B. Conradini

Togã prædicatoriã induit.

Art.

latitãs mox repertus est, ac si nullius inediæ labore passus fuisset. Vinculo itaq; professione omni reuerẽtia, cordisq; affectu ardẽtissimo religatus, ita maiorũ imperio sacris Theologiæ dogmatibus insudauit, ut et in illis pluri mum profecerit, et religionis labores, oneraq; subeũda minime subterfuge/ rit. Quoniã aũt sua omni ex parte sanctitas, ac prudẽtiæ decor amœnissi/ mæ lucis radios emittebat, seniorẽ in moribus animũ potius, q̃ ætatis iuue/ niles annos patres nostri animaduertẽtes, pastore unanimes cõuẽtui Brixia no pfecerũt. Nõ desistebat tamẽ ob hoc, quin magno aĩ feruore, sũma cũ facũdia et gratia populis cõcionaret, Iustitiã proculdubio, et in hoc genere colebat, cũ prior ipse pficeret, quæ aliis sectãda proponebat, Plurimos istis suis declamationibus, uniuersis uitiorũ illecebris addictos, et irretitos in uir tutũ semitas, morũq; honestatẽ erexit. Sibi etiã subditis uirtutũ imaginem perfectissimã seipsum reddere satagebat. Tẽporibus cõtinuis ĩ die semel tã/ tũ edere cõsueuerat, nõ lautiores, sed uilissimas æpulas eligẽs, suũ defraudãs geniũ, semper parcissimus extit, Et quoniã cœlestibus semper inhiãs, inanẽ sæculi laudẽ, et aurã cõtẽptui habebat, quã corde humilitatẽ sectabat, illam cõuersatione, uestibus abiectioribus, aliisq; publicis operibus manifestã fa/ ciebat. Plurimis nãq; precibus, subiici magis q̃ pesse exoptãs, illius dignita/ tis onere leuari tãdẽ obtinuit. Sed quoniã illius uirtutes incremẽtũ maxi/ mũ in dies sumere patribus uidebant, cæteros eius prudentissimo regimine priuari diutius minime sunt passi. Nã cũ anno supra millesimũ quadringẽ tesimũ. xxvi. ad sacra uitæ regularis instituta cõuẽtus Bononiẽsis p uenera bilẽ patrẽ Bartholomæũ Texerii totius ordinis magistrũ rediisset, quo mo rũ disciplina facilius seruaret, necnõ cærimoniarũ, ac institutionũ obseruã/ tia breui reluceret patrẽ istũ sanctissimũ, ppositũ, tãq̃ uirtutũ oĩum exẽplar ac monile fulgẽtissimũ, cõcordi animo patres qui Bononiæ morabant in suũ elegere pastorẽ. Quãprimũ aũt ad illius aures, quæ gesta fuerãt deuene re, lachrymis obortis de se humillime sentiẽs, aĩo angebat, utpote cuius hu meris onus impar (ut ei uidebat) imponere curarẽt, cũ longe leuiorẽ pſiden di puinciã Brixiæ subire abnuisset. Quonã pacto aiebat ipse ingens pon/ dus sustinere potero, qui sub aliis leuioribus sæpissime defeci. Eo tpe Bono niã uenerat ordinis magistrũ uisendi gratia, et ut ab onere pfecturæ cõuen tus Brixiani liberaret, qđ obtinuisse supradiximus, auditis istis circa se no/ uiter pactis, ad magistri pedes statim prouolutus, haud ficte lachrymãs, eni xe petebat, ne ad quæ minus idoneus esset arctaret, obsecrationibus suis po tissimũ addebat ad huiuscemodi pagẽda imbellẽ ætatẽ, trigesimũ nãq; ãnũ necdũ cõpleuerat. at qm̃ dei spũ pr̃es afflati altera ex pte, ut pastor ibidẽ cõ stitueret, ĩsistebãt, et grauissimi oĩum cẽsoris dei uolũtas manifestissime ap/ parebat, uoti cõpos miníe factus, onus subire ab ipo ordĩs magistro cõpul sus ẽ, Diuinũ itaq; decretũ esse aĩaduertẽs, tutissimũ ĩ regẽda familia præsi/

Cœnobio Brixiano præficitur.

Art frugalitatẽ B. Cõradi ni.

Præficitur Cœnobio Bononiẽ.

Art.

dium adinuenit, frequenti .f. oratione sapientiã ab omniũ datore largiſimo expoſcere. Quapropter totũ ſe obſecrationibus addixit, præcipue aũt a uirgine ſereniſſima Dei maximi genitrice ſuppetias efflagitabat, quo ſanctiſſimæ legis doctrinã filiis ſuis chariſſimis tradere, et morũ diſciplinã manutenere poſſet. Nil temere unq̃ operabat̃, ſed ſi arduũ quippiã occurriſſet ſibiipſi minime credens, precũ deuotiſſimarũ inſtantia diuinitus doceri merebat̃. Cõſtantius Frabrianenſis Vir profecto fide dignus, Beati Viri ſanctiſſimæ diſciplinæ eo tp̃e ſubditus retulit, queadmodũ orationi adeo aſſiduus erat, et indefeſſus, tamq̃ ingenti animi feruore preces ad Deũ optimũ emittebat, ut eius uoces ſingultuũ frequẽtia ruptæ, clamoreſq̃ eminus audirẽtur, Diuinũ proculdubio nectar, et ambroſiã tũc pleniſſime duguſtaſſe, eſt q̃ recte ambigat nemo. Indiciũ etenim ipſum in meditationibus ſuis, cœleſtiũ dulcedine repleri manifeſtiſſimũ erat, q̃ fere ſemp̃ ſiue deambulãdo, ſeu q̃eſcendo correptus extaſſi uidebat̃. Liguã ſilẽtio cohercere mirũimodũ delectari cõſueuerat. Quod utiq̃ hac d̃ cauſa feciſſe nõ ambigo, ut .f. fœliciſſime ſuperiora cõtemplãs, diuinos latices abũdãtius, faciliuſq̃ cõbiberet, Si tamẽ quãdoq̃ loq̃ cõpelleret̃ uerba nõ niſi morũ honeſtatẽ præſeferẽtia p̃ferebat. Quadere et petitionũ ſuarũ plures obtinere gratias meruit. Nã aliquãdo cũ i Cellulæ ſecreto orationibus uacaret, laſciuientis carnis tentiginẽ erumpere aiaduertẽs quæ q̃dẽ a diuinorũ cõtẽplatione plurimũ animũ abducit, orationũ uberrimo fructu, pudicitiæq̃ decore allectus, ferreũ flagellũ arripiens, terga nudata tandiu percuſſit, quouſq̃ ſanguis nõ modicus efflueret. Quũ itaq̃ petulãtis corporis illecebras magnanime repreſſiſſet, piiſſima cœleſtis patriæ Regina duabus comitata uirginib9, mira odoris ſuauitate illi extemplo apparuit dicens, Conradine fili chariſſime iãdudũ ſuſpiria, ſingultus, gemitus, lachrymas, tuũq̃ caſtiſſimũ affectũ optime noui, Ea profecto uirtutũ fundamẽta iecisti, ut minus laude dignũ uideatur ob uigilias ac orationes tuas, te gratia aliqua nõ donari. Quãobrẽ ſcito quaſcũq̃ ad filiũ meũ preces emiſeris, illas exauditas eẽ, teq̃ oĩa q̃ efflagitaueris cõſecuturũ. Et quo priuilegii hui9 fidẽ faciã, nũc tibi amatæ caſtitatis ĩtegritatẽ enixe poſtulãti, renes petulcos ita cohibebo, q̃ nullo exĩde turpitudinis ĩfeſtaberis telo. Illa ſic demũ fata p̃pius accedẽs, illius renes quodã ſuaue olenti ceromate inũgere uiſa ẽ inq̃ẽs. Stringant̃ amõ renes tui ne ullã deinceps carni aduerſus ſpiritũ bellãdi occaſionẽ p̃ſtare ualeãt. Peractiſq̃ omnib9 Virgo ſanctiſſima cœleſtia petiit. Quoniã uero iſtud dignum memoratu extitit, ideo locus ille, in quo uiſio apparuit magna hodieq̃ colit̃ ueneratiõe. Beatus igit̃ uir ſpiritus ſancti donis refertus, Paſtoris officia prudẽtiſſime exequẽs benigna morum grauitate, dulci uerborũ facũdia, grata cõuerſatiõis maturitate, plurimis uirtutũ exẽplis uniuerſos ad recte, beateq̃ uiuẽdũ alliciebat. Blãdienti p̃cipue ſæculo corporis et cordis aures minime præbẽdas eſſe aſſeuerabat, Cacodæmonis laqueos ca

Att. Quale præſidiũ adinuenit in regẽda familia.

Att. Quã aſſiduus et feruens ĩ oratione.

Apparuit B. Virgo B. Conra.

Att.

Inungit̃ a B. Virgine

uere, carnéq; nō hosté educare, sed abstinétiis edomitā spūi obtéperāté reddi oportere sæpissime docebat. Et q̄uis in illius obseruātiæ initio nōnulli adhuc forent, q sanctarū institutionū leges nec plene āplexati fuissent, ab omnibus tamé summe uenerabat, præcipuisq; honorū titulis dignū arbitrabātur. Maxía humanitate ét tacédo delinquétes carpere solitus erat. Cū.n.q̄dā nōdū regularis uitæ sacras obseruatiōes āplexatus secreto comesturus ad Cellulā Carnes detulisset, Sanctus uir diuino edoctus spū uespere ad illū uenit miraq; uerborū dulcedie iterrogās ait, Fili Carissime nū aliqd qđ mādu cemus habes? Ille uero nil se hére primo asserés, a Patre sancto rogatus tādé licet rubore pfusus, carnes, quas parauerat ptulit. Ambo itaq; sedétes comederūt. Refectiq; cū gratias egissent uir sanctus nulla uerborū exaspatiōe facta recessit. At ille errore cognito a legis suæ rectitudine deuiasse ppendés, tāta ét benignitate abuti nolens, animū ad Sanctorū Patrū decreta cōuertit, et ad lucé extremā usq; nō segniter obseruātiæ studuit. Hinc igit illius in regimine prudentiam, noscere possumus quia humanitate potius ad uirtutis amorem illū nō recte operantem trahere aggressus est, quem forte seueriori disciplina haud potuisse flecti cernebat. Hanc aūt uentris sobrietaté asperrimis ipse abstinentiæ macerationibus cómendabat, nec membra cibi parcitate uigiliisq; eneruata reddidisse contentabat, sed ét ciliciū carné plurimum edomans (teste pfato Cōstantio fabrianési) cōtinue indutus deferebat. Nō inuitæ obedientiæ specimen, quod cæteris amplexandū prædicabat, ipse adeo seruauit, ut nō mō maioribus, uerū ét minoribus parere nō abnueret. Nā in Conuentu Bononiensi, cui ipse præsidebat, in illis regularis uitæ primordiis, secularis quidā Mensarū loco pposítus, uidens illū curā obediendi exactissimā hére, sibi ob abstinentias maximas cōpatiens, quādoq; sub obediétiæ uirtute mādabat, ut cibo saltē modico refocillaretur, Ille uero obediæ noie audito, adeo uirtuté istā colebat, humilitate eximia præditus, q̄uis (ut diximus) miræ abstinétiæ existeret illi stati obtéperabat. Ob igit uitæ itegritaté nullus suo tpe par ei reperiebatur. Virtutū ét ipsius splédor ex uultu elucebat āgelico. Noxas quoq; aliorū in deū, deplorare cōsueuerat, Nā Ciuis qdā Bononiensis honestā uitā ducens, dū beati uiri summū Religionis apicé cōmédari audisset protinus adiecit, Cū mea sancto isti crimina cōfiterer, adeo lachrimabatur ac si alter beatus Ambrosius extitisset, q̄uis ét illa grauia minime forent. Prophetiæ ét dono claruisse apertissime compertū est, Cū.n. Cōuétū Bononiésem adhuc sapiétissime regeret grauissima pæstis ipsū ac plærosq; alios inuasit. Quos quidé hilaris semp ad tollerantiā hortabatur, nec ex ifirmitate sua deficiens sed spūi magis operā dans, ofones obsecratiōesq; pprias nequaq̄ missas faciebat. Dei fretus auxilio, et spū sācto afflatus, filiis suis prædixit pestilétiæ deū breui finé impositurū. Quod et rei mox pbauit euétus. Nā modico tpis spacio oés cōualuere. Tribulatiōes quoq; plurimas ciuitati

Att
Humanitate deliquétes corripiebat.

Att
Optimum modū corripiendi.

Att
De obediétia pulcrū.

O maximā B. Con. Charitaté in pænitentes.

Cõuẽtuiq; ſupuẽturas ꝑnũciauit, q̃ ut narrabo nõ defuere. Quibuſdã nãq; iteriectis mẽſibus cũ Bononiẽſiũ ps ab Eccleſia defeciſſet. Põtifex maximus Martinus. V. urbẽ exercitu obſedit. Qui uero altera ex pte põtificis mãdato obtẽperare cupiebãt una cũ uenerabili Patre Magacoſta, q eo tpe beato ui ro paſtor ſubſtitutus erat, ex eo qr Pontifici gratus et notus eẽt, Vrbẽ eiecti, exulare coacti ſũt. Cũ aũt armorũ ui capi nõ poſſet, tutiſſimaq; bello q itus erãt ꝓpugnacula pararẽt, exercitus quoq; mœnibꝫ ꝓpulſaret, Pon. max. illos eccleſiæ ſacramẽtis interdicere decreuit. At qr nõ facile reperiebat̃ q ſuas inhi bitionũ, minarũq; litteras plenas introfferre auderet, Beatus ipſe Cõradinus eccleſiæ ſuo ẽt ſanguine omnino iura ꝓpugnaturus equũ intrepidus aſcẽdẽs Vrbẽ egredit̃, Põtificiſq; legatũ q una cũ exercitu aderat allocuturus adiuit Ille uero uiſo ſancti Patris fideli cõſilio minaces, diuinorũq; ihibitorias lit/teras ipſi publicãdas tradidit. Quibꝫ ſubinde acceptis haſtæq; affigens, quo facilius manifeſtarent̃, ad urbẽ regredit̃, et ad Ciuitatis plateã deueniẽs uoce magna clamare cœpit. Ecce uobis Deo, et Vicario eius rebellibus uniuerſa diuinorum ſacra interdicuntur, nullus quauis excuſatione tergiuerſari po/terit. Ignoraſſe nemo aſſerere audeat, litteras inſpicite, prophanum corrigi te errorẽ. Illico capitur, Carceri mancipatur, excãdeſcenteſq; mortẽ illi ma/chinant̃. Ex illis autẽ quidã in mediũ ſurgens dixit. Necẽ iſti inferendo nil aliud facimus, niſi ꝙ optatã ꝓ eccleſiæ fauore cõcedimus mortẽ. Nõ iterficiẽ dus igit̃ mihi uidetur, Primoribus ergo in eius ꝑniciẽ diſcordantibus ob ẽt uitæ integritatẽ plurimis notã e Carcere eductũ liberũ fecerũt. Beatus tũ uir minime exterritus publicis declamacionibus in Ieſu chriſti noĩe aĩarũ ſaluti prouidens Pontifici morem gerere, et eccleſiæ ſanctæ ſubiici populũ horta/batur. Quod quidẽ urbis optimates ægre ferentes, quicqd ãnonæ in Con/uentu repertũ fuiſſet auferri, ac militibus diſpenſari iuſſere. At ille patientiſ/ſime ferens ſolius Dei ſpe maxima ductus ſubſidio innitebatur. Amicorum aũt plæriq; diuina prouidente gratia calamitati compatientes quotidie illis neceſſaria miniſtrabant. Principes uero neq; hoc ſuſtinentes Capitis ſentẽ tiam edicto publico protulere ſiquis deincepes Conuentui illi quippiã præ buiſſe reptus eſſet, Tũc licet humano deſtituti uiderentur ſuffragio diuino tamẽ minie priuabant̃. Multi ẽt deũ magis ueriti q̃ ſcæleſtorũ hoĩũ minas clã ſub ueſtibus deferentes aliquid illis ſubminiſtrare nitebãtur. Beatus aũt nec iſtis animo deiectus, ueram Pontificis partẽ defenſans, nec Corporis aduerſa pertimeſcens, populum quotidie palã ut eccleſiæ obediret admone bat, Propter quæ denuo in Carcerem truſus, ibi etiam ſubſidio priuatus eſt Ea propter diebus illis, qbus Carcere detinebat̃ nil prorſus comedit eucha/riſtiæ ſolũ ſacro ſatiatus, qd eo die ſũpſerat quo carcerali cuſtodiæ mãcipa tus fuit. Vnde ad oratiões ſe totũ cõtulit, meditationiq; diuinorũ ardẽtiſſi me uacans, in aerẽ eleuatus a carceris cuſtodibus uiſus ẽ, qd ubi primatibus

Att. Quid egerit ꝓ eccleſia. B. Cõ.

Pro eccleſia in carcerẽ cõiicit̃

Att. Non uidi iuſtũ dereli ctũ, nec ſemen eius quærẽs panem

Att. Qualiter recreatus cibo fuerit in carcere.

compertum est ipsum liberũ fieri iussere, Ipse uero sui liberationẽ paruifaciẽs flẽdo aiebat. Nuptiæ quidẽ paratæ erãt, sed ego ad eas inuitatus dignus minime fui. Supna deniq; fauẽte clemẽtia pace cõfecta, Põtifex Maximus auditis beati uiri ꝓ ecclesiæ tutela magnanime patratis, cognitaq;, eius uitæ integritate Cardinalatus dignitate ipsum sublimare decreuerat, at ipse profundæ humilitatis uirtute ornatus, nulla gloriæ cupidine illectus cõstantissime renuit, Istis itaq; cõpositis non multo post præfato patri Dominico decedẽti denuo Pastor suffectus ẽ, Qui stati creatus se obiturũ cito ꝓnũciauit, Quod qdẽ ẽt breui euenit. Nã pestis imanissime desæuiẽs, Vrbẽ, ac cõuẽtũ inuasit, oĩbusq; infectis summo cordis affectu, et maxima solicitudine deseruiebat. Plurimis autẽ pæstifera cæde morti cõcedẽtibꝫ, ipse, quoq; plaga illa percussus decubuit; Tũc ipatiẽtia minime fractus, sed idefesse omnipotẽti Deo gratias agens istantissime precabatur ut se perẽni fœlicitatis dono dignũ efficeret, Filios suos spiritu propagatos ad uitæ regularis istituta quottidie hortabaẽ, Charitatis affectũ, humilitatis specimen, pauptatis donũ, cæterasq; uirtutes uigili studio ut sectarẽtur admonebat, Illos ẽt ob sui futurã absentiã lachrymantes cõsolabaẽ inquiẽs, nõ uos ob hoc derelinquã sed propinquiorẽ mortuũ q̃ uiuũ opẽ uobis afferẽtẽ experiemini. Ipse deniq; lucẽ extremã fœliciter clausurus, mẽte, ac uoce, iugi psalmorũ cantu delectatus uniuersa ecclesiæ saluti facientia sacramẽta, deuotissime petiit ac suscepit, Tũc nec Cacodæmon opibꝫ bonis inuidẽs abfuit, quo stati uiso tã potẽti clamore uociferatus ẽ, ut a quodã uiro in ecclesia q̃ longe distat auditus fuerit. Mox ac si uictor euadẽs magnũ qppiã lucratus eẽt hilaris effectus ægritudinis suæ die octauo, Calẽdis Nouẽb. ãno salutis supra millesimũ quadrĩgẽtissimũ uigesimo nono, ætatis suæ. xxxii. et in illa maxĩa Religionis integritate decimo decurso, Cœlestes penates omni ex parte beatus, adiuit. Plurimis ẽt miraculorũ signis effulsit, quæ proculdubio uitæ innocẽtiã maxĩe testãtur. Nã cũ Torrẽs Garzia Brixiã perterfluẽs ob magnã niuiũ ac hymbriũ uim undiq; exundans pluriũ domorũ stati minaret ruinam, precibus a qbusdã ad beatũ uirũ effusis, mox intra aluei ripas repressus est, et Ciuitas liberata. Quoddã ẽt aliđ memoratu dignũ, nec iõ silẽdũ ab illo patratũ fuit, Nã uir qdã ĩ puteũ ꝓfundissimũ cadens, beato uiro ut sibi accurreret seipsum humillime cõmendãs, cũ ab omnibus mortuus crederetur illæsus omnino cũ igẽti omniũ stupore extractus est, Omnigenis febribus etiam laborantes plurimos medicorũ iudicio, fato proxime cõcessuros, fide syncera ad illum emissis uotis incolumitate integra commiseratus donauit, Illius autẽ ossa, ut digno honoris titulo uenerarẽtur, licet diligẽtius quæsita fuerint, nusquam tamen inueniri potuere, Corpus nãq; sanctissimum indifferenti cõsilio una cum aliis humatum fuit. Simplicitati profecto Patrũ antiquorũ parcendũ est. Patres nostri Brixiẽses ueluti ornatissimũ Patriæ

Abnuit cardinalatus dignitatẽ ultro oblatam.

Aægrotat. B. Cõradi.

Atẽ

Obitus. b. Cõradini

Atẽ

Miracula, post mortẽ. B. Cõ.

triæ decus ardētiſſime illud exoptāt, cui ſanctitatis celeberrima monumēta extruere conarentur, Q đ et Bononienſes uirtutū ſemper, et doctrinæ cul- tores exactiſſimos (ſi repirēt) facturos minime uereor. Quia tamē nihil ob hoc fœlicitatis et gloriæ ab illo demit, qua de cauſa iſtud euenerit totum altitudini ſapientiæ et ſcientiæ Dei reliquendum cenſeo.

Quidā Viri ſanctitate or. prædicatorū fulgentes Leandri Alberti.

r OBERTVS Neapolitanus uir uitæ ſanctitate et animi lenitate quadam dulci præditus, rectus ac deum timens, unus ex primis in Italia uitæ regularis, quam obſeruantiā uocitant, inſtauratoribus, iam ætate grauis, in Cœnobio Sancti Dominici Vrbis Venetiarum, Clugienſis Cœnobii præfectus, diē ſuū obiit, VI. calēdas Martii anno ſalutis Mcccxciii. Claruit miraculis tam uiuens q̄ uita functus. Vnū haud poſſum præterire de tanto uiro. Quippe tertio poſt āno ſanctiſſimæ functionis eius reſerato ſepulcro, inuentum eſt eius ſanctiſſimū corpus cœno ac aquis immerſum, iam putridis et obeſis ueſtibus, ita integrum incorruptumq́ꝫ, cū capillis et barba, extrema parte naſi excepta, ut uideretur ea die fuiſſe ſepultus. Qui melius eius geſta ſcire cupit, legat annales Hieronymi Bononien. .B. Robertus Neapolitanus.

n ICOLAVS Rauennas uir deuotus, et ſanctitate mirabili præcelſus deo hoībuſq́ꝫ dilectus, dimiſſo artiū doctoratu, quas profitebatur, ad ſanctiſſimam religionem aduolauit, togāq́ꝫ ſanctæ conuerſatiōis per manus uenerabilis patris Io. Dominici poſtea. S. Ro. eccleſiæ Cardinalis, ſumpſit. Supraquem concionātem in frequenti populo, uiſa ē corona nimio ſplendore fulgens, Præterea tāti feruoris in prædicatione fuit, ut aliq̄ndo ꝓ ſuggeſto feria ſexta paſſiōis domini noſtri Ieſu Chriſti uerba faciēs, ſic in illo calore diuini ſpiritus oīa eius mēbra obriguere (porro extaſi correptus erat) ut tactus ueluti congelatus in modū alicuius cruci affixi ui ſus fuerit. Claruit ſpiritu Priſcorū uatū. Tādē plenus bonis opibus deuotiſſime ſpiritū efflauit pridie nō. Nouēbris āno domini. Mcccxcviii. ī Cœnobio ſancti Dominici Venetiarū Vrbis. Cuius mirificā ſanctitatē plures uiſiones atteſtatæ ſunt, una cū Beati Io. Dominici uerbis, Qui dum legeret illud Cāticorū ī frequēti auditorū numero. Indica mihi, quē diligit anima mea longo ſermone laudes eius complexus ē. Eius uitā in annalibus Hieronymi Bonon. deſcriptam inuenies. .B. Nicolaus Rauēnas.

c ONRADVS de Groſſis ex Pruſia oriundus, uir uitæ cōmendabilis, ac famæ laudabilis, pœnitētiarius papæ, īſigniſq́ꝫ uerbi dei cōcionator, et aīarū zelator præcipuus, ac primus ī Germania ordinis noſtri inſtitutionū ac cerimoniarū inſtaurator, prout in .B. Cōradus.

Raimūdo Capuano diximus, per quem dominus magnalia operatus est, post ingentes, quos pertulit, pro Christo Iesu, proq; instauratione ceri/ moniarum, labores, ætate confectus, anno salutis. Mccccxxvi. apud filias in Stonenstembach sancto fine quieuit, et ante arā maiorem sepultus.

.B. Io. Fesulanus.

IOANNES Fesulanus Hetruscus uir sanctitate cōspicuus, et pingēdi arte peritissimus, āno domini. Mccccl v. xii. Cal. Martii Romæ uita functus est, et in Basilica. S. Mariæ ad Mineruā in sepulcro lapideo tanto uiro digno tumulatus, Quod Nicolaus. v. Pont. Max. duobus epitaphiis graphice exornari curauit. Fuit hic uenerandus uir tātæ obseruātiæ institutionum suarū, ut in palatio Pont. Max. cōsistēs minimā earum partem haudquaq̄ omiserit. Nā cum Nicolaus Pont. ei sacellum in palatio, quod adhuc cernitur, picturis exornādum tradidisset et eū aliquā/ do uiseret, ac diceret, hodie Ioannes uolo ut carnibus uescaris, Nimis enim laboribus indulsisti, respōdisse ferunt. Pater sancte hoc mihi præfectus Cœnobii non indulsit. Et Pontifex, Ipse, qui omnibus præsum tibi hoc idul/ geo. Ex hoc enim conici potest, quāta fuerit cum isto sancto uiro, patrū nostrorum obseruantia institutionum, qui sibi non indultum a Cœnobii sui præsidente hoc, pontifici obiecerit. Apprime Nicolaus tantum uirum coluit, ac ueneratus est, ob eius uitæ integritatem ac morum excellētiam.

.B. Laurētius de libra facta.

LAVRENTIVS de libra facta oppido territorii Pisani oriundus, uir uitæ uenerādus, et sanctitatis eximiæ. Hic extitit uir simplex, rectus, et i cunctis moribus compositus, Norma sanctitatis, pudicitiæ speculum, maximus uitæ regularis assertor. Obedientiæ filius, alūnus humilitatis, Deo et hominibus dilectus. Nemo eo pauperior, nemo uirtutibus ditior. In exoluēdo tā diurno q̄ nocturno officio nemo sedulior, aut deuotior, Aliis clemens et pius, sibi uero austerus. In aduersis pacientissimus. Quin et patiētiā, i ulcera tollerādo ī tibia diu apprime ostendit. fuit præterea aiarū zelator, sāctarūq; litterarū optimū recōditoriū. In cōcionib⁹ nō curiosus, sed utilis et copiosus. In cōfessionū audiētia et pestilētiæ tprib⁹ adeo īdefessus, ut eū nullus nedū superare posset, sed nec æq̄re. Tādē postea q̄ in domini uinea excolēda plurimū desudauit, ad uitæ extremum deue/ niens omnibus deuote, more Christianorum ecclesiæ sumptis sacramētis, adhortatisq; fratribus corā positis ut instituta patrū et deum maxime colerent, fœliciter obdormiuit in Cœnobio pistorēsi octogenarius anno domini. Mccccl vii. et sepultus est in tēplo dicti Cœnobii maxima cū totius populi ueneratione. Quē ferunt post mortem ingētibus claruisse miraculis.

.B. Antonius de. S. Germano.

ANTONIVS ex oppido. S. Germani urbis Vercellarum territorii, uir sanctitate, moribus, religione ac sciētia clarus, apud Nouū comum Galliæ cisalpinæ, ciuitatem amplissimis miraculis fulgēs, diē suum

diem suum deuotissime obiit, sepultusque est in sacello apostolorum in sepulcro lapideo, ob eius eximiam sanctitatem anno salutis. Mccccl viii. Plura dicenda essent de tanto uiro, sed ea breuitati consulens missa facio.

.B. Hieronymus de fulgineo.
IERONYMVS Fulgineus uir immēsa sanctitate præditus, ac ingenti deuotione ornatus, cum plurimo tempore Cœnobii .S. Io. et Pauli Venetiarum Vrbis egregie præfecturā egisset, tādem ictus peste interiit. Porro decumbenti Christus cruci affixus, eū parēte Dominico, et beato Roberto Neapolitano, prout promiserat, affuit eū ad morbi tollerantiam adhortans. Quo facto postero die glorificans deū, in quodam mentis iubilo, astante uiro dei Thoma Senensi, spiritū efflauit. Cuius funus maxima populi Veneti frequētia celebratū est, ob eius mirificam sanctimoniam, quam præsetulerat, dum uiueret. Claruit miraculis post mortē Nempe podagricus tacto sacro corpore, illico sospes regressus est. Floruit circa annum Domini. Mccccxciii.

.B. Io. Dacus.
IOANNES Dacus Cœnobii Rosthildēsis uir sanctus et bonus, cum cerneret se ægrotantem a domino uocatum, accersiuit fratres, et iussit super terram paleas sterni, et sese poni. Factus igitur uoti compos, indutus ordinis uestimentis, altera manu crucē tenēs, et altera sanctū funale, hylari uultu et facie serena ualedicēs fratribus, in domino quieuit. Mccccl viii. Diu enim omni cū laude prouinciæ illius egerat pfecturā.

.B. Bonifacius
BONIFACIVS uir deuotus et bonus, uidit sanctos fratres iā uita functos occurrētes sibi, ut in cœlestē domum introducerent.

.B. Guericus.
GVERICVS de .S. Quintino Vir profundæ humilitatis, sapiētiæ et doctrinæ, ostensus est Guilielmo Minoritæ uiro probo in gloria considere, a Beata Virgine.

.B. Vincētius Finariensis
VINCENTIVS Finariēsis uir rigidus, et uitæ regularis optimus assertor, floruit anno domini. Mcccclxi.

.B. Cōradinus Bononiē.
CONRADINVS Bononiensis ex nobili Ariostorum familia uir religiosus, uerax, et honestus, Bononiæ uirtutibus plenus, diebus quadragesimalibus. Mcccclxviii. spiritum efflauit. Fuit enim uir multarum lachrymarum. Togam sanctæ Conuersationis imperatorio iuri operam impendens, pertæsus mundi blandimenta, accepit. Tantæ uero animi lenitatis extitit et pietatis, ut quum quempiam de Christi optimi maximi, aut martyrum morte disserentem audiret, mox in lachrymas resolueretur. Eius opera et Thomæ de Trentaquatris, Bibliotheca illa excellentissima totius orbis terrarum (pace aliorum dixerim) Cœnobii nostri Bononiensis et initium et finem sumpsit. Dum præsideret Cœnobio Bononiensi peste crassante, fere omnes fratres emisit, ut se se ad tutiora ac salubriora loca reciperent, ipso pro solatio ægrotantium ac seniorum remanente. Pro adulescentibus ad sanctam religionem idoneis, inopibus, uictum emendica

Bibliothecæ Bonon. initium.

bat, et illos in litterario ludo continebat propriis impensis, ut cum sat operam litteris impendisset et aetatem opportunam nacti forent, sanctae Conuersationis uestiméta indui possent. Eius opera plures uirgines inopes, ipso dotes emédicante, nupsere. Vestiebatur pauperrime, in cibo parcus, in oratione assiduus. Sicq; de singulorũ gaudebat profectu, ut aliorum bona et cõmoda, sua uiderentur. In orationě adeo propensus erat, ut etiã in caeteris manuũ operibus distetus, semp orare uideret. Videbat, ut unico uerbo cũ cta cõplectar, esse religiõis norma et exemplar. Verũ de tãto uiro hactenus.

.B. Matthaeus Mãtuanus

MATTHAEVS Caterius Mantuanus uir deuotus et in cõsciétia ualde accuratus, adeo ut etiã minima libraret, in Coenobio Vigleuani oppidi Insubriae miraculis clarus deo ãno salutis nostrae Mccccl xxi. spiritũ deuotissime reddidit. Cuius admirandã sanctitaté, miracula, quae secuta sunt eius decessum, et simulacra caerea ad eius appẽsa sepulchrum apertissime testant. Fuit uehemens uerbi dei concionator, et animarum sedulus indagator. Vnũ narrare uolo de tãto uiro, quod lectores oblectabit. Accidit, ut aliquando cũ Cherubino Fabrianése, Pisis nauigio Genuã per mare petens, a pyratis interceptus cũ caeteris fuerit, cũ quo erat promiscui generis multitudo. Quod animaduertétes caeteri in lachrymas resoluti uoces ad coelum extollentes praesentem calamitaté deplorare coeperunt. Pyratarũ uero princeps sanctũ uirũ cum sociis duobus contemplatus, iussit liberos in littus deduci ut irét, quo mallent. Ast animaduertens Beatus uir quãdã uirginem cum matre lachrymãtes, ac plorãtes, maximis uocibus dei solatiũ implorãtes, eo q trahebant in seruituté, sibi ipsis, sed magis pudicitiae timentes, misericordia motus super earũ calamitaté, ante pedes principis manibus super pectus cancellatis, procumbés, dixit. Te o princeps obsecro, obtestorq; me captiuũ retineas, ut libere has mulieres abire sinas. Quo respondente sibi sat esse debere, q ipsum cũ sociis libertate donasset, et nõ debere aliud postulare, uir dei immotus ante pedes eius persistés ait. Eia princeps ob illius amoré, qui te ac totũ redemit suo sanguine mundum, quaeso me detineas, et his liberum iter concedas. Igitur tyrannus sancti uiri precibus impulsus dixit. Vade et pro me deum exora, quia ut uideo, uir dei es, et ex uita regulari. Porro non tantũ mulierculas illas, quas petis, libere dimittam, sed etiam totam hanc hominum praedam tibi largior. Pro uoluntate igitur de omnibus dispone. Relatis gratiis, et cum naui omnibus libere dimissis, sanctus uir oẽs cohortatus est ad gratias agendas Deo, cauerentq; imposterũ a peccatis, et uiuerét secũdũ Christi doctrinã. Mater uero cũ filia ne notari possent ĩgratitudinis, sanctũ uirũ muneribꝫ donare cõstituerunt. Ad quas uir reuerẽdus, Ite inquit, et deo gratias agite, qui nos a tãto periculo liberauit. Videte ne deinceps eius maiestatem in aliquo crimine laedatis.

Att. Rem pulchrã de.b. Matthaeo.

Consueuerat uir sanctus Christi cruci affixi simulacrũ, nõ sine lachrymis, aut animi quadam maxima æstuatione, nec sine profunda meditatione cõtemplari. In ultima cõstitutus ægritudine, præsidenti Cœnobii detexit se ex illa omnino ægritudine uita functurũ, ex eo ꝙ enixe a deo efflagitauerat, ut se faceret amarissimæ passionis anteq̃ decederet, aliq̃tulũ delibare, quod quidẽ petẽs pauloante uoti cõpos factus fuerat, eo quia persentiret cor sibi ueluti spiculo cõfossum, et tãto dolore cruciari, ut diu ãplius uiuere nõ posset. Porro Christus dominus noster suo cruciatu prout flagitauerat, uulnerauerat cor eius. Stephanus Placẽtinus comes a Galeacio Sforcia principe Insubrium, tribus oppidis spoliatus, uoto emisso ad Beatum Matthæum, nouo quodam modo euestigio recuperauit.

A NDREAS Noorth ĩ Cœnobio Hærlemẽsi Hollãdiæ uir bonus et deuotus uita functus est anno domini. Mccccxxvii. Hic sedulo beatissimã Virginẽ rogabat cũ lachrymis, ut eũ ex hac luce decedere minime permitteret, nisi in festo eiusdẽ. Igitur ingenti captus ægritudine, asseruit fratribus se in festo Assumptionis. B. Mariæ ex uita ista labili egressurum. Interrogantibus fratribus q̃ libẽter uita defungeret, respõdit. Hãc fratres horam semper gaudẽs animoq; læto exoptaui, ac præstolatus sum, et ut in ea me recte haberẽ, mundi præcalcaui illecebras, et hac sanctæ conuersationis toga indui. Cur igitur æquanimiter mortem ferre non debeam? His dictis, paulopost obdormiuit in domino. .B. Andreas Noorth.

I OANNES Vituoth uir magnæ patientiæ, magnæq; in aduersis constantiæ, his temporibus in eodem cœnobio floruit. Hic igit̃ diuturna et ualida ulcerum ægritudine ictus, cũ Augustino beatissimo ad dominũ exclamabat, Domine hic ure, hic seca, ne ĩ æternũ peream, Domine lapidem hunc tunsionibus bene dispone, ut in cœlesti ædificio decẽtius, sublimiusq; possit coaptari. Quippe in festo Natiuitatis Beatissimæ Mariæ semper uirginis magna cum sanctitate ad dominum migrauit circa annum. Mccccxxv. .B. Io. Theutonicus.

C ONSTANTIVS Fabrianẽsis uir miræ sanctitatis, miræq; integritatis, et sobrietatis, anno salutis. Mccccxxxi. Esculi in Cœnobio sancti Dominici, sciẽtia, sãctitate, ac miraculis clarus. vi. Cal. Martii uita functus est: et sepultus in Basilica dicti Cœnobii ad dexteram. Licet pauca referre de tanto uiro. Fuit adeo sobrius ut ieiunia per patrũ nostrorum sanctiones imperata nunq̃ præfregerit, quin et sextas quadragesimæ ferias per omnẽ ætatẽ dũtaxat pane et aqua egerit. Paleis pro strato utebatur, Cilicio carnẽ domabat, ac eam frequẽter flagris cõtundebat. In oratione adeo propensus et frequens, ut fere semper orare uideret̃. Quottidie pro defunctis cũ plurimis psalmis officiũ, quod appellant defunctorũ, per .B. Cõstãtius Fabrianẽ.

ſoluebat. Matutinali officio abſoluto, cui ſemper intererat, nunq̃ uiſus eſt ad cubiculum diuertere ſed in Eccleſia orationi, aut meditationi uacãs conſiſtere. Quandoq; a fratribus obſeruatus, auditus eſt magnos ueluti exirent ex intimo cordis meditulio clamores ac uoces edere, et cũ lachrymis ingentia emittere ſuſpiria. Nõnũq̃ adnixus fratres ad perſoluẽdũ crebro Dauidis pſalmos inducere, teſtabat ſe nunq̃ pſalteriũ perfeciſſe, quin eorũ, quæ poſtulauerat a deo fieret uoti compos. Vnde Maumethanis græciã oppugnãtibus, rogatus ut perſolueret pſalteriũ, ne illis uictoria cederet, affirmauit ſe pluries incæpiſſe illud nec unq̃ explere potuiſſe, ueluti diceret Dei hæc oĩa uoluntate fieri, ut hoc medio peccatis obnoxii denẽ pœnæ, et ideo ad finẽ perducere haud pſalmos potuiſſe. Eſculanã ciuitatẽ ſimultatibus, et factionibus oppletã, ad concordiã reduxit. Cœnobiũ diui Dominici eiuſdẽ urbis pene conſumptũ inſtaurauit, et regularẽ uitã profitentibus fratribus ornauit. In ſynodo fratrũ congregationis Lombardiæ Mantuæ acta anno ſalutis. Mccccl xxiiii. tanta in ueneratione ibidem habitus eſt ab omnibus promiſcui generis, ut unuſquiſq; ſe fœlicẽ putaret, qui uel uidere uel eũ alloq, aut tangere potuiſſet. Pleriq; enim ueſtimẽtorũ fruſtũ, ipſo ignorãte, clandeſtine ferro præcidebãt, ut penes ſe ſe tanti uiri memoriã continerẽt. Panẽ de cœlo, ut mihi quidam Ven. pater, qui adhuc in humanis agit Fabriani, pro fratribus impetrauit. Plura dicenda eſſent de tanto uiro, quæ breuitati conſulẽs, miſſa nunc facio.

Att. De pſalterio.

.B. Steno Dacus.

STENO Dacus uir multæ ſcientiæ multæq; doctrinæ, diem ſuũ obiit in Cœnobio Scarẽſi anno domini. Mcccclxxxii. Hic enim anteq̃ togã noſtræ religionis aſſumeret, apud omnes ob eius eminentem doctrinam, magno habebatur in pretio, nec minus poſt. Ex oĩbus quæ digna ſunt litteris de tanto uiro, mandare, hoc unũ narraturus ſum, qđ maximũ inter oĩa cenſui. Porro aliquãdo, ut cõfeſſionẽ cuiuſdã militum præfecti audiret, accitus, qui graui premebatur ægritudine, quũ applicuiſſet uita functum eũ inuenit. Igitur hoc animaduertẽs uir dei, totus lachrymis profuſus, iuſſit in Cœnobiũ exanime corpus referri, et in medio Chori locari. Cœpit dein dominũ deũ maximis precibus pro illo pulſare. Vix enim orationi ſuæ (o rem mirãdã) modũ ſtatuerat, et ecce qui mortuus fuerat reuixit, dicens. Quid iubes pater? At omnipotentis dei famulus, uolo ut ſalutẽ adipiſcaris. Cui præfectus. Itidem uolo, ac enixe cupio. Abſoluta deinde confeſſione, et omnibus eccleſiæ deuote ſuſceptis ſacramentis, coram fratribus iterum ſpiritum efflauit.

.B. Matthias Dacus.

MATTHIAS Dacus Roſchildẽſis Cœnobii uir deuotus et ſanctus circa dominicum annum. Mccccxc. ſanctiſſime uita defunctus eſt. Quum enim morti appropinquaret, ſe alio miſſum aſ

firmabat. Tandem ad extremum ueniens altera manu crucem eleuatam su stinens, et altera sanctum funale accẽsum psallendo Maria mater gratiæ ma ter misericordiæ tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe, in domi no quieuit.

IOANNES Pistoriensis obscurissimis ortus parẽtibus, missus est a patre necessitate coacto, ut puta pauperrimo, septẽnis ad alienos porcos pascendos. Apud igit̃ Pisciã Hetruriæ oppidũ inter Lucã et Pistoriũ sitũ, impubes pascens porcos, a militibus Vrbeueterẽ deductus est, ubi a quodã Ven. patre ordinis nostri toga religionis indutus ẽ. Demũ adulescẽs factus, et cœnobio Salernitano, ubi post tyrociniũ suũ, uoto se re ligioni astrinxerat, cognita a patribus eius indole, gratia studii Perusiũ mis sus est. Vbi tãtũ profecit, ut ante uigesimũ ætatis annũ, eo ꝙ ingenio et me moria uigeret acerrima utrũq; instrumẽtũ, quã Bibliã uocãt, memoria tene ret. Tantæ humilitatis fuit, ut Bachalariatũ ac Magisteriũ oblatũ obstina tissime renuerit. In uerbis suis iactãtiã, ac ostentationem semper deuitauit, Nec unq̃ laudauit se, licet cæteros omni tp̃e laudibus ꝓsequi soleret. Tãto successu fere ꝑ totã Italiã cõcionatus ẽ, ut in plerisq; locis ob frequẽtẽ audi torum numerũ, cũ templa minime eos cõtinere possent, per plateas ipsum concionari oporteret. Plurimũ delectabat̃ uitã, gesta, ac miracula diui Vin centii Valẽtini ordinis nostri nuper inter diuos relati referre. Quo factum est ut eius uerbis, aræ ubiq; per Italiã ipsi diuo Vincentio positæ fuerint, et maxima ueneratione coli, prout nũc cernit̃. Primus is fuit, qui tãti uiri ge sta in Italiã aduexerit. Peste crassante apud Catharũ Dalmatiæ, cũ concio nem haberet pro foribus urbis in quodã patẽte loco, supplicationes in tri duũ suo iussu decretæ sunt, quibus expletis, mox pestis euanuit. Aliquãdo aspernatus est Episcopatũ Aquilanæ urbis sibi oblatũ, et decretos a Ragu sinis honores et caute, et scite deuitauit. Nempe exaudiẽs ciuitas Ragusina eũ aduenire, processit ei obuiã, quod ut uir dei resciuit alio diuertẽs, populũ sancte fallẽs, urbẽ ingressus est. Postq̃ diu in domini uinea excolenda labo rauit, ingenti correptus ægritudine, in cœnobio Lucensi Hetruriæ, diem sibi extremũ fratribus imminere prædixit. Quãobrẽ orationẽ tam amplã ac lu culentã et tempori accõmodatã habuit, ut in lachrymas omnes quotquot aderant, compelleret. Hac in ægritudine sic eius facies exhilarata est, ut ali quis de cœlo delapsus uideretur. Biduo enim anteq̃ uita decederet, uestibus omnibus indutus ueluti iter facturus, eia fratres inquit, iã prope imminet hora, ut ualefaciã. Hora igitur. vi. noctis sancti Benedicti ualedicens fratri bus, ac dicens In manus tuas domine cõmẽdo spiritũ meũ, sancta illa ani ma carne soluta est, anno Domini. Mccccxciii. et in Templo sancti Ro mani ad leuam aræ maioris sepultus est.

.B. Io. Pistoriensis.

Att.

B. IACOBI SEXTII MEDIOLANEN. VITA PER GEORGIVM MEDIOLANEN. OR. PRAEDICATORVM EDITA.

b EATVS Iacobus Sextius ex ciuitate Mediolanensi honestis ortus parentibus, primũ quidẽ arte medicus fuit, dehinc quum desponsata sibi Virgo, priusq̃ traduceret ualefecisset uiuentibus, intelligẽs nõ esse uolũtatis domini ut sæculo deseruiret, statuit ad religionẽ transmigrare. Quod quũ pater cognouisset, cœpit illi q̃tũ potuit omnino obsistere. Verũ quũ explere uotũ suum omnino uellet deuotus iuuenis, tandẽ ait pater. Concedamus ambo huc ad sci Frãcisci cœnobiũ, et si mihi spiritualis pater hoc tibi expedire psuaserit, liberũ te quo malueris abire permittã. Igĩ a religioso patre, quod rõ suadebat accepto respõso liber factus, patri ualefaciens egregium euangelicæ prædicationis uirum fratrẽ Ioachinũ aquilã apud sanctũ Eustorgiũ adiit uotum suũ illi significans. Quod cũ ille gratãter accepisset, laudato primũ eius proposito, suasit ut Papiã ad sanctũ Apollinarẽ accederet, ubi regularis obseruãtia diui Dominici tũc tẽporis plurimũ uigebat. Quo ille nõ surda aure accepto cõsilio statim illuc aduolãs, diu desyderatũ religionis habitũ suscepit. Itaq; quum breui tẽporis spatio et diuinarũ litterarũ peritiã et omnẽ religionis pfectionem mirumimmodũ indeptus fuisset, quũ soliciti essent plurimũ cõgregationis nostræ patres cõdẽdi apud Mediolanũ Cœnobii, unus ipe dignus uisus est cui tãta prouincia cum patre fratre Dominico Cathelonio demandareĩ. Ergo Mediolanũ ueniẽs tãta in cõmisso negocio fide et solicitudine, tãta ad populi ædificationẽ et religione, et exemplo se habuit, ut et fratribus prouida solicitudine pater et populo totius sanctitatis exẽplar semp sit habitus. Quare, quũ oẽs reliqui tũ primũ huc destinati inde amoti fuerit, ipse solus usq; ad extrema uitæ suæ tẽpora inibi pseuerauit. Siquidẽ uelut colũna imobilis ac fortissima uisus ẽ patribus, quæ sola tãtæ structuræ machinã tã spiritualiter q̃ tẽporaliter ferre potuisset, Vnde et sæpius a multis dubitatũ ẽ deficiẽte ipso, simul et cõuẽtũ omni prorsus auxilio destituẽdum. Erat siquidẽ ille regularis disciplinæ obseruãtissimus, adeo ut speculũ quoddam uidereĩ, in quo cũcta prædicatorii ordinis instituta adamussim uel minima relucereĩ. Silẽtiũ nãq; locis et tẽporibus, qbus nobis locutio ex ipsis institutionibus ĩterdiciĩ, ita seruabat, ut nec apud seculares comedẽs illud ꝑtermitteret. In ciuitate cum eam cottidie infirmos uisitans, totam pene perlustraret, nũq̃ etiã æstiuis urgẽtibus caloribus, ab aliquo poterat ĩduci ut biberet. Carnes uero nũq̃, nisi aduersa ualitudine coactus comedebat. Ieiunia ordinis, ea lege ab eo obseruari ppẽdimus, ut quũ a ꝑlato cõiter dispẽsari cõtingeret, ipse quoq; ne singularis uidereĩ ad cœnã cũ aliis cõueniret, alias nũq̃. Ad chorũ tãto aĩ affectu die noctuq; cõueniebat, ut siquãdo ex nimiis occu

Togã religionis induit Papiæ. B. Iacobus.

Atĩ. Formulã uitæ. B. Iacobi.

pationibꝫ qbus iugiter pmebat, matutinis cũ cæteris i choro eũ nõ itereſſe cõtigiſſet, ſũmo diluculo ſurgebat, illud nihilominus diuinũ ſoluturus offi ciũ, quaſi redempturus meritũ qđ uelut negligẽs ſibi pdidiſſe uidebat. Qđ ſi p diẽ ex choro, ut ſæpius accidit, a ſæcularibus euocaret, aĩaduerſum eſt a plurībus ter quaterq; eadẽ hora euocatũ ſemp rurſum ad pſalmodiã rediſſe In eo etiã loco tãta corporis modeſtia, tãta oculorũ cõpoſitione ſe habebat ut nõ niſi ad eius exẽplar nouitios ad ſui cõpoſitionẽ informãdos, eorũ iſti tutor arbitraret. Vnde et ſæpius nos hortatũ fuiſſe memini. V.P. fratrem Iordanẽ Triuiliũ, ut i eũ reſpiciẽtes, cõpoſitionis normã ab eo diſceremus. Paupertatẽ tãta diſtrictione ſeruabat, ut nec codices qdẽ haberet ad opor/ tunitatẽ lectionis, niſi libellũ quẽdã de arte bene moriẽdi. Et quũ in oratio ne eſſet aſſiduus, nil i cella pter crucifixũ ad oratoriũ et caput depictæ mor tis ad ſcabellũ habebat. Duo qppe hæc ſpei et timoris calcaria ſatis eſſe cre/ didit, quibus ad uitã impelleret æternã. Quare q ab eo auxiliũ iploraturus illius ſibi uoluerit imaginem delineari, cõuenientiſſime ad crucifixi pedes fle xis genibus eũ ſtatuet ſiniſtra qdẽ manu mortẽ pmentẽ, at uero dexterã ad Chriſtũ leuãtẽ hoc breui uerſiculo inter utrũq; cõſtituto. Spem, timor ad/ ducit, mors, uitã, Chriſtus utrũq;. Quũ aũt aduerſus ſeipſum tã rigidũ in auſteritate uitæ ſe exhiberet in alios nihilominus eorũ fragilitati ſeu imbe/ cillitati cõpatiẽs mitiſſimus erat. Procurabatq; etiã quãdo nõ pſidebat cõ/ uẽtui a plãtis diſpẽſationes, his, quos debiles cognouiſſet. Aegrotãtiũ curã adeo ſolicitã ſemp geſſit, ut et prioris et medici ac ipſius infirmarii munus obire uideret. Singulis aũt diebus ſæpius quoq; uiſitans ac uerbis cõſolatio nis eos cõfortãs, diligẽtiſſime aĩaduertebat nequid eorũ deeſſet neceſſitati/ bus. Tãtæ etiã humilitatis fuit, ut plerũq; hora refectionis eis pſto eſſet, at/ tendẽs diligẽtius reficerent ne qtũ ſatis eſt ægroti, cõuenientes nec ne eis cibi offerent, cauẽs nequid miniſtrãtiũ incuria fieret, qđ laguenti poſſet afferre diſcrimẽ. Qđ ſiquẽ deprehẽdiſſet aut ex nauſea (ut aſſolet) aut alia qua uis de cauſa cibũ nõ capere, nõ diſcedebat quoad uel hortationibus aut ciborũ permutatione, aut alio quouis modo ad ſumẽdã refectionẽ eũ induceret. Nec minus tamẽ ſolicitũ circa totius cõuentus neceſſaria procurãda ſe exhi bebat, adeo ut ſolus uideret cui paſcẽdorũ ueſtiẽdorũq; fratrũ onus incum beret. Nec fraudabat illius ſolicitudinẽ dominus. Siquidẽ tãtã illi apud ci/ ues gratiã cõceſſerat, ut ſiquid ab eo peteret nihil oĩo denegarẽt. Nam et ſæ pius pecunias ſub cirographo illi mutuatas tẽpore ſibi reſtitutas, cum ciro grapho illi remiſerũt, plures quoq; ei ſpondẽtes. Qđ ſiquãdo tamẽ ad pro bationẽ permitteret illũ dominus deficiẽtibus cõuẽtui neceſſariis aliquãtu/ lũ affligi, tãta nihilominus in deũ fiducia erigebat, ut cõſtãter ad tollerãtiã fratres animãs omnino polliceret nõ defuturã dei miſericordiam. Vnde et interdũ accidit quũ hora prãdii deficerẽt panes fratribus apponendi, ſpon/

Att

Attende et obſerua

Att. maximam charitatẽ B. Iacobi i ægrotos.

Att.

dente illo affuturũ dei auxiliũ superuẽtasse illico q̃ panẽ copiosius afferret. Aiebat tamẽ ille, uidete modo fratres uidete quomodo nobis ꝓuidet dominus. Præterea tãta erat apud fratres ueneratione ut ei plus timoris ac reuerẽtiæ impẽderet̃ q̃ priori. Vnde et nihil leuitatis in eius cõspectu committere quisq̃ ausus fuisset. Et si cõtigeret hora silẽtii ꝑ locutoriũ eo trãsire quosq̃ deprehẽdi, statim eo uiso ad ꝓpria ꝓperabãt. Quod siqui audaciores eum expectare p̃sumpsissent, totiẽs silentium silẽtiũ silẽtiũ ingeminabat, ut et ipsi cellarũ suarũ secreta cũ silẽtio petere cogerent̃. Audebat aũt hoc sanctus pater et si nõ esset prælatus fratribus dicere quũ religionis zelãtissimus ad unguẽ oĩa ipse obseruaret. Neq; .n. qđ aliquãdo accidit, poterat illi quisq̃ obiicere Medice cura te ipsum. Quũ aũt tãta esset apud fratres et auctoritate et reuerẽtia, erat nihilominus cõuersatione humilis, nec dedignabat̃ quũ esset uirtutũ plenus et dierũ, cũ reliquis fratribus ad euãgelici uiri fatris Calimerii Mõteclari, cuius nũc quoq; dulci cõmertio fruẽtes, cœlesti quottidie pabulo reficimur, exhortationes, quas freq̃uẽtes in cõuẽtu habebat cõuenire. Et usq; adeo libẽter eũ audiebat, ut ad eius dulcia uerba cõpũctus, uisus sit uberrime flere. Actione quoq; simplicissimus nihil penitus de eius opibus usurpabat ostẽtatio. Omnia quippe ĩ deũ dirigẽs, nihil humanæ laudis aura, nihil qđ nõ rõ suaderet fictus uel duplex operabat̃. Erat uir simplex et rectus ac timẽs deũ et recedẽs a malo. Tantæ etiã bonitatis erat, ut neminẽ quisquis ille esset, ad religionẽ uenire uolentẽ unq̃ repelleret aut ĩ probatione cõstitutũ quouis defectu expellendũ putaret. Memini quũ uellẽt patres quẽdã tyronem religionis quod nimis esset fatuus et stultus insuper et balbus ad sæculũ remittere, nunq̃ assensum fuisse illũ quoniã perseuerare ille uellet, polliceretur q; mores se correcturũ. Neq; .n. poterat nisi bona bonus ipse, de quoq̃ sperare. Verũ ille post aliquot annos quũ uix esset fratribus tollerabilis, petita licentia sed nõ expectata, ad laxioris uitæ cœnobia cõmigrãs, quũ nõ inueniret ubi quiesceret, pagrata uagus tota fere Italia, Mediolanũ rediens, quũ in domo sororis aliquot dies moratus in grauẽ lãgorem decidisset, ad hospitale maius deductus (sicut a multis quũ exeũdi licẽtiã peteret ei p̃nũciatũ fuerat) uita excessit. Ea erat deniq; religiosissimi patris bonitas ut de nemine posset mali quippiã suspicari. Qualis quippe unus q̃sq; est (ut Phs inq̃t) talia facile iudicat. Et diuus Ambrosius in libro de officiis bonitati Iosue ascribit q̃ facile Gabaontis crediderit de longiquo se uenisse mẽtiẽtibus quũ essent ꝓpinquissimi. Quare quũ p̃latiõẽ exercebat siquẽ in aliquo uel minimo trãsgressorẽ regulariũ ĩstitutorũ deprehẽdisset, quasi nouũ qđdã ac inusitatũ sibi accidisset, subito turbatus inultũ nõ relinquebat. Arbor erat, quã Armenicã uocãt in hortulo (solũ hũc tum possidebãt fratres) qui maiori dormitorio adiacet, hæc in tãtũ creuerat ut ad culmẽ pene ipsius dormitorii ꝑtingeret tãtã pomorũ copiã singulis annis afferẽs, ut

Quãta ueneratione fuerit apud fratres.

Att.

Att. Bonitatẽ B. Iacobi.

Attende.

stupori esset eã ĩtuẽtibus. Igit̃ quidã et pomi uenustate et copia allecti, quũ nõ possẽt opportuniori tpe uoti sui cõpotes fieri, ausi sũt post matutinas, quo tpe deuotus pater in oratione psistebat (erat quippe illi consuetudo in oratione pseuerãdi ab ipsis uigiliis matutinis usq; ad illucescẽtis diei crepusculũ, quo tpe ad Aue maria signũ fieri solet) arborẽ cõscẽdere, ac poma ad libitũ decerpere. Qđ quũ ille rescisset ita turbatus ẽ, ut nõ solũ de psumpto ribus ultionẽ sumpserit, sed et arbori maledixisse eũ frater Pacificus cõuersus uir admodũ religiosus et sanctus crediderit. Nã aĩaduertisse se curiosius affirmat nõ modo unq̃ ultra attulisse fructus arborẽ, sed et penitus aruisse. Volebat. n. ea, quæ nullũ possunt afferre corpori detrimẽtũ, ut silẽtiũ, modestia, oculorũ cõpositio et nequis sine licẽtia comedat uel bibat ac reliqua huiusmodi ĩmobiliter obseruari. Cæterũ in ieiuniis, ciborũ abstinẽtia, in uigiliis cæterisq; similibus nõ mõ discretus dispẽsabat, sed etiã cõpellebat quos debiles nouerat eiusmodi dispẽsationibus uti. Et ad fratres quidẽ sic se habebat. Porro ad seculares speculũ se sanctitatis exhibẽs nõ minus ad illorũ q̃ fratrũ salutẽ inuigilabat. Misericordiæ siquidẽ acribus uigilãter intendẽs, nõ diebus neq; noctibus a miserorũ uacabat obsequiis. Sĩgulis nãq; diebus ciuitatẽ discurrẽs nosset siquẽ ullis premi angustiis, ptinus eũ uisitãs salutis illi monita dabat. Tãta aũt in eius uerbis relucebat simplicitas, tãta in cõuersatione sanctitas, ut omnino solatiũ aliquod in aduersis caperẽt, qui eius uisitatione frui mererent̃. In quo quidẽ rectissima eius in deũ intẽtio, manifestissime noscebat̃. Nã nõ minus pauperum q̃ diuitũ solicitã curã gerebat. Aeque in nobiles et ignobiles, primarios et infimos, infirmos et potẽtes, magnos et pusillos charitate effundebat̃. Nullus modo illi oratione uel cõfessione aut alia quauis familiaritate esset iunctus, ab eius uisitationis et miserationis solatio excludebat̃. Siqua uidua, siqui pupilli, seu alia quauis miseria subsidio indigẽtes eius ĩplorassent auxiliũ, in illorũ tã corporis q̃ aĩæ salutẽ uelut pius pater ptinus excitabat̃, nec quiescebat quo ad illos ex suis eruisset necessitatibus. Erãt. n. plurimi nobiles ac ditissimi uiri et fœminæ illi deditissimi, a qbus et pupillis ac uiduis patrocinia et pauperibus elemosinarũ subsidia impetrabat. Et quũ sint in urbe mediolano plurima in subsidiũ pauperũ pia instituta loca, tantæ erat apud locorũ pcuratores et auctoritatis et fidei, ut siquẽ scripto illis cõmẽdasset, statim cõmẽdationis eius ille sentiret effectũ. Procurabat etiã nubilibus pauperibus dotem ab his, quos nouerat aut incertorum restitutioni obnoxios, aut alteri cuiusuis debito obligatos. Erat aũt in uisitãdis infirmis is ei mos. Quũ ægroti cubiculũ ingrediebat̃, præmisso eo qđ ex patrũ sanctionibus habemus (pax huic domui et oĩbus habitãtibus ĩ ea) ac salutato decũbẽte, postq̃ de illius statu satis erat edoctus, siquid re uel cõsilio poterat ei pius assistebat, dehinc ad aĩæ salutẽ statim cõuersus patiẽtiæ illi uirtutẽ cõmẽdãs, aliqd de eius uita, qui eo die in ecclesia

Act de arbore.

Qualẽ se exhibebat sæcularib9

Act. Charitatẽ ingentem B. Iacobi.

Act.

celebrādus occurrisset, aut certe ex Martilogio in nocte sibi inotuisset enarrabat, ac sic cōsolatū reliquēs ad aliū ꝓperabat. Quū ꝑuagata urbe ad claustrū reuertebat̄, ingressus statim aiebat. Hæc requies mea in sæculū &c. Si quis ēt in extremis laboraret, nō ꝑ diē tātū sed et nocte illi assistebat, ne uel ad horā ī spirituali subsidiū deesset ægroto. Itaq; tāta erat illius apud ciues gratia, tanta de eo per uniuersam ciuitatē celebris fama uulgauerat, ut oī se molestia leuari crederet, qui eius uisitationis meruisset solatio frui. Quare et multos oratione et benedictione sua beneficio sanitatis donasse eū compꝑtum est. Sed unū uel duo, quæ mihi magis ad liquidū cōperta sunt satis fuerit exēpla narrasse. Igit̄ quo tpe sanctimonialiū monasteriū diuæ Margaritæ a patribꝯ illi cura demādata fuerat, cōtigit sanctimonialē quādā febribus grauiter laborare. Quæ quū plurimū desyderaret a religioso ac pio patre uisitari credēs firmiter eius posse benedictione sanari, suscipiēdæ pœnitētiæ cā (sciebat. n. nō aliter uoti cōpotē se fieri posse) eū ad se ingredi petiit. Igitur accepta post cōfessionē pœnitētia, tāta fide se ab eo benedici postulat, obsecrantibus itidem reliquis tam abbatissa q̄ monialibus (nō enim facile aduci poterat ut tā studiose benedictionē daret quasi aliquid uirtutis agnosceret) ut ea obtenta sanitatē protinus consequuta sit. Lucia itidem Ambrosii reuerte uxor primogenito suo Hieronymo ex Ambrosio grauida, quū esset propinqua partui periclitabat̄, adeo ut medici cōsultatione inter se diligēti habita assererēt necesse esse medicinis in ea suffocato fœtu, aborsum ꝓcurare, alioquin īpossibile esse mortē eā effugere. Igit̄ quū de more ad eā uisitandam religiosus pater Iacobus accessisset, occurrit illi ī porta statim Ambrosius ac flebilis narrat quæ cōi cōsilio medici cōsultassent. Tū pius pater subito absit (inquit) ut occidat̄ fœtus uiuēs. Ne dubites non morieť uxor tua, sed pariet tibi filiū masculū et nō fœminā. Et quū ingressus eēt lāguētis mulieris cubiculū, afferte mihi ait ouū. Quod cū benedixisset sorbēdū obtulit ægrotāti. Quæ quū nulla medicorū arte ad id usq; tpis cibū capere potuisset, ouū nihilominus tanti patris benedictione cōsecratū benigne sumpsit ac nō multopost Hieronymū q nūcusq; supuiuit enixa, liberata ē. Hæc ipsamet nūc quoq; uiro supstes ita fuisse testat̄. Tāta aūt pœnitētiū multitudine ꝑmebat̄, ut uix ab audiēdis cōfessionibus ei dareť requies. Videbant̄ quippe sibi sanctificari, qui pœnitētiæ sacramētum ab eo suscepissent. Quāq̄ nullius ille psonā respiciebat, quo minus ī ea cā qđ iustū eēt iudicaret. Vnde et cōsumatissimæ uirtutis opus, ex hoc eū aggredi cōtigit. Nam quū Lucia Galeacii Ducis cōcubina de q̄ duos filios nūc Meltii comites suscepisset, fratre Bartholomæo Mutinēsi priore agēte. V. patrē Iacobū suscipiēdæ pœnitētiæ gratia ad se euocasset, nec uellet ille ad pœnitētiā eā suscipere nisi a Galetio recederet, sup hoc illa Duci cōquesta, ad furorē eū ī innocētē Iacobū impulit. Quare iubet eū dux ad se uenire, Festinat itaq; bo-

Att.

Oratione ac benedictiōe ægrotis sanitatē cōferebat.

Att.

Miraculū.

Attende.

nus pater Vigleuanũ, quo dux ipe cõcesserat, tãq̃ suscepturus martyriũ, ubi quũ sui copiã cõstãti aĩo Duci fecisset, interrogatus cur Luciã ad pœnitẽtiã nõ suscipiat, quia nõ põt (inquit) nisi a te princeps discedat pœnitẽtiã recipere. Mirũimmodum tũ turbatus Galeacius multa illi uel mortẽ ipsam minabatur. Age (cõstãs pater inquit) quod uis quod iustum ẽ agere ipse potero. Tum princeps iusso illo a se discedere, ita tamẽ ne Vigleuano discederet uiri cõstãtiã plurimũ miratus post ex illius cõspectu Beatus pater subtractus ẽ ad astãtes cõuersus, uere (ait) ditiores sumus q̃ crediderã. Neq; .n. tãtæ uirtutis uirũ in ditione nostra reperiri posse unq̃ existimassem. Dehinc uni cubiculariorũ accito, uade inquit, et ĩ mulla nostra Ven. illũ patrẽ cũ oĩ uenerarione Mediolanũ deducito, ac oẽs Sanctæ Mariæ gratiarũ fratres quũ ibi fueris nouis capis induito. Cœpit ex tũc Beatus pater et Ven. et carus eẽ prĩcipibus. Vnde et præter quottidianas annualesq; elemosinas ĩ nos largiter erogatas, multa quoq; ppetua seruãda memoria nobis dono contulere. Et apud Ludouicũ Geleacii fratrẽ post illius mortẽ rerũ Mediolanen. moderatorẽ tãtæ uenerationis fuit, ut quotiẽs illi de beato patre Iacobo esset sermo nõ nisi sanctũ uirũ noĩaret. Nã et pp eũ multa faciebat, et ab eo correptus a plurimis se abstinuit. Ioãnẽ quoq; Galeaciũ Galeacii itidẽ filiũ cuius erat in pœnitẽtiæ sacramento pater, in magna iugiter mentis puritate nutriuit. Demũ ãno. Mccccxciii. ætatis suæ anno. lxvii. ab ĩgressu uero ordinis circiter. xl. mense maio graui langore occupatus lecto decubuit. Vbi quũ non posset ex ualitudine capiti importuna quiescere coactus est in sella die noctuq; longo tẽporis spacio sedere. Quũ aũt iam esset morti ppinquus Beatrix nobilis matrona olim Tristani sfortiæ cõsors, crebra et importuna petitione obtinuit, ut una cũ sorore illius Iustina ad eũ uisitandũ induceret (illi qppe dedititissima ac in pœnitẽtiæ sacramẽto filia pati nõ poterat ut a se inuisus tolleret a nobis) quas quũ uidisset subito turbatus, eas durissime increpat. Et quũ inferret Beatrix sic pater in hac extrema hora sic dilectas repellis filias quæ pietatis et misericordiæ opus in te exercuere? Nõ (inquit) nõ pmittunt hoc ordinis nostri statuta. Quapropter citius exire cõpulsæ sunt. In quo quidẽ illud aĩaduertere possumus quã tenaci .s. uinculo esset radicata religio, qui nec in ipso quidẽ mortis articulo, uel minimũ negligere potuit ordinis sui statutũ. Tãdẽ ultima Iunii die in apostoli Pauli cõmemoratione, quũ ad extremã magna patiẽtia horã deuenisset, exhortatis fratribus ac petita siquid in eo deliquisset uenia, sequẽtis noctis hora (ut pdixerat) tertia magno fratrũ et sæculariũ mœrore intellectu integer atq; ad extremũ usq; Iesu nomẽ cõgeminãs, itidẽq; aliis reperẽdũ nutibus sæpius significãs, ĩmaculatũ deo spiritũ reddidit. Ergo p totã noctẽ pactis d̃ more uigiliis, mane priusq̃ sepulturæ traderet, plurimis utriusq; sexus astãtibus, ciuibus ac multis audiẽtibus fratribus, nobilis quædã mulier cũ brachio, qd̃ multos annos

Att.[a] Cõstãtiam B. Iacobi.

Att. Quãta ueneratiõne fuerit ap principes Insubriũ.

Obitus. B. Iacobi.

Att.

inualidũ habuerat, tetigiſſet ſubito exclamãs ait. Eia liberata ſum, eia ſanata ſum. Quũ aũt fratres interrogarẽt eã qd hoc eſſet, reſpõdit. Multoties quũ ſim huic beato uiro de brachii huius iualitudine cõqueſta, ſemp me cõſolaturus reſpõdebat. Ne dubites ſanaberis, Ne dubites anteq̃ hac uita excedas oĩo ſanitatẽ recipies. Igit̃ nũc uidẽs eũ nobis fuiſſe ſubtractũ dolebã ac mirabar plurimũ me illius pollicitatione fuiſſe fruſtratã. Sed ecce nũc (ut uidetis) q̃primũ eũ tetigi ſana effecta ſum. Sub idẽ tempus uir quidã ex pago corbeto aduenit ingeſtatorio, quod gerulũ uulgo uocãt, filiũ paruulũ portãs, qui aſſerebat ſe filiũ per tres dies quaſi mortuũ deploraſſe, uerũ quũ de huius tã ſancti patris morte ſignificatũ fuiſſet ac ſuggeſtũ ut ꝓpriũ pignus illi cõmẽdaret, uitæ ac ſanitati priſtinæ, facto uoto, puerũ fuiſſe reſtitutum

Att.
Miracula poſt mortẽ B. Iacobi.

Beatrix quoq; de qua pauloante ſermo nobis habitus ẽ, quũ poſt mortem beati patris in uillã Ceruſciã cõceſſiſſet, graui coxæ dolore ſubito correpta memor beati patris, quẽ tãto tp̃e patrẽ in pœnitẽtiæ ſacramento habuerat, uouit q̃ primũ Mediolanũ remeaſſet effecturã ſe ut in illius honorem una miſſa celebraret̃, ſi eius meritis ſanitatẽ recipere mereret̃. Et ecce ſubito ceſſauit dolor nec ultra eã uexauit. Igitur exhylarata plurimũ, ocius cõſcẽſo curru Mediolanũ uenit, ac ſequenti ſtatim die uoto factura ſatis huc eccleſiam feſtiua ꝓperauit. Similia multa beati patris Iacobi meritis patrata fuiſſe feruntur, ut cæreæ quoq; imagines ad eius ſepulchrũ appenſæ oſtendũt, poſt hæc ad eius ſanctitatẽ inſinuãdam ſatis fuerit breuiter delibaſſe. Ludouicus princeps quũ quereret a Ven. patre fratre Vincẽtio Bandello ſacræ Theologiæ profeſſore, ac totius cõgregationis tunc Vicario generali, an miraculum aliquod patraſſet beatus pater (magna ſiquidem de illo ſentiebat) tale fertur a prudentiſſimo patre accepiſſe reſponſum. Maius (inquit) nemo põt patrare miraculum, quã hic fecerit. Nã in omni uita ſua ita ſe habuit ut irreprehenſibile nihil unq̃ egerit. Ven. etiã pater frater Paulus Caurauagius cõſtãtiſſime affirmat, prænunciaſſe eum Veneti imperii deiectionẽ, atq; eo tempore futurã, quo ipſe frater Paulus eã uidere poſſet. Vnum igit̃ quod reſtat quũ inſinuauero beati patris actis finem imponã. Ergo ſequẽti Nouembri menſe inſtante plurimorum quorũdã ciuiũ deuotione, ex cõmuni fratrũ ſepulchro hora ſexta noctis ſublatus eo in loco, quo in antiquũ beatiſſimæ Virginis ſacellũ olim porta patebat depoſitus eſt. Cui quidẽ trãſlationi quũ me adeſſe caſu cõtigerit (nã Cremonæ eo anno aſſignatus morabar) illud ualde mirũ mihi uiſum eſt, qđ quũ in aqua totus nataret (magna ſiquidẽ eo autũno aquarũ inundatio fuerat) et quattuor mẽſes eo amplius ibi fuiſſet, totus tamen integer, nihil penitus uel in ipſis ueſtibus læſus, nihil fetens, ſicut corde ſemp fuerat, ſic et corpore immaculatus uiſus eſt.


Att.

Miraculũ maius &c.

Attende. de eius trãſlatione.

Finit Liber Quintus de Viris Illuſt. Ordinis Prædic.

B·SIMON·C·




LEANDRI ALB. BONONIENSIS IN SEXTVM LIBRVM De Viris Illustr. Ord. Prædic. Procemiũ Ad. R. P. Dominũ Andream Nouellum Præsulem Albensem.

POSTEAq̃ Salomon totius terrarũ orbis celebratiss. Templum expleuit micãtissime Præsul, iussu dei opt. maximi, et supellectili illud, et uasis ingentibus, ac prætiosissimis adornauit, Quorum quædã, prout produnt ueterũ historiæ, erant aurea, quædam argẽtea, et alia ænea, Quæ licet in materia diuersa essent, tamen in templi opere concludebant. Quem fuisse typum Templi nouæ legis, uidelicet Ecclesiæ Christi in omnibus constat, demum diuersarũ familiarum, utpote Basilii magni, Benedicti, Augustini, necnõ Dominici et Francisci, ac cæterarũ Religionum. Quarum in ambitu cuiuslibet, diuersa uasa, non quidẽ ære materiali deducta, sed diuina sapientia compacta, uel immensa sanctitate fabricata, continentur, prout in quinq; libris præcedentibus, et in isto Sexto conspici potest. Sicut enim aurum inter cætera metalla sibi principatum uendicat, sic præ reliquis humanis operibus splẽdescit sapientia. In hoc Sexto libro uiri cõtinentur illi sanctissimi, inter sacra uasa Templi domini nostri Iesu Christi cõnumerandi, non inter illa prima, sed posteria, eoq; litteris et doctrina præditi non fuere, quia nõ omnibus hoc datum est, Quorũ uita, exemplar et specimen sanctitatis nõ solum præsentibus, sed etiam posteris fuit. Leges imprimis illius Simonis Ariminensis uiri præclarissimi uitã, deinde Iacobi Alemani, qui nostra ætate sanctissime uita decessit, ac cæterorum ueluti sub nomenclatura citandorũ. Ex quarum lectione, haud uereor, quin maximã uoluptatem consequaris, cernens hos uiros litterarum expertes, tanta charitate deo inhæsisse, tãtoq; amore mortales fuisse complexos, ut nihil uideant præter Deum, præterq; proximi salutem, quæsisse, atq; optasse. Atqui illud Aurelii Augustini hoc in loco usurpare possum, qui cũ audisset Beati Antonii res egregias referri, ait. Surgũt indocti, et rapiũt cœlum, nos autem cũ doctrinis nostris demergimur in profundũ. Te micãtissime Antistes hoc libro ultimo donare uolui ut perpetuo, cõciliata amicitia, omnes cognoscere possent, quãtifacerẽ dignationẽ tuã, quæ et humanitate, et doctrina, et moribus cæteras superat, prout a pluribus uiris grauissimis accepi, et imprimis a F. Marco oppido Vlmeta iuuene admodũ uirtutibus ornato, et dignationi tuæ deuotissimo, qui plura de sanctissima uita, deq; cæteris animi tui dotibus, libere ꝓferre solet. Itaq; licet adhuc de facie te non nouerim, tanta fama tuarũ uirtutũ (ut dixi) compulsus, ueluti notissimo munus mittere decreui. Quod nõ dubito, quin libenter accipias quãdo et munus, et Leandri deditissimũ tibi animũ exploratum habebis, qui sola uirtute tua impulsus, sibi conciliare beneuolentiam tuam studuerit.

DE VIRIS ILLVSTRIBVS ORDINIS PRAEDICATORVM LIBER SEXTVS INCIPIT.

B. SIMONIS ARIMINENSIS CONVERSI VITA PER LEANDRVM ALBERTVM BONONIEN. OR. PRADIC. EDITA.

RIMINVM olim Italiæ terminus, nobilis ac uetustissima ciuitas est, et omniũ rerũ affluẽtissima, Ad leuam Adriatico sinu alluitur, ad dexterã habet Appenninũ montẽ. In hoc sancti Archangeli oppidum situm est, tam rerum oppulẽtia refertũ, q̃ multa nobilitate prædi tum, quinq; passuum millia ab Vrbe distans. Ex hoc igitur Simon, de quo impræsentiarum uerba facturi sumus, originem traxit, uir tam naturæ bonis ornatus, q̃ sanctitate præcellsus. Ei pater fuit Rodulphus uir popularis. Cernens autem Simon iam annos septem et uiginti natus, mundi gloriã inanem, uanitatẽ, atq; infirmitatem, qui se sequentes, in perniciẽ ducere solet, sancto afflatus spiritu, sibi consulens, togam prædicatoriã a patribus Ariminẽsibus impetrauit, sed minime per omnẽ suam ætatẽ, sacris initiatus est, eo ꝙ litterarum prorsus extiterat expers. Habuerat etiam fratrẽ nostro in ordine sacris initiatũ, Qui ut in ordine annos duodequadraginta omni cũ laude compleuisset, uita deuotissime defunctus est. Igitur Simon sumpta toga prædicatoria, nihil antiquius duxit, q̃ ab se malarum parentem cogitationum procul desidiã expellere, Quãobrem sese manuũ operibus, quæ sibi ex officio incumbebant, totum dedidit. Quippe fuerat illi a Cœnobii præfecto horti cura demandata, qui omni cordis lenitate, sibi onus iniũctum suscipiens, gaudẽsq;, diligẽtissime exequebatur. Tãta proinde inerat ei humilitas, prout referunt Annales, ut latrinas, ex sese omni hebdomade semel detergeret atq; mũdaret, ut eo fratres mundius decẽtiusq; cõsidere possent. Fuit præterea in labore assiduus, in oratione sedulus, et promptus in uigilias. Quinq; enim quadragesimalia ieiunia, dũtaxat pane et aqua trãsegit, postea correctus a patribus, eo ꝙ



inutilis prorsus et inualidus ex nimia fieret abstinētia, ad cætera obeūda offi

Nūq̄ ocio/ sus uisus B. Simon.

ciasese temperauit. Nūq̄ uisus est, ocio, uel sibi indulgere, sed aut orare, me ditari, aut manuū uacare operibus. Sæpe deprehensus est, totū biduū absq; cibo egisse. Aliquādo uitā retroactā, ante scilicet q̄ sanctæ cōuersationis ue/ stimēta indueret, ad memoriā reuocās, flagris, sibi iratus, corpus suū ueluti hostē infensissimū tundebat. Quin et cathena ferrea per annos uiginti, sic se flagellauit, ut uix dici posset. Pro ethnicis etiā sæpius deū orans, ut illos ab errore reuocaret ad fidei lucē, usq; ad sanguinē flagello se afflixit. Vt ue/ ro, quæ postulauerat, impetraret, frequēter flectebat genua, tūdebat pectus, et in terra procumbebat, totus in lachrymas profusus. Ast animaduertens dæmon quæ p Simonē fiebāt, illi subinuidēs, ab incepto retrahere plurimis

Att.

Quid ege/ rit dæmon contra. B. Simonem

modis adnitebat, uidelicet eū uerberibus affligēdo, aut in oculos pulueres, uel in os feces proiiciēdo, uel in ipsum impingēdo grauiter, Qui his mini/ me permotus, ab orationis dulcedine nō auertebat. His itaq; indefesse insi/ stens, in annū quinquagesimū septimū ætatis suæ, peruenit, quo, ob frequē tes lachrymas, quas emittere solitus erat, oculis captus est. Nec his deterri/ tus, sed animo factus fortior, magis orationi, et cōtemplationi deinceps ua/ care cœpit. Aliquādo illi oranti, astitit quispiā ipsius faciē sancta cōspergens aqua, qui dixit. Haudquaq̄ fili uereare dæmonū temptamēta, licet nō im/ modice ab his uexeris, quia tecū sum. Præcipuo aūt honore beatissimū euā gelistam Ioannē colebat, et uenerabat. Quāobrem cōsueuerat frequēter si/ mulacrū illius in quodā ecclesiæ angulo depictum uisere. Vnde sequutum est, ut semper ab eo, oratione absoluta, tantus odor ex loco exiret, ut uir san

Att.

ctus ad satietatē repleret, et si debilis antea illuc accesserat et uiribus destitu/ tus, tanti odoris uigore fortis, et recreatus apprime inde recedebat. Propter enim ætatis imbecillitatem coactus est ligneo continue lectulo uti, ubi ali/ quādo tantā lucem conspexit, ut cubiculū sibi aduri putaret, cūq; admirās oculos tolleret, uocem inclamātē audiuit, Ne formides, nec deterrearis, quo niam gratiā apud omnipotētē deū inuenisti. Nōnunq̄ sibi febribus æstuā ti diuus parens Dominicus, cū Beato Petro martyre astitit inquiens. Con/

Diuus Do minicus astitit. B. Simoni.

stanti animo esto, eo q; tui sumus custodes, et pro te altissimū orare nō ces samus. Aliquādo ingenti dolore capto affuit sanctissima martyr Catherina et dexteram illius apprehendēs, eius pectus contigit dicens. Sum illa quam tantū colis, Catherina, Et mox somno captus, animus eius per quietē cœpit cum Beata Virgine dulcē quēdā cibū spiritualem delectationis internæ ca/ pere. Tandē euigilans se plene dolore liberatum persensit. Cū monasteriū extrui pro sanctimonialibus Arimini deberet sub nomine Beatissimæ Ma/ riæ semper Virginis, asseruit Simon se per quietē beatam Catherinā marty/ rem dicentē uidisse, hanc omnipotentis dei et Beatæ Virginis uolūtatē esse,

ut sibi monasterium dicaret. Miraculis adhuc uiuens Venerandus uir claruit. Siquidem Offredus Ariminensis medicinæ doctor graui distetus ægritudine, cum tribus diebus cibo abstinuisset, extemplo ut dextera Simonis tactus fuit, et sumere cibum, et conualescere cœpit. Tandem Beatus Simon iam grauis annis et ætate confectus, anno salutis. Mcccxix. iii. Non. Nouembris, post plurimos labores, quos pro domino pertulerat, plenus bonis operibus, in domino fœliciter obdormiuit. Post cuius obitum tantus fuit ad eũ populi cõcursus, ut per dies duos sepeliri minime potuerit. Sic eius uestimẽta a frequẽti populo frustatim cõcisa sunt, et asportata, ut eum induere iterum oportuerit. se quisq; thesaurũ ingens asportare autumabat, qui frustũ uestimentorũ eius sancto furto abstulisset. Iacet uir dei in Ecclesia prædicatorum urbis Ariminensis, in tumulo tãto uiro digno. Hæc sunt, quæ ad nostram notitiam de Beato Simone deuenere.

Art. Miraculũ.

Obitus. B. Simonis.

.B.

NICOLAVS nobili Vicecomitũ familia Ciuitatis Mediolanẽsis ortus, uir ualde deuotus, et mira sanctitate pditus, floruit circa annum domini. Mcclxxiii. fuerat, hic omnipotentis dei famulus, anteq̃ sanctæ conuersationis uestimentis indueretur, in armis strenuus, et militari cingulo ornatus. At ubi animaduertit omnem mundi gloriam ueluti florem campi cito euanescere, relicta militia, ac omnibus illecebris, et pompis, in Cœnobio Pisano togam religionis assumpsit, militaturus de cætero sub prædicatorio uexillo. Sicq; i religione uixit, ut ab omnibus sanctæ uitæ norma et specimen uideretur et esset. Tandem plenus bonis operibus et sanctitate optimo fine quieuit. Claruit etiã i dicto Cœnobio Pisano magna sanctimonia. RAINALDVS Cõuersus circa salutis annũ. Mcclxxxii

Nicolaus Mediolanẽsis Con.

.B.

Rainaldus Cõuersus.

.B.

GVILIELMVS optimus lapidũ sculptor, uir deuotus et bonus interfuit Bononiæ cum transferretur diui parentis Dominici sacrum corpus, atq; clandestine ex costis eius unam subripuit, secumq; Pisas detulit, et omnibus ignorantibus, sub sanctæ Mariæ Magdalenæ aram reposuit, atq; eam coluit, et ueneratus est, q̃diu uixit. Demũ cum se mori cerneret, detulit rem fratribus. Qui eueftigio locũ adeuntes, prout dixerat, sanctam costam inuenere. Floruit uir Venerãdus ad annum Christi saluatoris. Mccc. xii.

Guilielmꝰ Cõuersus.

.B.

LOTH Pisanus uir ualde bonus et sanctus, qui ob mirificã sanctitatem ac bonitatem, ab omnibus bonus dictus fuit, sua sanctimonia, ac uitæ integritate totam illustrans Pisanam Ciuitatem, Floruit circa annum domini. Mcccxli.

Loth Pisanus Con.

.B.

BONVS Vrbeuetanus uir in laboribus assiduus, utpote qui ociũ defugiebat, et sanctas actiones sectabatur, Huic Beata Virgo apparuit, et quædam cælestia secreta reuelauit.

Bonus Vrbeuetanus Cõuersus.

.B. Beneuenutus Con.

b ENEVENVTVS Pisanus tantæ humilitatis fuit, ut ab oibus sanctus diceretur. ODORIVS Normanus uir multæ perfectionis et religionis, Hic a patre Dominico Parisium cum Matthæo Gallico missus fuit. HERManus Theutonicus uir diligētissimus cū Hyacintho Polo uiro sanctissimo iussu parētis Dominici Poloniā iter direxit, sed ob eius īgenii dexteritatē, ac morū honestatē ī salutē pluriū ī Frizatensi urbe germāiæ ab Hyacītho dimissus, ubi cœptū fuerat nouū pōni cœnobiū

.B. Odorius normanus Cōuersus.

.B. Martinus Portugallēsis Con.

m ARTINVS Lusitanus ex Scarēsi Cœnobio, uir apprime deuotus, lenis, mitis, et sanctus, Hic ægrotatione, qua decessit, ægrotās, uidit fratem Petrum medicum e grabato diuinitus ad usq; infirmitorii tectum tolli. Post non multos uero dies, præfatus Martinus, ex hac luce migrauit, fratres qui eius interfuere obitui, ptestati sunt se uidisse illius faciem mirabili quadam claritate splēdescere, et sic splēdescere, ut illustrauerit plenissime cubiculū, quo decesserit, cū libello, in quo Cœnobii præfectus pro more, animi commendationem legebat.

.B. Martinus Portugallēsis.ii. Cō

m ARTINVS alter fuit in eodem Cœnobio, uir maxima præfulgens religione, præcipuaq; discretione, ac multa fultus prudentia qui obitum suum ante præsciuit, et prædixit. Porro quia Egidius uir Venerandus eum mori putaret, astantibus ait. Ad orientem hunc morientem uertite fratres, ut eius ad Dominum spiritus dirigatur. Quod Martinus exaudiēs respōdit. Pater Egidi mō falleris, Nō.n.nūc decedā, sed post octo dies, ad dominū ibo. Haud falsus uares fuit. Quippe octaua die uidelicet ī nocte Natiuitatis domini nostri Iesu Xpi, incipiētib9 fratribus ī choro psallere Xps natus ē nobis, dat tabellæ signū, Quod ut audierūt fratres accurrere et eū ad dominū migrātē, prout prædixerat, inuenerunt.

.B. Dominicus Portugallē. Cō.

d OMINICVS eiusdem Scarensis Cœnobii uir insigni præditus obedientia, et fultus quadē dulci lenitate ac comitate morū, et deuotione conspicuus, quum hydropisis laboraret morbo Egidiū uirū uenerādū obnixe rogauit ut se iuberet trāsferri ad cubiculū nitidius et uenustius, ut magis uacaret cōtemplationi. Quod assecutus est. Quū uero aliquādo inde fratres secessissent, ituri ad collationē, quæ tūc iussu præsidētis Cœnobii bis in ebdomade habebat, ecce affuit Matrona quadā insigni pulchritudine et uenustate præfulgēs, tecto peplo mirabili capite, ac ornatu candidissimo uestimēto, superq; lectuli fulcris sedens blande et suauiuscule eū alloquuta est, deinde abscessit. Is uero apprime indignatus, superuenientem fratrē ad se uisendū, seuere reprehēdere cœpit his uerbis. Nū patrū iussa seruant cū mulieres ingredi Cœnobiū sine aliqua fratrū societate tam licentiose permittant? Ast ubi frater audiuit obstupescēs mox per domū discurrere, et mulierē delatā, quærere sedulo ac anxie cœpit. Demū ad Dominicū regressus persancte iurauit, se minime quāpiā mulierē inuenisse. Nocte uero

quæ subsequuta est, Agathæ sanctissimæ festū præcedente, magnis uocibus affirmabat se inde omnino esse recessurū. Sicq; uociferando coram positis fratribus et orantibus spiritū efflauit. Vnde ab omnibus postea comprobatum est Matronam illā fuisse Beatissimā uirginē Agathā, quæ illū adierat, ut graui langore attritū Christo saluatori offerret. Fuerat Dominicus mēte corporeq; cœlebs, prout Egidius pater, qui eū plene nouerat, attestatus ē.

h ENRICVS Vir ualde religiosus, lenis, et in aduersis patientissimus, et dulci conuersatione ornatus, in prælibato Cœnobio graui correptus langore ex quo decessit, fratri sibi seruienti dixit. Proh bone deus, si citius huc aduenisses, matrem ac sororem meam, quæ ut nosti defunctæ uita sunt, uidisses, et loquentes audisses. Nempe eæ mulieres uitam sanctissimā egerant, Quæ dum a me interrogarent, cuius rei gratia ad me se contulissent, se obtinuisse affirmarunt sancta deipara interpellāte apud deum huc accedere, ut nuntiarent me in crastinū uita functurū esse, et q forti aīo essem pugnare aduersus dæmonū infensissimā cateruā, qui uenturi sunt, ut me seducant. Sed promiserunt se laturas mihi suppetias cū ingenti agmine fratrum. Quare ut fortiter, uiriliterq; decertarē, ac pugnarem cū uersutissimo hoste nihil formidās, mihi iussere. deinde postea intulerūt. Quū Henrice uideris dominū nostrū Iesum Christū omniū solatiū et dulce leuamē, cæteris missis, te totū illi innitaris, ac inhæreas. Cū itaq; illu xisset (ut prædixerat) mortē obiit. Et cum spiritū efflaret, motu corporeo, ac certo signo, q spiritus eius ī domini gaudiū ītroibat, aptissime declarauit. .B. Henricus Portugal. Con.

i OANNES Germanus, ex Cœnobio Basiliēsi, cognomēto Sartor, maximus religiōis assertor, hāc sibi puinciā sumpsit, minīe patrib9 diffētiērib9, aduenas, ac hospites charitatiue suscipe, pedes eorū abluere, et cætera necessaria ministrare, put hospitalis exigebat charitas, deinde sacri uerbi neutericos cōcionatores adhortari ad potiora, et fratrū uestimēta sordida mūdare. Quū. n. diu his bonis īseruisset opibus, sancto fine qeuit. .B. Io. Germanus.

l EONARDVS eiusdē cœnobii, cocus atrox hostis desidiæ, lenitate ac mansuetudine maxima pollēs, in laboribus indefessus, cū plurimo tpe ægrotis, ac hospitibus aduenietibus, mira cū charitate, deseruisset, plenus magni meriti, fœlici cōmutatione ad dominū migrauit. .B. Leonardus Germanus

Io. An. Flaminius Forocornelien. Thomæ Cospio Bon. Or. Præd. S.D.

s CRIPSI iam multorū uitam uirorum inter Prædicatores tuos illustrium partim Leandri Alberti Bononiēsis uiri inter uos clari, et familiaris mei rogatu, partim mea ipsius uolūtate adductus, qui quātū sacræ isti sectæ faueam puto iam effecisse, ut non modo præsens hæc ætas intelligat, sed posteri quoq; non ignorent. Vitam cum iis beati Ia

cobi, quem uos Alemanum cognominatis, proxime ſcripſimus, iure hoc noſtro ſeculo (quemadmodum nõ ignoras) ſanctitate et prodigiorum numero, et claritate admirabilis, qui et ipſe ordini ueſtro ſplendorem, et ornamẽtum attulit, maxime celebrandus. Quãquidẽ uitã editurus tuo nomini nuncupandam duxi, ut eſſet perpetuum amoris in te mei, ac obſeruantiæ teſtimonium. Tu, qua es humanitate, et ſingulari erga me beniuolẽtia, noſtrum hoc munus, quodcunq; eſt, læto uultu ſuſcipies, non magnum quidem ſi cætera perpendas, uerum, ſi animum dantis, et in te, atq; in laudes tuorum maxime propenſi metiare, futurum certe non exiguum. In qua re illud meminiſſe debebis, non parum dediſſe, qui quantum potuit, dedit, et a Chriſto laudatã, et omnibus prælatã diuitibus inopẽ uiduã, quæ duo minuta æra miſit in Gazophilatium. Vale in Forocornelii, Calen. Auguſti. M D X V I.

BEATI IACOBI ALEMANI VITA ORD. PRAEDIC. PER IO. AN. FLAMINIVM FOROCORNELIENSEM EDITA.

B. Iacobi Alemani patria.

u LMA Germaniæ Ciuitas eſt. Hãc Beati Iacobi patriam perhibent, cui Alemano cognomentum eſt inditum, uiro hac noſtra ætate religione, ac uitæ ſanctitate memorabili. Ortũ ex honeſta familia duxit patre Theodorico, qui quidem uitæ integritate, ac moribus ſanctiſſimis magnum filio adiumentum attulit, ut in talem euaderet, qui non ſuæ tantum familiæ, uerum etiam patriæ, ac religioni in qua enituit, et præſenti ſeculo ſplendori atq; ornamento eſſe poſſet. Patrem ipſum accepimus cibi, ac potus fuiſſe parciſſimi, ac magno in rebus omnibus per totum uitæ curſum fuiſſe uſum temperamento, quod maxime teſtatur uitæ longitudo, Nam centeſimum, ac tertium impleſſe annum memorant, corpore ita recto, ac firmo, ut iuuenũ eſſe ſolent, ut nec baculo uti opus eſſet, nec exarmatas dentibus, quæ prima ſeneſcentum iactura eſſe conſueuit, fauces haberet. Liberos ſuos utriuſq; ſexus ad religionem præcipue inſtituebat. Quare frequenter ipſe ad officia diuina, et conciones ſacras adducebat, atq; ita aſſuefaciebat, ut nihil facilius, aut libentius agerent. Quæ quidem tam diligens inſtitutio quantam uim habuerit, uel ex beato Iacobo, cuius uitã ſcribimus, licet coniicere. Agebat is annum ætatis quintum, atq; uigeſimum, cum cepit illum ingens uiſendæ urbis Romæ deſyderium ꝙ eam ſciret eſſe Chriſtianæ religionis caput, ac ſedem quã principes Apoſtolorum Petrus et Paulus, ſuo martyrio conſecraſſent, et tot Chriſti athletarum certamina illuſtrem feciſſent. Patrem igitur, quem mira pietate colebat, ſummis precibus orauit, ut ſe ſineret eo proficiſci. Aegre

Diligẽs parẽtis educatio.

pater, nec sine multis lachrymis tādem permisit, ut iret. Dolebat enim obsequētissimum filium a se diuelli ad tam longinqua loca tēdentem. Tamen ꝙ pia causa iuuenis animū mouerat, nec iustis assensum uotis denegandū arbitrabať, exorabilem se se præbuit. Prouolutus igitur ad genua patris inter fratrum, sororum, ac propinquorū fletus, quibus ob eximias dotes erat charissimus, supplex petiit, ut sibi benediceret, et sic abiit. Initio quadragesimæ Romam peruenit, et priusꝗ alio diuerteret, celeberrimū toto orbe diui Petri templū inuisit. Ibi autem ad dominicam resurrectionem cōmoratus est, quo quidem tempore nullam neq; intra neq; extra urbis muros ædem reliquit, quam non adierit tanto fruens gaudio, quātum uerbis cōsequi nemo posset. Post dominicam resurrectionē cepit illum desyderiū in regnum Siciliæ proficisci. Venit igitur Neapolim. Tunc forte rex Alphonsus bellū gerebat, sub quo militare decreuit. Credo diuinitus factum, ut iuuenis optimus militari commercio grauiter flagitiis offensus, quæ militiæ maxime uigent, consiliū salubre demum caperet, ut tutiorē uiuendi rationē iniret. Ad eam igitur militiam admissus merere cœpit nihil de sanctis moribus, aut de pristina consuetudine sua remittens. Multa ibi uidebat, quibus ualde offendebatur. Quare occasionē demum inde abeundi ex re leui, ac pene ridicula inuenit, quam ipse iam senior factus, ad monasticam degens uitam narrare solebat. Mos est militibus, præcipue belli tēpore, de rapto uiuere, et frequēter prædas abigere nec etiā amicis parcere, de quorū ꝑdiis solent equis pabula rapere, gallinas, et alia æsculenta aut ui, aut furto surripere. Iis grauiter modestissimus iuuenis, et alieni abstinēs offendebatur, et cōmilitones suos liberius increpabat. Illi aūt deridere iuuenē, et accusare tanꝗ superstitiosum, et quia raptis nullo pacto uelle uti animaduertebant, dolo eum circūuenere. Ingressi sunt in quodam oppido iudæorū synagogam quidam eius amici cōmilitones, et ex lampade, quæ ibi ante Mosis libros die noctuq; ardebat, oleum uel surripuere, uel se surripuisse finxerūt, ex horto quodā brassicam (uulgo caules nūcupant), quam optime conditā illi horum omniū inscio apposuerunt. Cum aūt ita simul uesceretur, et eo cibo ualde delectari uideretur, ridere conuiuæ cœperunt. Quærens ille, quæ tanti risus causa foret, audit brassica se uesci ex horto quodā surrepta, quæ oleo iudaicæ lampadis cōdita esset. Non posset dici quantopere sit ea re offensus. Tum demum decreuit prorsus militiam relinquere. Quare compositis rebus suis, et impetrata abeundi facultate Capuam uenit. Ibi nactus est Campanum ciuem præclarum uirum Iurisconsultum, et Equitem, qui, ubi iuuenem conspexit forma præstanti, atque, ut ex clara indole, et liniamentis oris colligebat, probum, miro illius desyderio tactus, et apud se retinere maxime cupiens percunctatus est, num in suo uellet contubernio residere.

Romā proficiscitur.

Roma neapolim abiit

Militat sub Alphonso rege. B. Iacobus.

ꝗ modestus in militia.

Cur militiā reliquerit.

Annuit ille, et apud eũ moratus est quinqueniũ tanta fide, ac morum integritate, ut eũ patronus æque, ac filiũ diligeret, atq; tractaret. Verum exacto iam quinquennio immisit illi deus ingens desyderium in patriam redeũdi: et genitoris senis memoria multo uehemẽtius, q̃ antea, illum stimulare cœpit ad reditum. Sciebat enim patrem iam esse admodum senem, putabatq; ingenti uidendi filii desyderio teneri, cuius discessum ægerrime tulisset, seq; iam tot annos procul a patria tanto terrarum spatio diuisum abfuisse rationem sibi patriæ pietatis habendam. Cum igitur abire decreuisset, consilium patrono aperuit. Ille autem, qui eum amaret, ut filiũ, et cuius diu fidem eximiam expertus esset, ac integritatem, non dici posset, quantũ ea re turbatus fuerit, nec ullo pacto uolens eum dimittere ea cœpit omnia dicere, ac polliceri, quæ possent abire uolentem retinere, nisi certa illi fuisset abeundi sentẽtia. Iuuenis autem cõtra orare, obtestariq;, ut sibi iustissimis de causis, quas afferebat, abire salua eius gratia liceret. Sed nihil proficiebat, ille. n. pertinaciter in proposito perstabat, et rogabat, ne se desereret. Fluctuabat animus iuuenis, et præter modum angebatur, q intelligebat, oportere se tãdẽ clam discedere, neq; enim impetrare poterat, ut libere discederet. Cum igitur hoc sæpius sed nequicq̃ tentasset, demum, uel inuito patrono, sed furtim abire decreuit. Obseruauit igitur opportunum ad id tempus, et relictis melioribus indumentis, quæ a patrono acceperat cum pecuniis, quas, idem illi persoluerat, et resumptis uestibus, atq; pecuniis, quas secum ipse attulerat, habita prius ante Christi effigiem, quam in cubiculo habebat, diligenti oratione, ut propitio numine discederet, abiit. Tandem Bononiam peruenit, et ingressus Diui Petronii celeberrimum templũ, quod in ipso ciuitatis foro ẽ amplissimũ, orauit, ac deo gratias egit, q sospes eo peruenisset. Erat illi in animo in Germaniam reuerti ad genitorem, sed rem deus aliter instituerat. Nãq; in ea urbe quidam ex comitibus, qui cum eo uenerãt, hortati sunt ut stipẽdia ibi faceret, et sub quodã Thoma Tartario, militaret. Cõditionẽ igitur accepit, atq; in ea urbe remansit. Incredibili aũt uoluptate afficiebatur, cum tot ibi fratrum collegia cerneret, quorũ loca cotidie frequẽtabat, præcipueq; diui Dominici templum ubi maxime uersebatur, tanq̃, quod erat futurum, præsagiret. Ita paulatim et patris, et patriæ oblitus est, nec iã aliud cupiebat quicq̃, q̃ in eo monasterio uitam agere. Tali igitur incensus desyderio die quadam, ubi illuxit, ad ædem diui Dominici uenit, suum consiliũ cum eo cõmunicaturus, qui primus factus esset obuius, et facturus quicq d ille cõsuluisset. Forte fortuna opportune admodũ incidit in ipsum monasteri præfectũ Nicolaũ Carbonellũ, cathalanũ Concionatorẽ eximium, ad cuius genua prouolutus rogauit, ut sibi cupienti maxime deo famulari consilium, et opem afferret. Attulit ille continuo salutare cõsiliũ et facũ

Quãtopere a Cãpano dilige batur.

Bononiã peruenit.

da oratione, quæ ex illius ore diuinitus manabat, accensum iam per se iuue-nis animũ sic inflãmauit, ut sublata omni mora petierit, in cõsortiũ prædi-catorũ admitti, quod postero die cõsecutus est. Erat beatus Iacobus litteris mediocriter eruditus, et annũ agebat quartũ atq; trigesimũ, quãdo mona-sticam uitã ingressus est, qui cum inter alias animi plurimas dotes præcipue mitis, ac mãsuetus esset, cõsistere in humillimo gradu uoluit, et ex eorũ esse grege, qui cõuersi uulgo nuncupant. Sed exceptus est mira omnium lætitia quasi præsagiẽtiũ, qualis, quãtusq; iuuenis ille euasurus esset. Nec quẽq̃ fe-fellit opinio, Siquidẽ continuo totũ se deo tradidit, nec quicq̃ omisit, quod ad uerũ illius cultorẽ pertineret. Magistro tyronũ, quos nouitios appellãt, præcipue uacabat, quẽ freq̃uẽter supplex orabat, ut se instrueret, ac ea doce-ret, quæ sibi praecepta religionis, ac instituta patrũ pãderẽt. Quo studio, atq; solertia breui mire profecit, charusq; oĩbus, et admirabilis esse cœpit. Adeo aũt mitis, adeo mãsuetus erat, ut cũ omnibus sanctior esset, oĩbus se deterio rem putaret, quæ res tũ maxime patuit, cũ decurso iam anno de patrũ iudi-cio, ac uolũtate dubitauit, Nam ad genua singulorum prouolutus rogabat ne suis offensi criminibus a suo cõtubernio, et societate se repellerẽt. Verba aũt illa, quibus uti profitẽtes initã uitã solẽt, adeo tenaciter illius mẽti adhæ ferant, ut nulla diei elaberet̃ hora, in qua eorum nõ reminisceret̃. Quæ aũt profitendo promiserat, tã exacta, tamq; cõstãter seruabat, ut mirabile omni bus obediẽtiæ, paupertatis, ac patiẽtiæ exemplũ foret. Pudicitiã usq; ad exi-tum uitæ ita seruauit, ut nihil illo purius, ac mũdius consiceret̃, Nam præ-terq̃ q; suũ corpusculũ asperrime domitabat, uigiliis quoq;, orationibus, ie iuniis et aliis multis macerabat modis. Oculos suos diligẽtissime custodie-bat, nequid intueretur, quod ad libidinẽ prouocaret, atq; ob eã rẽ nunquã ociosus erat. Nunq̃ illũ sine negocio dies, nunq̃ nox inueniebat. Quod si quãdo egredi in publicũ cogebat̃, impẽse deum rogabat, ut se custodiret, et suos auerteret oculos ne uanitatẽ cernerẽt, q; sciebat, solere p fenestras mor tem ingredi. Quod siquãdo uestigiũ aliquod forte libidinũ excitabat̃, con tinuo Christi cruciatus inenarrabiles ad memoriã reuocabat, quo quidem tanq̃ subito imbre illud, quicquid erat, incẽdii restinguebat̃. Sed inter pluri mas uirtutes, quibus excellebat, præcipua erat obediẽtia. Recordabat̃ enim semper Christũ usq; ad mortẽ factũ esse obediẽtem. Quæ res quidem adeo promptũ reddebat illũ ad parendũ, ut sæpissime iussa præueniret, et nundũ bene auditis, quæ sibi mãdabant̃, tanq̃ audisset illa cõtinuo exequi festina ret. Afferam huiusce uirtutis memorabile exemplũ. Præfectus monasterii Michael Holandinus per monasteriũ ducebat magnũ quẽdã antistitẽ, In-cidit forte i beatũ Iacobũ, et cõuersus ad præsulẽ, uides ne hũc inquit, mira uitæ integritate inter nos effulget, in quo præcipua uirtutũ enitet obedien-tia. Huius rei mox (si uelis) periculũ faciã. Annuit præsul. Præfectus igitur

Act.

quãto stu dio institu ta religiõis adisceret.

Mira eius mãsuetu-do.

Verba suæ pfessionis semp i me moria ha-bebat.

Act.

Admirabi-lis i eo obe dientia.

Præclara illius obe-diẽtiæ exẽ-pla.

accersito ad se beato Iacobo, Fili inquit, opus ē, ut sublata omni mora usq; in Galliā te ad Parisinā urbē cōferas, magni.n.momēti litteræ tibi eo sunt pferendæ. Lætus ille repēte præsto adsum pater inqt. Sed licet ne statim me in cubiculū meū tendere, ut baculū ac pileū sumā? Stupuit Antistes ille, nec satis mirari poterat incredibile in re tanti momēti promptitudinem. Ciuis quidam Bononiēsis aliquot ex Cœnobitis diui Dominici ad uillā urbi propinquā inuitauerat, præpciueq; rogauerat, ut beatū Iacobū secū adduceret. Profecti igit, cū iam pransi essent, unus ex patribus, qui primū ibi locum tenebat, ut summæ illius obediētiæ periculum faceret, iussit, ut accepta funda (est autem id rete) ad propinquū Rhenū iret piscatū. Paruit ille continuo, et uno iactu mirandā pisciculorū uim cepit, ita ut oēs obstupescerent. Sed id cuncti illius obediētiæ adscripserūt. Queadmodū cum præfectus monasterii quadā die illi iussisset, ut ad quærēdū panē festinaret, Nam tum forte quādam in uitro effigiem pulcherrimam pinxerat (uitreas enim fenestras optime concinnabat) et, ut colores uitro tenacius inhærerent, in paruo furno ex more posuerat, quæ res eius præsentia maxime indigebat, Attamē potius esse parendū suo præfecto ratus sacculum arripuit, et ad mēdicandum panem sese contulit. Reuersus post multas horas tam bene decoctos in pictura colores offendit, ut nunq̄ alias melius illi ars successerit. Erat admirabilis quoq; in eo charitas. Nihil putabat antiquius, q̄ præcipue ægrotantibus in monasterio inseruire, qui quidem illius præsentia, et ministerio ita recreabant, ut nō dubitarēt, se mox omni ægritudine leuandos, et certe pleriq; leuabantur. Quod siqui forte obibant, et ipse eos ex more lauabat, et propriis humeris efferebat. Quare ea resedit in animis hominū opinio, ut minime dubitent, nunc uita functū facile ægrotātibus, si inuocet, affuturū, q tam promptā operā quolibet morbo laborātibus uiuens exhibebat. Id ita esse multis quidem exemplis postmodū comprobabimus. Ad hāc uero eximiā uirtutē amplexēdā lenissimis uerbis, et efficacissimis assidue alios hortabat, eratq; ipse præclarū oībus specimē, et exemplar. Solus deinde orationi, et cōtemplationi totus erat intentus, Deūq; assidue pro uiuis oībus, atq; defunctis pcabat. Frequēter pmus oīum ad nocturnū officiū surgebat, qd ubi celebratū erat, angulū quēpiā remotiorē, ac secretiorē deligebat. Ibi totus mēte, et corpore deo uacabat. Nullus aūt elabebat dies, in quo præcipue Christi gesta nō recēseret, ut multis cū lachrymis diros eius cruciatus, acerbissimāq; mortē repeteret. Cū uero iā multū orasset, et finē faceret, illud deniq; dicere solebat, Gloria tibi domine q natus es de uirgine, succurre mihi hodie cū patre, et sancto spiritu in sempiterna secula. amē. Et ad gloriosam uirginē, quā præcipuo cultu uenerabat, cōuersus aiebat. Aue regina cœlorū pro salute mea, et oīum fideliū. Deinde ad sanctos omnes sese cōuertēs dicere solebat. Sancti dei omnes &c. Postea uero ad oēs ecclesiæ aras accedebat, Ibiq;

Mira in eo charitas.

Exempla charitatis illius.

q̄ prōptus ad orationem et officia diuina esset.

bat, Ibiq; a beata Virgine incipiēs ad singulas orabat. Cū uero iā illucesceret, totū officium suū horariū usq; ad uespertinū celebrabat, et ubi sacris altaris, quā missam dicimus, semel, aut sæpius, prout ociū dabat interfuerat, ad opera manuū, quorum pene in omni genere monasterio erat utillimus, reuertebat, ut sic diuinis functus paratior esset, ac expeditior, Siquid sibi agēdum mandaret. Sed nullam orationē suauiorē sibi, ac iucūdiorē promebat q̄ dominicā, Tūc. n. putabat, sibi os melle, ac omni nectare cōpleri. Semper aūt sancti aliquid, ubi finē orādi fecerat, meditabat, nec ullū sinebat tempus elabi uacuū, habebatq; illud frequēs in ore, qui nō laborat, nō manducet, et illud insup addebat. Multa mala docuit ociositas. Taciturnitatis uero tātus erat cultor, ut nūq̄, nisi usus exigeret, loqueret. Sed et patiētiæ, atq; cōstātiæ memorabile erat exēplū. Treis grauissimas ægritudines passus ē, quas intēsi dolores exacerbabāt, eas tamē ita dissimulauit, adeoq; patiēter tulit, ut nūq̄ a cōsuetis actionib9 fuerit retractus, nec alicui, q̄ pateret, pdiderit. Erat ṗterea mire affabilis, placidus oīb9 salua grauitate, charus, atq; amabilis, ac plurimarū uirtutū splēdore mōstrabilis. Qua fama impulsus illustris Princeps Calabriæ Dux, qui postea Alphonsus. II. Siciliæ rex fuit, cū Bononiā pfectus diui Dominici sepulchrū uiseret, beatū etiā Iacobū uidere uoluit, quē nūq̄ antea sibi uisum ubi cum multis aliis cœnobitis ad se uenientem conspexit, statim cognouit, et honorifice salutauit, et amplexus est, ac rogauit, ut pro se deum precaretur, ut posset incolumis in patriā, et ad genitorē suū reuerti, et factus est uoti compos. Ad tātum autem sanctitatis gradū euaserat, ut cœlesti circunfusum luce orantem noctu multi uiderint. Infestum quidem per omne tempus dæmonem habuit. Sed eius dolos hucusq; latentes expertus est. Deinceps uero aperto Marte multa cum eo certamina habuit, Nam fustibus sæpe orantem cecidit, et aliis mille uexauit modis, semper tamē athleta fortissimus uictor euasit. Mirifice autem post discessum dæmonum cœlesti luce, quam diximus, recreabatur et uoce angelica, adhortans. n. de cœlo missus angelus sic eum alloquebat, Serue dei esto fidelis usq; ad mortē. Expecta dominum. Viriliter age, et confortetur cor tuum, ingentia sunt enim quæ tibi pro paruo labore, atq; certamine præmia pponunt. Ita melior in dies, et sanctior fiebat. Die quodā conatus est dæmon illū ab oratione retrahere, Orabat aūt ad arā diui Vincētii post Completoriū. Venit igit hostis antiquus in ueste cōscissa, et ad pudēda usq; subducta, unicū habēs i frōte, ut cyclops, oculū. Vbi uero illū beatus Iacob9 aspexit, signo se salutiferæ crucis armauit, et statim dæmon euanuit. Nocte autē quadā post celebratū nocturnū officiū cū ad arā bti Antonii, q remotior erat, et obscurior, orādi cā se recepisset, dæmonū caterua specie lætātiū cū tripudio īgēti ad eū uenit. Miratus ipse tantam in iis lætitiā audacter ad se uocatos per sacrosanctum Iesu Christi nomen iussit, ut sibi tantæ lætitiæ causam promerent, putabat

A diuinis ad opa manuū reuertebatur.

Nulla erat illa suauior oratio q̄ dominica.

Exempla eius patiētiæ atq; cōstantiæ.

Dux Calabriæ eū uidere uoluit

Atē.

Dæmonū artes.

enim quod erat, eos uel patrasse ingens aliquod malũ, uel ꝙ mox patrandũ foret tantopere lætari, nec eũ fefellit opinio. Respõderũt igiť se iccirco adeo lætos eẽ ꝙ postero die ciuiũ seditione ingẽs strages edẽda esset. Quod ubi beatus Iacobus accepit, cõtinuo ad deũ cõuersus multis cum lachrymis ciuium pacẽ ab eo impetrauit, et urbis trãquillitatẽ. Cumq; ab oratione surrexisset, et cubiculũ suum esset ingressus quieturus aliquãtulũ ingentem ibi offendit teterrimorum coruorum multitudinẽ crocitantiũ, et unguibus, ac rostris sese impetentium. Ille uero signo se crucis repente muniuit, et dixit, Deus ĩ adiutoriũ meũ intẽde, quibꝰ uerbis fœdissimæ alites cõtinuo euanuerunt. Sed quo magis illũ dæmones infestabãt, et oppugnare conabanť, tãto illum ad certamina fortiorẽ, et alacriorẽ deus reddebat. Raptum etiã aliquando in cœlũ Pauli more accepimus, Nam cũ se die quadã orationi dedisset, sensit continuo sese auferri, et tanq̃ cadauer corpus suũ relinqui. Putauit aũt sese in quẽdã amœnissimũ locũ esse perductũ, ubi ex uariorũ florum aspectu, et odore incredibilẽ uoluptatẽ caperet. Ibi se mirificos audisse concentus, et omnia quæ ad explẽdam uoluptatẽ pertinerent, uberrime fuisse. Ingressus est eo forte momento temporis illius cubiculũ ex cœnobitis quidam, qui ubi iacentem, ac ueluti mortuũ uidit exclamauit continuo, et rem præfecto monasterii trepidus nũciauit, accurrit ille cum caterua fratrum, qui eum statim (ut mos est) confricare cœperũt, et aquam in faciem iacere, et omnia experiri, quæ circa exanimatos fieri solent. Resipuit ille tandem uelut ex graui quodam sopore excitatus, et conquestus est grauiter, ꝙ se incredibili suauitate, ac uoluptate priuassent. Prodigiis multis claruit adhuc uiuus, e quorum numero quædã referam. Quidam Bononiẽsis sacerdos optimus, cui Hieronymo Auiolo nomen fuit, beato Iacobo familiaris et charus admodum erat. Is forte in grauẽ incidit ualitudinem, ut minima de eius salute spes esset. Misit ille, qui beatũ Iacobum ad se perducerent. Venit continuo, ut erat benignus omnibus, et expositus, cumq; se mutuo salutassent, et dulci colloquio paulum se recreassent, rogauit beatus Iacobus, ut omnes cubiculum egrederenť. Quod ubi factum est, continuo cœpit orare ac pro salute sui familiaris precari. mox assurgẽs a capite ægrotãtis ad pedes dexterã suã leniter duxit, Mirã rẽ afferã, prout manũ ꝑ corpus ducebat, ita repẽte ex illis partibus fugabať morbꝰ, ut mox subsecuta sit sanitas. Eiusdẽ sacerdotis soror grauiter ægrotabat, sperauit eandem opem, quam in fratre fuerat experta. Igitur ad se accitum rogauit, ut suis apud deũ precibus sibi adiumento esset. Ille uero habita breui oratione frontem ægrotantis cruce signauit, et sospitem extemplo reddidit.

[Margin: Atť. — Raptus est aliquãdo ĩ cœlum. — Miracula. — Prodigiũ.]

[Margin: Obitus. b. Iacobi.]

VENIO NVNC AD EIVS FELICEM OBITVM. ANNOS erat natus quatuor, et octogita beatus Iacobus, cũ ĩ ualitudinẽ incidit, quæ illi suprema fuit. Intelligẽs ipse finẽ aduenisse suæ uitæ uocauit ad sese illũ,

cui ægrotātiū cura cōmiſſa erat, et ait. Ego frater iam delibor, et tēpus meæ reſolutionis inſtat. Proin rogo te huc uoces inſignem doctrina, et religione uirū magiſtrū Vincētiū Caſtronouēſem monaſterii huius præfectū, cui delicta mea generaliter cōfiteri uolo. Quod ubi fecit, et plenā remiſſionem ex more aſſecutus eſt, acceſſit ad eū ex cœnobitis unus, cui Dionyſio fuit nomē cui inteſtina fluebant, ſpei, ac fiduciæ plenus, et ait, Dilecte frater, Tu quidē ad patriā properas, Ego aūt attroci morbo hic crucior, Nec cantare poſſum nec cōcionari. Sed te per deū rogo, ad quē tēdis, ut cū illi iunctus fueris, memineris mei, ac tuis precibus hāc a me moleſtiā depellas, qui ſe quidē id facturū ſpopondit. Cū aūt ad ultimū deueniſſet, priuſq̄ expiraret ipe ſibi manus decēter, et pedes cōpoſuit, et ita felicē efflauit animā. Continuo aūt color, qui moriēti (ut ſolet) abierat, et uultus quædā hilaritas, et ꝑ totū corpus candor eximius rediit, et claritas admirabilis, ut nulli dubiū eſſet, quin recta in cœlū migraſſet. Is aūt, cui inteſtina (ſicut modo dixi) fluebāt, quiq; illius opē pauloante petierat, accedēs ad eius cadauer, et multo cū fletu amplexatus cœpit promiſſa repoſcere, et rogare, ut ſui memor eſſet. Nec promiſſam ille opē diſtulit, nā priuſq̄ inde abſcederet, ſeſe diro prorſus liberatū morbo ſenſit. Obiit aūt beatus Iacobus anno ab aduētu Chriſti milleſimo quadringēteſimo nonageſimo primo, quinto idus Octobris. Statim aūt ꝑ totam urbē, uiſa eſt uox diuinitus diffundi, quæ cūctos moneret, ut ſi ſanctū uirū, qui obiſſet, cernere uellēt, cōtinuo ad ædē diui Dominici cōcurrerēt. Repente aūt tota cōfluxit ciuitas, ſeq; felicē putabat, quicūq; ſacrū cadauer poſſet cōtingere. Puellus ibi annorū triū, qui nec firmis adhuc greſſibus cōſiſtere, nec loqui poterat, per cōfertā multitudinem, et per medios pſallētes patres ad ſanctū cadauer diuinitus euaſit, cumq; illud tetigiſſet, ſtupētibus oībus, et firmiter gradi, et recte loqui cœpit, domūq; ꝓfectus ſtupētē nouitate rei matrē admonuit, ut ad ædem diui Dominici properaret, et ſancti uiri corpus uiſeret mox ſepeliēdū. Præfectus uero monaſterii cum cæteris patribus, cū eū ſepulturi eſſent, cōmuni ſentētia diuerſo in loco ſepelire decreuerunt, ne cæteris commiſceretur cadaueribus, cum ſic multorū, qui cū ſanctitatis opinione deceſſiſſent, permixtione et confuſione cadauerū memoria periſſet. Separatim igitur eum in loco tumularunt, quod paruum Capitulum appellāt. Nec ibi diu perſtitit, Nam cum incredibilis cotidie magis fieret ad eius ſepulchrum populi concurſus utriuſq; ſexus, et inſolitum eſſet, ac indecens, fœminas ad eam monaſterii partem ingredi, ubi ſepultus erat, neceſſe fuit, poſt diem octauum permittente id Bononienſi Antiſtite in Eccleſiam tranſferre, et ad aram Diui Thomæ ſepelire, ſic integrum, et incorruptum, ac ſi tūc primum expiraſſet, Vbi uero ſepultus fuit, pene infinita ſecuta ſunt prodigia, quorū partē aliquā cōmemorabimus.

Att.

Prodigia multa.

Quo āno obierit.

Prodigiū.

Vbi primū ſepultus fuerit.

Trāſlatio corporis.

Prodigia.

Quidam Bononięsis mercator filiū habebat infantē, utpote anniculū, qui cum grauissime ægrotasset, expirasse putabat, nullū.n.in eo uitæ signū apparebat. Parentes igiṫ mœstissimi cōfugiētes ad opē beati Iacobi, cuius modo extincti fama sanctitatis erat celebris, uouerūt si puer reuixisset, Beati se Iacobi, hoc est prædicatorū uestitu illū induturos. Cōtinuo igiṫ oculos infans aperuit, atq; cōualuit, Tabellaq; ad sepulchrū beati Iacobi appensa est cum inscriptione tali. Hic puer extinctus erat, sed meritis Beati Iacobi reui-
Miraculū. xit. Mulier quædā desperata iam salute, et sacroinuncta oleo christiano more mox animā exhalatura uidebaṫ. Propinqui eius beati Iacobi opē implorarunt, et mira res cōtinuo secuta est, Nā quæ loqui pauloante non poterat, caput extulit, et deo inq̄t gratias ago, qui Beati Iacobi meritis me a morte reuocauit. Vir clarus uita, litteris, et religione Hieronymus Bononiensis ex diui Dominici prædicatoribus forte cōcionabaṫ, et Beati Iacobi sanctitatē, et prodigia multa, quæ ad merita illius testanda cotidie deus edebat, quibus æquū erat laudibus efferebat. Aderat cōcionāti Bononięsis quidam Ciuis, qui filiū domi reliquerat grauissime ægrotātē. Is accēsus talibus, atq; in magnam spem arrectus deū rogare cœpit, ut Beati Iacobi meritis præsenti ægritudine puerū suū liberaret. Factus est cōtinuo uoti compos, et postero die
Atṫ. sospes cum patre epulatus est. Bononięsis matrona legerat ad idē sepulchrū
Miracula. in tabella quedā monachū uehementissima febre Beati Iacobi meritis esse liberatū. hæc sororē habebat iam treis menses tertiana, et ingenti dolore capitis laborantem, inuocauit illa Beati Iacobi pro sorore auxiliū, et statim conualuit. Alia quoq; matrona centesimū transgressa annū diro, et pudendo morbo laborabat, tacto illius sepulchro liberata ē. In eadem ciuitate puella dolore graui, qui totū corpus inuaserat, iā quattuor mēses laborauerat, magna fiducia īpetrādi, eius opē īplorauit, et cōsecuta ē, nā statim absq; ullius adminiculo surrexit e lectulo, et die postero illius sepulchrū inuisit. Bartholomæus Genuensis ordinis prædicatorū monasterii Saonensis præfectus in grauē Bononiæ febrē inciderat, qui admonitus a comite suo, ut ad Beati Iacobi auxiliū confugeret, cōfugit, et cōfestim cōualuit. Paulus etiā Boemus eiusdē ordinis Bononiæ studens et ipse grauissima febre laborabat futura iudicio medicorū diuturna. Dolorē præterea capitis iam nouē annis patiebatur. Is ad beati Iacobi opē cōfugit, et extemplo utraq; molestia liberatus est. Vincentius Soncinēsis in eodē monasterio ex eorū numero, qui Conuersi dicunṫ familiaris admodū beato Iacobo fuerat, et morientem in suo gremio fouerat. Is forte in grauissimā febrem inciderat, adeo ut se nō posse diutius uiuere putaret, beatū Iacobū precatus est, ut sibi adiumēto esset, et extē-
Miraculū. plo affuit. Quidam ex agro Bononiensi, cui Magacaro fuit nomen et ipse grauiter febricitans beati Iacobi auxilium inuocans ait, Si uera sunt, quæ de

tua sanctitate prædicantur, et ad opem ferendã implorantibus tam facilem te (sicut audio) exhibes, mihi quoq; precor subueni. Nõ fuere spes, ac preces illius irritæ, nam cõtinuo febris eum reliquit. Nobilis matrona Bononiẽsis grau terrore perculsa ita exhorruerat, ut membra omnia cõtracta essent. Venit illi in mentẽ beatus Iacobus, et eius opẽ rogauit, et mox pristinæ uali tudini restituta est. Verum non Bononiæ solũ, sed etiam in remotis Italiæ ciuitatibus claruit miraculis, Nam et Mediolani uxor eius, quẽ iustitiæ du- cem uocant, cũ iã treis annos cõtracta habuisset crura audita beati Iacobi fa ma, quæ iam celebris ĩ plerisq; Italiæ locis erat, illius opẽ implorauit et mox sanata est. Et in Venetis Murani quidã præsbyter in æde diui Petrimarty- ris depictã nuper effigiẽ attentius intuebatᷓ, cũq; perquisisset, cuiusnã esset, audiuit esse beati Iacobi Bononiæ nuper extincti admirabili sanctitate uiri cuius meritis multa prodigia deus ederet. Is iam multis annis ingẽti dolore capitis laborauerat, tanto quidẽ ut sæpe suspicaretᷓ, ne mentẽ amitteret. Igiᷓ spei plenus et fidei beatũ Iacobũ precatus est, ut sibi adiumẽto esset. Affuit ille, ac diuturna ualitudine supplicẽ suũ liberauit. Ciuis quidã Bononiensis filium habebat diu calculi morbo laborantẽ. Accessit ad beati Iacobi sepul chrũ, et rogauit, ut filio opem afferret, et impetrauit, Nam puer cõtinuo li- beratus est. Dionysius quidã Lucẽsis filiũ habebat Bononiæ grauiter ægro tantẽ ut de eius salute medici desperarẽt. Ad sepulchrum beati Iacobi acces- sit, et filium illi suũ cõmẽdauit, quem domũ reuersus incolumem repperit, qui cũ ingẽti gaudio ad ædẽ diui Dominici rediens et magna uoce deũ lau dans multis audiẽtibus impetratam opẽ testatus est. Puella Antonii tonso ris in eadem ciuitate uitam monasticã in monasterio Diuæ Agnetis agẽs iã tribus annis grauem capitis dolorẽ passa fuerat. Beati Iacobi opem implo- rauit, et sanata est. Nobilis in eadẽ ciuitate matrona iã duos dies partus do- loribus cum magno uitæ discrimine uexata fuerat. Hortantibus obstetrici- bus, ut beatum Iacobũ inuocaret, quãta potuit uoce implorauit, et exaudi- ta est. Eãdẽ opem in simili discrimine plebeæ mulieri attulit, Et Calcaresio ciui Bononiẽsi, qui captus oculis nihil cernebat, uisum restituit, Et Mutinẽ si cuidam, qui tanti beneficii memor argẽteos oculos ipsemet ad eius sepul chrũ Bononiã pertulit, Et cuidã calcis artifici, qui oculũ ita calce oppleue- rat, ut p multos dies nihil inde prorsus cerneret. Is enim ad Bti Iacobi se- pulchrũ profectus priusq̃ tẽplũ ingrederetᷓ depulsis tenebris uisum recepit. Ancilla cuiusdam matronæ Bononiensis brachiũ diu inualidum, ac inutile habuerat. Accessit ad eius tumulũ, et brachio tetigit. momẽto tẽporis pristi nũ robur recuperauit. Quidã Bononiẽsis Aromatarius diuturnũ ĩ lingua morbũ passus fuerat, sic ut difficillime, et cũ magno cruciatu cibũ caperet. Vouit is argenteã beato Iacobo linguã, si dirus eius suffragio morbus a se depellaretur. mox liberatus est, et eodẽ die, qđ uouerat, psoluit. Stephanus

Att. (margin, beside "Nobilis matrona Bononiẽsis")

Att. (margin, beside "Nam puer cõtinuo li-")

Miraculũ. (margin, beside "Quidã Bononiẽsis Aromatarius")

e numero cõuersorũ diui Dominici Placentia Bononiã ueniẽs, ut clarum quẽdã cõcionatorẽ secũ Placẽtiã adduceret, nobili mulæ insederat. Hæc ne scio quo casu i lhetalẽ morbũ icidit, ita ut humi iacẽs pabulo prorsus absti neret, nec periti morborũ taliũ medici opẽ ullã spõdebãt. Ingẽti curarum æstu fluctuabat Stephanus nobilitate mulæ ac ꝑcio, et eius, qui cõmodaue rat, claritate. Relicta igĩt illa in stabulo tanq̃ mox nullis proficiẽtibus reme diis moritura ad tumulũ se beati Iacobi receperat, et eius opẽ implorauerat reuersusq; ad stabulũ sic affectã, ut ante inuenerat, et moriẽti similẽ. Fessus ingenti ægritudine animi, et curarũ plenus cubitũ se cõtulerat. Dormiẽti il li uisus est beatus Iacobus, qui monuit, ut cõtinuo surgeret, et pabulũ mulæ apponeret. Credidit ille diuinitus se moneri, et paruit. Mulã inuenit perquirẽtẽ pabulũ, et pristinæ ualitudini restitutã. Anno millesimo quingentesimo mense Februario uir quidã Hydropicus ad idẽ sepulchrũ cũ uxore uenit, ut ibi uota persolueret, qui affirmabat, se implorata btĩ Iacobi ope qua tridui spatio diro, et exitiali morbo sanatũ. Finem profecto nõ inueniam, si cuncta persequi uelim. Sed hæc (ni fallor) satis eẽ uideri possunt, quæ uiri tãti apud deũ merita, et sanctitatẽ eximiã abũde testari queant.

Ioannes Bonon.

IOANNES Bononiẽsis iuuenis aĩo nitidus et bonitate multa ornatus, psallẽdo Credo i unũ deũ, cũ nõnullis aliis canticis, deuotissime in cœnobio Fauẽtino anno domini. Mccccxciiii. uita functus est.

Ambrosi⁹ Soncinas.

AMBROSIVS Soncinas uir diligẽtissimus, hac tẽpestate nr̃a, ætate grauis, floret. Hic enim optimus ẽ uitrearũ cõcinnator, prout uideri põt in pluribus Cœnobiis Italiæ, ita ut in ea arte neminẽ habeat superiorẽ, nec litterarũ expers ẽ. Edidit uernaculo sermone uitã beati Iacobi Alemani, pluribus capitibus distinctã, Ex qua Siluester Prierias uir peritissimus, prout in quarto libro ostẽdimus, Isidorus Mediolanẽsis uir sane inscribendo elgans, et postremo Io. Antonius Flaminius orator clarissimus, suas latinas deduxere.

B. NICOLAVS HOLLANDINVS EX TERTIO PRAEDICATORVM ORDINE.


.B. Nicolaus Hollandinus.

NICOLAVS Hollãdinus Cœnobii Hærlemensis, uir deuotus, et cum uacaret, meditationi, atq; lachrymis deditus, mira præfulsit obediẽtia, ut et stuperẽt omnes, atq; in exemplũ sibi ꝓponerẽt. Vnũ silere nec uolo nec possum, quo eius ingẽs obediẽtia ostẽdit. Sane aliquãdo cõtigit ad prælibatũ Cœnobiũ hospites diuertere, uiros moribꝰ probatos, et sciẽtia claros, quos Cœnobii præfectus abũde, ac laute suscipere cupiens, iussit Nicolaũ ad piscinã accedere (forte in ædiũ ambitu piscinã habebant) et pisces afferre paratos et concinnatos. Qui dum sedulo pisces diu

perquirit, nedũ quẽpiã præbẽdit, uerũ nec inuenit. Reuersus deinde, præfecto rẽ defert. At pfectus uiri sanctitatẽ nõ ignorãs, ubi inqt, est Nicolae illa tua solita obediẽtia, ubi charitas, erga hospites? Quãtocius itaq; reuertere, et positis uestimẽtis ĩgredere aquas, et sic alloquere pisces. Cœnobii Præfectus huc iterũ me misit, uobis mãdãs quatenus ex uestris exeatis cauernis, uosq; met mihi præbẽdẽdos exhibeatis, quoniã uobis opus ẽ p hospitibus. Is uero dicto patris audiẽs, uolẽs diligẽter iussa complere, nil cũtactus, aquas ingredit, et quãta ualebat uoce inclamare cœpit. Vobis pisces præfectus meus iubet quotquot adestis, ut cõtinuo ad me ueniatis. Mira res, uix uerbis modũ statuerat, et ecce Lucius magnus, qualis aut quãtus nusq̃ illo ĩ loco uisus ẽ mox sancto uiro sese capiẽdũ præbuit. Quo uiso, uir dei gaudio ingẽti oppletus, illũ cœpit, et pro uoto præfecti, hospitibus parauit. Porro non minus hospites, ut resciercũt tantã rem, ex prompta obediẽtia et miraculo q̃ ex cibo gaudiũ et lætitiã sumpsere. Vita functus est uir dei Nicolaus anno a partu uirginis. Mccccl xxxxyiii. Finis. Att.

Libri sex de Viris Illustribus ord. Prædicatorũ nũc editi autore Leãdro Alberto Bononiẽsi eiusdem ordinis fœliciter æneis caracteribus impressi sunt Bononiæ in ædibus Hieronymi Platonis ciuis Bononiensis expensis Io. Baptistæ Lapi ciuis et Bibliopolæ Bonon. Leone. x. Pont. Max. Ecclesiæ Ro. habenas moderãte anno Domini. MDXVII. iii. Cal. Mar.

Regestum.
ABCDEFGIkLMNOPQRSTVXYZ&. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP RR SS Omnes sunt Terniones. H ↄ QQ sũt quaterniones. TT uero duernus ẽ.



...fuerint particulariter exceptæ. Quinimo...
fuerint, exceptio restringitur solùm... nepote ex Al
risapparebant, & non procedet ...ulia filia ipsius Angeli legiti
pus repertæ fuerint, vt ibi dic...
2 bitatione, & præsupposito, quòd ...ius accepit dictam domum, eam-
fuerit quancunque ratione ...
fultore nemorum, & filiis aliquibus filijs superstite d. D. Iulia
necessitate talis argenti Francisco Dulcino ipsius Camilli fra-
trium. Abinde verò sur...
...ectare ad prædicto ad quem prædictorum prædicta domus
...udi illis per reg... tineat, uel quis de ea inuestiri debeat, an. f.
...mora in d. cõcifscus Dulcinus.
& pertinentijs suis quibusdam statutis ciuitatis Cesenę, & quo
...uoniam cau...postolico, quorum copia transmittitur.
...Multotem
...enturper

S V M M AE.

num. 4...

& quę quadam emphyteusi accepta pro se, filijs, & nepotib. quomodo filię dicantur comprehensæ.

Et vtrum si per masculos fuerint exclusæ, eis deficientib. postea admitti possint.

1 *Filiorum appellatione etiam fœmina continẽtur.*
2 *Masculinum concipit fœmininum, maximè in materia indifferenti, ut in emphyteusi. & inf. nu. 4. & 6.*
3 *Verbum continet, proprietatem denotat.*
5 *Emphyteusis transit in fœminas, non autem feudum.*
7 *Emphyteusim recipiens pro se & filijs ueniunt etiam filiæ.*
8 *Argumentum à contrario sensu in statutis & priuilegijs locum habet.*
9 *Fœmina stantibus masculis semel exclusa an censeatur semper exclusa, & an ipsis deficientibus reintegretur, & numero 10. & 11.*
12 *Cap. 1. §. quinetiã. ĩ titu. episcopum uel abbatem, in usibus feudorum, quomodo intelligatur.*
13 *Fœmina emphyteusi regulariter capax dicitur.*
14 *Fauorabile est rem ad suam regularem naturam reducere.*
15 *Emphyteuta de re emphyteutica non potest disponere extantibus personis in concessione comprehensis.*
16 *Filia quòd à bonis patris excludatur, nisi sit dotata, rationabile non est.*
17 *Dos loco legitimæ succedere dicitur.*
18 *Inuestiri debet proximior agnatus in emphyteusi.*
19 *In successione aliquem præcedens si uti hæres eum potest excludere, nisi uerè sit hæres, non potest eum excludere.*

CONSILIVM CIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



VISO themate proposito, ac etiam statutis inclytę ciuitatis Cesenæ, & simul etiam breui Apostolico. f. Innocentij VIII. de quibus in themate fit mentio, pro resolutione præsentis consultationis breuitati studendo, ac ẽt veris conclusionibus inhærendo, uti consulentem decet, duo faciam. Primò ponam illam conclusionẽ, quam puto veram, & illam probabo. Secundò ab eo remouebo omnia illa, quæ videbuntur contra eam allegari posse.

Ad primum igitur deueniendo, dico & concludo, prędictã dominam Iuliam ad domum emphyteuticam, de qua agitur admittendam esse, & prædicto Francisco Dulcino omnino pferendã esse. Et probatur ista cõclusio in primis in generalitate illorũ verborũ, videlicet pro se, & filijs, & nepotibus, de quibus in inuestitura prædicti Angeli: nam nõ est dubium, quòd sub nomine filiorum dicitur comprehensa ista do-
1 mina Iulia filia prędicti Angeli, ut in themate inuestiti; †cũ

...cam autem.
...contrarium ... modo per pri
...excluse fuerint ... possit
Et notan. est, quod iurisconsultus ...
3 verbo continet, quòd solet denotare proprietatem, secundùm Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postula. & ita in simili arguit Dec. in consi. 570. Casus de quo. post princip.
4 †Et maximè hoc dici debet in casu nostro: quia sumus in materia indifferenti, cum emphyteusis etiam ecclesiastica tam ad fœminas, quàm ad masculos pertinere possit, vt est tex. in §. emphyteusim. in aucten. de non alienan. col. 2. & ita per illũ tex. dicit Pet. de Anch. in consi. 433. Postquam ista domina. post principium, in versi. quamquam enim in emphy-
5 teusi ecclesiæ, † & in hoc differt a feudo, quod sui natura non transit ad fœminam, vt declarat Io. Bapt. de S. Seuerino in tract. de feudi cognitione, in vltimo articulo. in 14. differentia, vbi dicit, quòd in emphyteusi succedunt ita fœminę sicut
6 masculi, regulariter loquendo. †Quando autem materia est indifferẽs, pculdubio, & secundùm oẽs doctores masculinum genus concipit fœmininum, ut declarat Bart. in l. 1. in principio, colum. fi. ff. de pecul. & in l. prima. ff. de uerb. signif. tradunt canonistæ, maximè Archid. in c. si quis suadente. de cimaseptima q. 4. & Gemin. & alij in c. generali. de elect. li-
7 bro 6. † Et in terminis nostris quod in receptione emphyteusis sub ver. filijs, etiam filiæ continentur, firmat & p clàro præsupponit Salyce. in l. 2. in q. 16. in versi. cõfirmo, quia ex illo C. de iure emphyteu. Et licet prædicta videantur de iure vera; tamen quia posset quis de eis dubitare. Primò per ea quę tradit Alexan. in consilio 41. Super eo de quo. libro primo. vbi videtur firmare contrarium, licet ego de eius decisione semper dubitauerim, nec pro nũc aliquid affirmo. Secundo etiam propter formam statuti Cesenę, quo cautur, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant etiã in emphyteuticis. Considerandum est secundo loco pro iustificatione conclusionis supra positæ, quod à sede Apostolica tpe Innocentij VIII. emanauit quoddam breue, in quo, ut tollatur prima dubitatio, disponitur, quòd in ciuitate & territorio Cesenæ in contractibus emphyteuticis etiam fœminæ ...cantur comprehensæ, & sic in proposito nostro p istud breue resoluta est conclusio, quod domina Iulia vti filia dicitur fuisse comprehensa in contractu emphyteutico facto per ...gelum patrem eius pro se, filijs, & nepotibus. Et ut tollatur dubitatio secunda in eodem breui continetur, quòd fœminæ sic comprehensæ admittantur ad bona emphyteutica nõ ...stentibus masculis, vt sic masculi & fęminæ dicantur ad ...cta bona ordine successiuo vocati, prius scilicet masculi postea eis non existentibus debent admitti fœminæ. Et ex prędicto breui apertissimè colliguntur. Ex quibus manifeste colligitur veritas nostrę conclusionis supra firm... nam cum ad pręsens nullus extet masculus agnatus ex descendentibus prędicti Angeli, debet ista domina Iulia vti ei... lia, & sic agnata etiam Camilli nuper defuncti ad prędic... domum emphyteuticam admitti tãquã comprehensa in inuestitura prędicto Angelo facta. Et istud suadetur etia... his, quę in dicto breui subijciuntur, maximè in versi. p... mò eadem auctoritate &c. nam ibi disponitur, quòd quandoque aliquis decedat finita linea in concessione compre... proximior in gradu possit inuestiri &c. & sic non vult ... miorem talem admitti, nisi demum finita linea in co... sione comprehensa, sed in casu isto linea non est finita; adhuc superest D. Iulia, ergo clare patet, quòd proximior i... du Camilli nuper defuncti, & sic prędictus Franciscus ...cinus admitti nullo modo potest.

Et prędicta (ni fallor) sunt in iure verissima, ex quib. ...net conclusio, quòd domina Iulia vti cõprehensa in prędic... uestitura debet admitti ad prędictam domũ emphyteu... vti vocata per masculos, seu eis deficientibus, & ista suf... quò ad primum, quod faciendum proposui.

T 3 V...

cand. Alb. de Vi